Item statuimus q; nullus sindicus possit uel debeat ordinari constitui uel creari per cõmune Tuderti ad aliquid agendum uel faciendum nomine dicti cõmunis nisi in consilio generali dicti cõmunis. In quo intersint adminus ducenti cõsiliarii dicti consilii. Et quando creari deberet seu crearetur sindicus ad aliquid agendum uel faciendum in quo tractaretur uel tangeretur de iurisdictione temporali, siue libertate uel franchitia dicti cõmunis uel aliquid propter quod ipsa libertas iurisdictio, seu franchitia dictæ ciuitatis minui posset uel ei posset in aliquo derrogari tunc in dicto cõsilio interesse debeant & interesint adminus tricenti cõsiliarii dicti consilii. Et debeat obtineri inter ipsos consiliarios ad bussulas & palluctas per duas partes adminus ipsoꝶ cõsiliariorum tunc ipsi consilio assistentium seruatis forma & ordine infrascriptis, v3 q; ante omnia banniatur dictum consilium generale in locis solitis per ciuitatem Tuderti ad duas tubas, & in ipso bannimento exprimatur causa propter quam & ad quid, & propter quid ipse sindicus debeat creari constitui & ordinari. Et nihilominus ante ipsius sindici creationem ordinationem, & constitutionem in ipso consilio proponatur. Quid placet ipsi cõsilio prouidere super ordinatione & creatione, & cõstitutione ipsius sindici in ipsa proposita

exprimendo causam propter quam & ad quid ipse sindicus creari cõstitui & ordinari debeat. Et si contingerit auditis consiliis & dictis omnium cõsiliariorum super ipsa proposita arrenghā-tium obtineri per duas partes ipsorum cõsiliariorum ad bussulas & palluctas ꝙ ad cõstitutio-nem creationem & ordinationem ipsius sindici procedatur eo casu facto simili modo partito & eodem modo obtento ipse sindicus creetur, ordinetur, & cõstituatur. Si vero contingerit ꝙ non obtineret vt supra dictum est superdicta proposita tunc nullo modo procedi possit ad cõ/stitutionem, creationem, & ordinationem ipsius sindici. Item nullus qui nõ fuerit de dicto con/silio possit uel debeat tunc modo aliquo in dicto consilio interesse sub pena decem librarũ deñ cortoñ. de facto auferendarum a quolibet contrafaciẽte. Et ꝙ Potestas uel quiuis alius rector dicti communis habens autoritatem ipsum consiliũ adunandi antequam aliquid in ipso con-silio de dicta materia proponatur bãniri faciat ꝙ quilibet qui nõ fuerit de dicto consilio de ip/so discedere debeat ad dictam penam. Et si Potestas uel alius rector dictæ ciuitatis qui ipsi con-silio tunc præcesset prædicta nõ obseruauerit in quingentis libris deñ cortoñ. puniatur. Et no-tarius qui talem sindicatum contra uel preæter formã presentis capituli scriberet uel publica-ret in viginti quinqꝫ libris deñ. uice qualibet puniatur. Et nihilominus quod fieret nõ seruatis forma & ordine supradictis ipso iure sit irritum & inane aliquo statuto uel ordinamento dicti communis seu aliquo alio iure loquente in contrarium non obstante.

¶ De electione & officio quatuor popularium qui præsint conseruationi, & recupera/tioni iurium cõmunis. ca.

R 56

Item Statuimus ꝙ domini Priores populi Tuderti teneantur & debeant nominare & elige-re quatuor bonos legales & sufficientes homines populares qui sint & vocẽtur custodes & cõseruatores iurium cõmunis tuderti pro eo tempore & cum eo salario de quibus & prout ipsis dominis Prioribus videbitur conuenire. Qui homines sic electi iurent coram eisdẽ dñis Prioribus eorum officium fideliter, diligenter, & sollicite operari, & exercere. Nec non tenean/tur & debeant facere inuentarium de omnibus bonis cõmunantiis iuribus & iurisdictionibus dicti communis, & de instrumentis quibuscunqꝫ ad dictum cõmune pertinentibus que instru-menta in libris dicti communis extense scribi & registrari facere teneantur ipsaqꝫ bona iura, instrumenta cõmunantias & iurisdictiones dicti cõmunis reuidere, conseruare, defendere, & re/cuperare posse. Et circa prædicta omnia facere que fuerint oportuna & prout processerit de voluntate dictorum dominorũ Priorum. Et deinde quicquid inuenerint de prædictis saltem semel tempore sui officii in consilio populi Tuderti teneantur referre.

¶ De modo eligendi Cõseruatores librorum & ipsorum officio & salario & de pena ab-scondentis aliquem librum existentem in armario. ca.

R 57

Item Statuimus ꝙ per cõsilium generalis communis Tuderti eligantur duo boni & fideles viri ad voluntatem dicti consilii qui conseruent omnes libros dicti cõmunis exceptis libris libre. Qui duo boni viri teneantur ad petitionem cuiuslibet sumi permictere copiam scrip-turarum ipsorum librorum per quemlibet notarium ea die qua ab eis ipsa copia fuerit postula/ta. Et si contrafecerint puniantur vice qualibet in solidis decem. Et habeant & habere debeãt officiales prædicti pro ipsorũ salario pro quolibet eorꝫ solidos quatraginta deñ. cortoñ. pro sex mensibus. Et duret dictum eorũ officium sex mensibus, & non ultra. Et quicũ ꝙ fuerit in dicto officio non possit esse in eodem officio ab exitu ipsius officii vsqꝫ ad tres annos tunc proxime sequuturos, & prædictos libros retinere debeant in armario existenti in palatio dicti communis in cellulis dicti armarii, et in qualibet cellula libros vnius rectoris ita ꝙ insimul misceri non

possint cum libris alterius rectoris. Item q nullus ascondere debeat aliquem librum existentē in dicto armario. Et qui cōtrafecerit puniatur vice qualibet in libris decem den. cortonē.

¶ De electione officio & salario extimatorum equoꝝ qui locantur ad vecturā & eoꝝ notario & de aliis pertinentibus ad materiā locationis ipsorū equoꝝ. ca. R 58

Item Statuimus q Potestas Ciuitatis Tuderti primo mense sui regiminis eligi faciat per consilium generale communis Tuderti duos bonos & fideles viros & vnū notarium, qui duo boni viri extiment omnes equos siue ronzonos qui locantur seu locari debent ad vecturam & extimationes ipsorum scribi faciant per dictum notarium in quodam speciali libro dicti communis. Et ultra talem extimationem. Talis qui locat ipsum ronzonū siue equum ad vecturam si ipse equus uel ronzonus moriretur uel perderetur petere uel exigere non possit ab eo qui ipsum conduxerit. Quam extimationem dictus notarius scribere debeat in dicto libro & ipsum incredentiam retinere usq ad mortem uel perditionem talis equi uel ronzoni. Et quicunq receperit equum siue ronzonū ad uecturam teneatur soluere cōdecentē vecturam quousq ipsum equum siue ronzonū non restituerit uel extimationē ipsius per ipsos duos homines factam, si talis equus uel ronzonus moriretur, uel perderetur. Ita tamē q ille qui equum receperit ad vecturā de morte naturali ipsius equi siue ronzoni non teneatur. Et q dictus Potestas teneatur facere banniri per ciuitatem prædictam q quicunq uellet equum siue ronzonum ad uecturam locare infra tertiam diem a die ipsius bānimenti in antea computandā faciat ipsum ab extimatoribus dicti communis extimari. Et si quis infra annū eum non fecerit extimari de ipso equo siue ronzono nō reddatur sibi Ius. Et q dicti extimatores teneant̄ talem extimationem facere ad petitionem cuiuslibet talium locatorum ad penā decem libraꝝ. Item nullus qui locaret ronzonum seu equum ad uecturam possit esse ad ipsum officium extimatorum. Item teneantur dicti locatores facere cancellari infra mensem instrumentum talis locationis post restitutionem ronzoni siue equi quem locauerint eis factam. Et si non fecerint ipsum cancellari ipso iure auctoritate presentis statuti talis contractus sit nullus. Et si aliquis equus siue ronzonus uel aliud animal locatus siue locatum ad vecturam moriretur quacunq de causa q post dictam mortē nulla debeatur vectura. Item si magagnaretur uel deterioraretur dolore uel magritia uel alia quacunq infirmitate ita q propterea ab ipso locatore nō reciperetur q dicta vectura non debeatur nec exigi possit post denumpciationē & protestationem factam per illum qui receperit ipsum equum uel ronzonum ad vecturam seu per alium suo nomine ipsi locatori q ipsum equum uel ronzonum recipiat uel postquam protestatum fuerit q ponantur extimatores ad extimandum dictum peioramentum non obstante aliquo pacto in contrarium apposito in contractu talis locationis. Et prædicta locum habeant non solum in futuris sed etiam in præteritis ad huc pendentibus. Item si quis consuetus sit locare ad vecturam equum siue ronzonū & appareret q aliquis cōtractus factus fuerit de tali equo, siue ronzono sub titulo uenditionis, depositi, uel alterius generis contractus quam locationis q eo casu talis contractus non valeat nec teneat ipso iure, sed fictione & auctoritate presentis capituli censeatur fictitius & in fraudem factus. Item q post annum a tempore locationis numerandum omnis contractus locationum equorum siue ronzinorum pro cassis & irritis habeantur. Et prædicta locum habeant non obstante Capitulo guarantigie uel aliquo alio in cōtrarium loquente. Item q ipsi extimatores & eorum notarius habeant inter omnes pro eorū

salario pro quolibet ronzino siue equo quē extimauerint duodecim deñ. cortoñ. a dño ipsius ronzini siue equi, & nihil habeant a dicto cōmuni.

De Reuocatione statutorum salario statutarioꝶ & eoꝶ Notariorum & de capitulis non reuocandis. ca.

R 59

Item Statuimus ꝙ Capitaneus Ciuitatis tuderti infra duos menses sui regiminis teneatur bānniri & conuocari facere per duos dies ante, ad duas tubas consilium populi, & in ipso bannimento, & proclamatione exprimi facere causam propter quam ipsum consilium debeat congregari. In quo consilio proponatur quando & qualiter statuta anni tunc proxime sequuturi fiant & fieri debeant quodq; exequi teneantur quicquid per ipsum consilium prouisum & deliberatum fuerit super prædictis sub pena centum librarum cottoñ. Et ꝙ per dictum consiliū eligantur statutarii qui habeant ipsa statuta reuidere, examinare, corrigere, & reformare in eo numero, ac pro eo tempore, & cum ea baylia, & potestate prout eidem consilio visum fuerit expedire. Ac etiam vnus vel plures notarii qui adsint cū eis ad scribēdum omnia que circa prædicta fuerint oportuna. Qui statutarii, & notarii habeant pro quolibet eorum & pro qualibet die solidos sex cortoñ. pro eorum salario & expensis. Quod salarium cāmerarius dicti cōmunis eisdem sine alio stantiamēto ad ipsorum requisitionem soluere teneatur. Et ꝙ dominus Capitaneus quando fieret dicta proposita in dicto consilio teneatur præcise exceptuare capitulum guarentigie, & capitulum quod loquitur, de auctoritate, iurisdictione & bailia populi Tuderti, & aliud quod loquitur de baylia, potestate, & auctoritate consilii ipsius populi. Et aliud quod loquitur, de bayliapotestate, & auctoritate dominorum Priorum dicti populi, & aliud quod loquitur de sindicatu dictoꝶ dominoꝶ Priorum. Que quidem Capitula in reuocatione, remisione, correctione, & reformatione, prædicta ipsius statuti non ueniāt, nec venire intelligant, nec de ipsis aliquid minui, mutari, vel corrigi valeat quoquo modo sed semper integra, & firma ipsa capitula, & quolibet ipsorum remaneant in statuto dicti communis in qualibet parte sui. Nec permictat ipse Capitaneus contra ipsa capitula uel aliud ipsorum aliquid dici vel arrenghari sub pena centum libraꝶ. Et notarius reformationum aliquid non scribat contra ipsa capitula vel aliꝗ ipsorum sub pena quinquaginta libraꝶ. Et nullus audeat vel presumat contra ipsa capitula uel aliquod ipsorum sub pena centum libraꝶ cortoñ. Et ꝙ dictus dominus Capitaneus teneatur & debeat ipsos statutarios ante omnia facere iurare ad sancta dei euangelia corporaliter tacto libro ipsa capitula, & quolibet ipsorum ponere & scribi facere in ipso statuto nec aliquid de ipsis uel aliquo eorum mutare, corrigere, subtrahere siue minuere, nec aliquod Capitulum facere quod esset contrarium ipsis capitulis uel alicui eorum sub pena centum libraꝶ pro quolibet eorum qui contrafecerit in prædictis uel aliquo prædictorum. Et quod dicti Notarii dictorum statutariorum scribere & ponere teneantur in dicto statuto dicta capitula. Et non scribent aliquid quod esset contrarium ipsis capitulis vel alicui eorum sub pena quinquaginta librarum pro quolibet ipsorum. Et teneatur dictus Capitaneus ante ipsam propositam legi facere totum presens Capitulum sub pena quinquaginta librarum. Nec non post publicationem ipsius statuti fieri facere quam citius poterit duo volumina ipsius statuti integraliter & perfecte, quorum vnū teneat ipse dominus Capitaneus, & aliud cum cathena ponatur ad locum consuetum in Palatio veteri dicti communis. Quod inde nullus audeat remouere sub pena centum libraꝶ cortoñ. Que volumina dominus Capitaneus scribi facere teneatur per quin ꝗ sufficiētes notarios cum salario competēti.

¶ De forma electionis Ambaxiatoꝝ & eorum salario, & de quibusdam sibi prohibitis & iniunctis, & de aliis ad huiusmodi materiam pertinentibus.
ca.
R 60

Item Statuimus ꝙ omnes Ambaxiatores communis Tuderti ordinentur & eligantur in
consilio generali cōmunis Tuderti. Et nulla cōmitatur eisdem Ambaxiata nisi toti dicto
consilio uel duabus partibus ipsorum consiliarioꝝ placuerit. Et in ipso consilio imponas
tur ambaxiata ipsis Ambaxiatoribus super his que facere debeant. Et eis aliud imponi non
possit a Potestate, vel Capitaneo, uel alio nisi illud quod ipsi consilio placuerit. Et si aliud im
poneretur a Potestate, Capitaneo vel aliquo alio illud non dicant, nec de eo aliquid agant
Quam ambaxiatam prædicti Ambaxiatores portent scriptam & publicatam manu Notas
rii reformationum dicti communis. Et etiam responsionem quam receperint in publicam
formam cum redierint secum referre teneantur. Et teneatur Potestas infra tertiam Diem
post reuersionem dictorum ambaxiatoꝝ conuocari & coadunari facere dictum consilium. In
quo quidem consilio dicti Ambaxiatores eorum ambaxiatam & responsionem referre te-
neantur. Et si prædicti ambaxiatores vel aliquis eorum aliter uel vltra quam eis impositum
fuerit, uel responsum portarent uel referrent condennetur quilibet ipsorum cōtrafaciens in li
bris quinquaginta deñ. cortoñ. Que quidem electio ambaxiatorum fiat in consilio supradi-
cto ad breuiam per regionem & non aliter, & si aliter fieret non valeat ipso iure. Et prædicta
intelligantur de ambaxiatoribus & nunciis eligendis & proficiscendis pro factis & vtilitati-
bus dicti communis. Item ꝙ quicunqꝫ petierit ambaxiatores, nuncium, vel literas pro
suis vel amici uel consanguinei sui ad aliquem locum vel dñm exparte dicti communis de sti-
nandos suis expensis concedantur ei per officum dominoꝝ Priorum populi Tuderti, to-
tiens quotiens fuerit postulatum. Ceterum si pro factis communis Tuderti talis pro quo fie/
ret talis postulatio esset tunc temporis impeditus, eo casu dicta ambaxiata, nuncius, uel lite-
re eidem expensis dicti cōmunis quandocunqꝫ expediens fuerit concedantur. Item etiam si-
quis Tudertinus esset condēnatus ad perpetuum carcerem, uel in perditionem persone uel mē
bri extra iurisbictionem Tuderti ꝙ ad implorandum de ipsa condennatiōe gratiam specia/
lem duo ambaxiatores tantum concedi possint expensis dicti cōmunis. Et prædicta etiam lo
cum habeant quando aliquis fuerit derobatus extra districtum & iurisdictionem Tuderti. Ita
tamen ꝙ in quolibet casuum prædictorum semel tantum expensis dicti cōmunis ipsi amba/
xiatores concedantur & non vltra quam duo exceptis exbannitis dicti communis pro ma-
leficio enormi, quibus huius statuti beneficium minime præbeatur. Salarium quidem am-
baxiatoꝝ in omni casu sit viginti solidorum cortoñ. pro quolibet, & qualibet die si cum vno
equo, & si cum duobus sit triginta solidoꝝ. Et hoc intelligatur si ituri sint extra territorium
Tudertinum. Per comitatum vero Tudertinum sit salarium solidoꝝ decem pro quolibet e-
qualibet die cum uno equo. Et quilibet Tudertinus tempore regiminis cuiuslibet Potestatis
possit duabus uicibus eligi ambaxiator. Et ultra duas uices aliquis compelli non possit aliquā
ambaxiatam suscipere dicto tempore sed sufficiat sibi ad plenam ipsius excusationem dicto
tempore bis iuisse. Sed & si nulla uice iuerit & legitimam excusationem haberet, ut puta iusti
timoris mortis aut alterius probabilis impedimenti audiatur talem excusationem allegans
exacta ab eo fide de prædictis per suū sacramentum a Potestate, uel Capitaneo, & etiam aliis
modis prout ipsi Potestati uel Capitaneo uidebitur cōuenire. Et siquis equus qui ductus fue
rit per aliquē ambaxiatorē dicti cōis morireť uel aliquo casu deguastareť itaꝙ inutilis esset
& a dicto cōi de iure emendādus ueniret, ꝙ eo casu de extimatiōe talis equi stetur & adhibeať

fides solum extimatoribus cōmunis Tuderti. Quā emendam Potestas & Capitaneus & quilibet eorum qui inde fuerit requisitus iuxta dictam extimationem illi cuius talis equus fuerit a Cammerario cāmere dicti communis facere fieri teneatur. Item teneantur iurare ambaxiatores ituri pro aliqua ambaxiata dicti communis ducere & continue secum tenere omnes equos quos ducere & tenere deberent secundum formam sue electionis. Et si non tenerem puniatur in duplo quantitatis quam superfluam recepissent seu recepturi essent pro ipso equo nō ducto vel non retento. Et prædicta obseruari faciant dicti Potestas & Capitaneus sub pena quinquaginta librarum deñ. cortoñ. pro quolibet eoꝶ cōtrafacinte.

¶ De modo concedendi Repræsalias et utēdi. R cas 61

Repræsaliaꝶ extorsio tam diuino quam humano iuri contraria nulli cōcedi debeat uel permicti, sed hoc uetante Capitulo cuilibet denegetur nisi ex causis & cum obseruantia inferius declaratis, v3 ꝙ si aliquis Tudertinus extra territorium Tudertinū in alicuius communitatis uel dñi territorio siue fortia fuerit captus uel derobatus tantum de aliquibus suis rebus. Et talis capiens vel derobans in eodem territorio vel loco se receptet & sit soluēdo, nec talem captum libere relapsare seu tales res per eum derobatas restituere uelit. Et talis dominus vel cōmunitas exparte communis Tuderti bis requisitus & interpellatus per ambaxiatores vel literas ipsius communis registrandas per notarium reformationum dicti cōmunis circa talis capti uel derobati indepnitatem fuerit negligens uel circa eam contempserit de oportunis remediis prouidere ꝙ eo casu possit & debeat per dictum Capitaneū ciuitatis Tuderti proponi in consilio populi Tuderti in quo intersint adminus trecenti consiliarii ipsius consilii quid placet ipsi consilio prouidere de ipsa repræsalia concedenda uel non contra talem cōmunitatem, uel dnūm, & res, & personas hominum uel territorii siue loci. Et quod tunc in dicto consilio obtentum fuerit per duas partes eorum adminus ad bussulas & palluctas habeat firmitatem. Et teneantur Potestas & Capitaneus ciuitatis Tuderti & quilibet eorum qui inde fuerit requisitus illud exequi facere prout fuerit ordinatum. Aliter vero ipse represaliæ non possint concedi seu recipi, & si concederentur non valeant nec teneant ipso iure Et nihilominus qui eis forma prædicta non seruata vsus fuerit in libris centum per dictum Potestatē uel Capitaneum puniatur. Hoc intellecto ꝙ in nullo casu quis vti possit aliquibus repræsaliis extra territorium Tudertinum. Item teneantur dicti Potestas & Capitaneus banniri facere primo mense eorum regiminis ꝙ nullus audeat uel præsumat vti repræsaliis hactenus per cōmune Tuderti concessis contra aliquam cōmunitatem vel specialem personam absq; licentia dominorum Priorum populi Tuderti. Siquis vero voluerit uti repræsaliis hactenus concessis antequam eis vtatur compareat coram ipsis dominis Prioribus & coram eis ostendat omnia sua iu[ra]. Qui domini Priores siquidem examinatis ipsis iuribus uiderint ꝙ ipse repræsalie iuste & solenniter sint concesse eas approbent & confirment alias autem eas reprobent & adnullēt. Et si eas confirmauerint tunc ad petitionem uolentis ipsis repræsaliis uti & ipsius expensis per literas dicti cōis & nūciū requiri faciant cōmunitatē uel specialē personā cōtra quā ipse repræsaliæ sunt cōcesse ut infra quindecim dies a die receptionis ipsaꝶ literaꝶ in āte a cōputādos debeant tali ipsis repsaliis uti uolēti satisfacere cū effectu de omnibus ꝑ quibus seu propter que ipse represaliæ sū t ꝯcesse quo termino elapso ipsis repsaliis licite possit uti. Et dictas literas dictus notarius reformationū debeat registrare. Itē ꝙ quilibet qui occasione alicuius represalie

49

cõcesse uel cõcedende aliquid habuerit uel receperit illud scribi faciat per notariũ Camerarii camere cõis tuderti ĩfra decẽ dies postquã illud habuerit, ad hoc ut ultra nõ habeat quam sibi cõcessũ extiterit. Quod si perdicta non seruauerit in duplũ eius ꝙ taliter habuerit condẽnet

De electione officio & auctoritate Dominorum Priorum populi & de permissis & prohibitis ipsi officio & de pena ordinantis aliquid contra hoc Capitulum.

ca. R 62

Cum laudabile sit patriæ desiderare salutem, & laudabilius querere & laudabilissimũ quesitam Tueri. Cum etiam ciuitas Tudertina quam retrobelli calamitas multo tempore conturbauit optate pacis beneficio potiatur salubriter prouisum est tam præciosum pacis thesaurum collocari in tuto & ad eius cõseruationem & augumentũ custodes poni dilectissimos & fideles. Ideoq; hac prouisione saluberrima prouidemus decernimus statuimus & ordinamus ꝙ deinceps in perpetuum in ciuitate Tuderti præsint. & præesse debeant decem boni viri populares & defensores boni & pacifici status ciuitatis prædictæ. Quorum electio fiat & fieri debeat modo, forma, & ordine infra scriptis v3 ꝙ quilibet dñs Capitaneus populi qui pro tempore fuerit in ciuitate Tuderti & quilibet alius officialis dicti domini Capitanei gerens officium quocunq; nomine nuncupetur ad penam ducentarum libraꝝ cortoñ. de suo salario eidem auferendam & etiam vinculo iuramenti teneanť & debeant infra primos octo dies mensis nouembris facere congregari in palatio nouo cõmunis Tuderti Consules infrascriptaꝝ artium v3 Consules mercatorum. Consules Notariorum. Consules Cappellanioꝝ. Consules calzolariorum. Consules pelliparioꝝ. Consules merciarioꝝ. Consules muratorum. Consules magistrorum lignaminis. Consules aurificũ. Consules fabroꝝ. Consules sartorum. Consules banbacariorum. Consules tabernariorum. Consules lanaroloꝝ. Consules spetiariorum. Consules macellariorum. Consules pizzicaiorum. Consules barbitonsorum. Consules camagnaioloꝝ. Et cõsules vasariorum. Dummodo ex cõsulibus mercatorum interesse possint infrascripte electioni quatuor & non ultra. Ex cõsulibus vero suprascriptarum aliarum artium interesse possint infrascripte electioni duo consules pro qualibet dictarum artium & nõ ultra. Debeant etiam cõsules suprascriptarum artium qui ipsi electioni intererint esse oriundi de Ciuitate Tuderti & subiecti iuridictioni cõmunis Tuderti in ciuilibus & criminalibus Qui consules supradicti sic ĩsimul congregari recepto ab eis prius corporali sacramento ad sancta dei euangelia corporaliter tactis scripturis de eligendo bonos homines secundum formã presentis statuti & omniũ aliorum loquentium de presenti materia ante omnia insimul adunati vna cum dominis Prioribus populi tunc in officio residentibus. Et ipsi domini Priores vna cum dictis consulibus eligere teneantur & debeant duos bonos & legales populares & de consilio populi ciuitatis Tuderti qui debeant infrascripto scrutinio interesse & ipsum scrutinium recipere. Ita tamen ꝙ nullam vocem habeant ipsi duo in electione infrascripta. Post quam electionem dicti consules absq; presentia dominorum Priorum populi eligere debeant ad scrutinium secretum uocum septuaginta duos bonos prudentes & sufficientes homines artifices & populares de ciuitate Tuderti oriundos qui sint pacis & patriæ amatores & zelatores quorum nullus cẽseatur electus uel obtentus nisi habuerit duas partes uocum dictorum consulum pro eo. Quorum septuaginta duorum bonorum hominum quilibet sit ætatis Triginta annorum uel ultra qui sint populares & de populo ciuitatis Tuderti. Et non sint nobiles uel magnates, uel Iudices uel aduocati ipsi septuaginta duo uel aliquis ipsorum. Nec eligant nec eligere possint consules supradicti aliquẽ exse ipsis, patrem, filiũ, fratrẽ carnalẽ, nepotẽ carnalẽ, uel patruũ carnalẽ ex linea paterna alicuius cõsulũ prædictaꝝ artiũ siue intersint electioni pdicte siue nõ quoꝝ septuaginta

duorum bonorum huominũ sic electorum nomina diuidere, & cernere debeãt cõsules supra dicti p decenariũ numerũ usq; in sexaginta ex pdictis septuaginta duobus. Et scribi facere in sex cedulis v3 in qualibet cedula decẽ nomina ex pdictis sexaginta electis, v3 quinq; nomina gebellinorum & quinq; nomina guelforum. Et in qualibet cedula poner debeãt duos bonos legales & sufficiẽtes populares dictæ ciuitatis amatores & zelatores pacis & patriæ, ac status cõis & populi ciuitatis tuderti nõ habẽtes uel exercẽtes artẽ extra numerũ artificũ in dicta cedula cõtẽtorũ. Quas sex cedulas diligẽter & caute includãt & inclusas firmẽt in quadã bussula quã bussulã etiã micte re & ponere debeant in quadam capsa in qua sint tres cum diuersis clauibus serraturæ, vnã quarum clauium tenere debeat dominus Capitaneus uel officialis, qui capitaneatus officium exercebit, aliam vero clauiũ prædictarum tenere debeat Custos, Guardianus, uel Sacristanus fratrum minorum, aliam uero clauium teneant domini Priores populi Tuderti. Reliqua vero duodecim nomina ex septuaginta duobus prædictis scribi facere teneantur consules supradicti in duodecim cedulis, v3 in qualibet cedula vnum nomen perse singulariter & diuisim. Quas cedulas claudi faciant & micti in duas bussulas, v3 in vnam sex guelfos & in aliam sex alios gebellinos. Que bussulæ claudantur, ponantur, firmentur, & teneãtur in capsa supradicta & dicta capsa inmediate postquam in ea missæ fuerint bussule cedularum supradictarum firmetur cum clauibus supradictis, que firmata custodienda tradatur Cãmerario communis Tuderti in cammera dicti communis. Et q dictus dñs Capitaneus uel officialis qui capitaneatus officium exercebit teneatur & debeat congregari facere consilium populi in quo debeant interesse adminus ducenti consiliarii vltima die cuiuslibet prioratus. In quo consilio veniat dictus frater de ordine fratrum minorũ tenens prædictam clauem dictæ capsæ cum ipsa claue Veniãt etiam predicti domini Priores cum alia claue predicta, & interssit etiam in dicto cõsilio dominus Capitaneus, uel officialis qui capitaneatus officium exercebit cũ alia claue prædicta. Et in dictum consilium adduci faciat dominus Capitaneus dictam capsam & ipsam in dicto consilio faciat aperiri & de ipsa aperta extrahi faciat bussulam supradictam in qua sunt cedulæ dominorum Priorum ille, v3 in quarum qualibet cedularum scripta sunt decem nomina de prædictis septuaginta duobus. Que bussula sic extracta ponatur in manu dicti fratris Qui frater dictam bussulam debeat aperire & ex ea vnam dictarum cedularum suis propriis manibus extrahere illam, v3 que sequi debebat officium prioratus tunc finiendi. Et ipsa cedula sic extracta nomina dominorum Priorum in ipsa cedula contentorum legi debeant & in ipso cõsilio publicari. Et illi quorum nomina sic extracta scripta reperirẽtur sint pro primis duobus mensibus tunc inmediate sequentibus. Et eadem forma seruetur in extrahendo dominos Priores electos ad dictum officium qui scripti apparerent in cedulis scriptis in capsa que est penes Cammerarium dicti Cõmunis. In quibus sunt nomina dominorum Priorum qui esse debent ad dictum officium pro anno proxime uenturo & in kalendis Ianuarii in cohando. Quibus sic peractis in dicto consilio vt dictum est claudatur bussula supradicta per dictum fratrẽ & ponatur & mictatur in dictam capsam. Que capsa in dicto cõsilio firmetur clauibus supradictis & firmata custodienda tradatur Cammerario supradicto clauibus dictæ capsæ remanentibus penes dictum Capitaneum, dominos Priores, & dictum fratrem vt dictũ est. Si vero aliquis cuius nomem scriptum esset in dicta cedula sic extracta Mortuus esset uel ante principium dicti officii dominorum Priorum uel in dicto officio moriretur, uel esset alia legitima causa impeditus propter quam non posset dictum officium exercere uel interesse ad dictum officium exercendum simili modo & forma dictum Consilium Populi quando fuerit oportunum debeat congregari, & in ipso modo predicto debeat aperiri bussula que est in dicta capsa in qua sunt sex breuia In quorum quolibet scriptum est solummodo vnum Nomen, v3 Coloris & partis de quo uel qua fuerit talis Mortuus uel causa Legitima impeditus

Et ex dicta bussula per dictum fratrem tot propriis manibus extrahantur similiscoloris & partis quot sufficiant ad decenarium numerum supradictū, & aliter dicti duo decim qui super sūt a sexaginta usq; ad septuaginta duos de dictis bussulis non trahantur. Et, taliter extrahendus tempore sui officii illam habeat plenitudinem potestatis, & illud officium & arbitrium, salariū beneficium, & bayliam quam & quot habet alius de dictis dominis Prioribus supradictis. Si quem vero breuia ex dictis duobus breuibus in quorum quolibet est scriptum unum nomem solūmodo tempore quo finierint breuia supradicta in quorum quolibet scripta sunt decem nomina remanerent in dictis bussulis tempore noue electionis faciendæ per dictos cōsules artiū de supradictis nouis dñis Prioribus trahantur de dictis bussulis & illud de ipsis fiat quod videbitur cōsulibus supradictis. Et sic semper de tēpore in tempus, & de duobus mēsibus in duos menses fiat extractio subcessorum dños Priorum ante exitum dños Priorum vt dictum est usq; ad sextam cetnam dñorum Priorum. Proinde adueniente tempore vltimorum dñorū priorū in sexta cetna cōtentorū dictus dominus Capitaneus uel is qui capitaneatus officiū geret cōsules suprascriptarum artiū faciant cōgregari ad penā superius denotatam. Et per ipsos faciant fieri electionē septuaginta duorum bonorū huominū pro officio dominorū Priorum exercendo pro anno tunc proxime venturo incipiendo in mediate post finem officii dominorum priorū tunc presentiū modo & forma superius declaratis. Et ita de anno in ānum vt supradictū est & postea semper fiat itaq; nullo tēpore prædictū officiū prædictis officialibus vacet. Et habeāt & habere debeāt dicti domini priores pro quolibet eorū & qualibet die qua steterint in officio prioratus decem solidos cortoñ. sine retentione gabelle. Et habeāt & habere debeant omnes dñi priores præfacti qui pro tempore fuerint pro eorū stantiamētis prouisionibus & decretis scribendis vnū notarium quem voluerint & quem ipsi eligant & eligere possint prout eis placuerit. Ita tamen q; idem notarius sit forensis. Et habeāt & habere debeāt dicti domini priores pro seruitiis oportunis ipsi officio prioratus decem famulos vnū coquum et famulū coqui Qui decem famuli & coquus habeant pro eorū salario a cōmuni vnā tunicam valoris centum solidorū tēpore cuiuslibet prioratus & duos solidos cortoñ. sine gabella pro qualibet die & pro quolibet ipsorū famulorum & coqui. Quorū famulorū & coqui salariū pueniat ad ipsos dños Priores pro expensis ipsorum famulorū & coqui & eis dicti domini priores ex pensas facere teneantur. Et teneant dicti domini priores & notarius cōtinue de die & de nocte toto tempore dictorum duorū mensium stare & morari simul reclusi in palatio cōmunis Tuderti eorū habitationis. Et teneant possint & debeāt dicti domini priores pro tēpore fuerint cōtinue vigilare & cogitare & solicitam curam habere circa cōseruationē, defensionem, salutem, & augumentum prosperi, tranquilli & pacifici status ciuitatis & comitatus Tuderti, ac populi Tudertini, & honoris, libertatis, iurium, & iurisdictionis dicti cōmunis & populi. Et vt ipsa ciuitas expulso cuiuslibet zizanie scandalo de bono in melius perseueret & augeatur, & ut bona iura cōmunantiæ, & possessiones pertinentes & spectantes ad cōmune Tuderti nō occupentur per aliā quācūq; personam, sed iam occupate redeant ad ipsū cōmune, non obstante q; possiderentur per aliquem. Et pro prædictis & quolibet prædictorum faciendis auctoritate præsentis statuti prouisionis, & ordinamenti habeant dicti domini Priores qui pro tempore fuerint auctoritatem & bayliam plenissimam, & plenum liberum & absolutum arbitrium, & omnem plenitudinem Potestatis quod & quam habet cōmune Tuderti prouidendi, stantiandi, decernendi, & ordinādi omnia que uiderint expedire & que ad ipsorum processerint uoluntatē & quicquid per eos fuerit prouisum, stantiatum, decretum, gestum, seu ordinatum, uel per septem ex eis iure probabiliter præsumat factum, prouisum, stantiatum ordinatum & gestum, ex dictis causis & qualibet ipsarum nulla probatione uel contradictione in contrarium admictenda. Et ita ualeat & firmum sit & debeat exequutioni mandari per Potestatē, Capitaneū, defensorē cāmerariū

& quoscum q3 alios officiales cõmunis predicti, & per omnes personas Iurisdictioni communis Tuderti subpositas, ac si per arrengham, omnia, & per totum corpus vniuersitatis ciuitatis Tuderti sic foret prouisum, ordinatum, seu decretum omni exceptiõis obstaculo & cõtrarieta te remotis. Et Potestas, & Capitaneus, & quilibet alius officialis, qui dictorũ Priorũ ordinamẽ ta, seu stantiamenta, vel decreta neglexerit, aut cõtẽpxerit puniatur pro qualibet uice in libris quingẽtis deñ cortoñ. & nichilominus possit perdictos dominos priores expelli & ab eius offi/ cio remoueri. Saluo & excepto q non possint ipsi dñi Priores nouam guerram mouere, uel fa cere, aut ordinare q moueatur uel fiat. Item non possint ipsi domini Priores rebãnire aliquem exbãnitum uel condẽnatum cõmunis Tuderti pro maleficio, nec aliquos processus uel cõdẽna tiones tollere uel suspendere aliquo modo. Nec possint carceratos cõmunis Tuderti offerre uel aliquem relaxare, uel ordinare q relaxent uel offerantur. Item non possint cõcedere represa lias alicui contra formam statutorum cõmunis Tuderti. Item non possint sibi uel alteri ipso 4 pro ipsorũ proprio & priuato cõmodo seu facto aliquid stantiare, uel ordinare. Item nõ possint aliquam datam iniuctam uel prestantiam inponere in ciuitate uel comitatu Tuderti uel aliqui bus massariis, ciuibus, nobilibus, uel sergentibus ciuitatis uel comitatus Tuderti vel forensibus. Possit tamen data, iniucta, & prestantia generalis & specialis imponi per cõsilium populi cõ munis, ciuibus comitatensibus, ac forensibus possessiones in comitatu tuderti habentibus prout videbit dicto cõsilio populi. Itẽ nõ possint dicti domini Priores aliqua bona possessiones, iura libertates vel iuridictiones cõmunis tuderti vẽdere donare, permutare, vel titulo locationis cõ cedere vltra quam per tempus sex annorum. Nec possint de pecunia cõmunis tuderti expẽdere ultra quãtitatem ducentarum librarum cortoñ. pro quolibet mense eorum prioratus, ducen tas tamen libras expendere possint quolibet mense eorum prioratus in vtilitatem dicti cõmu nis prout eis videbitur. Dummodo in ipsis ducentis libris expendendis quolibet mense non intelligãtur nec veniant expense occurrentes in dicto cõi, & que fieri expedirẽt pro cartis, tor chis, candelis, & cera que fient pro ipsis per cammerarium dicti cõis, quas expẽsas rerum prædi ctarum ipsi dñi Priores deliberare possint ultra dictas ducentas libras. Item non possint aliquem massarium comitatus Tuderti uel suas possessiones a libra uel lateribus massariorum dicti cõmi tatus facere eleuari uel cancellari. Nec possint ipsum massariũ uel suas possessiones intra ciues tudertinos, nobiles uel sergẽtes, uel ad libram ipsorum ciuium nobilium uel sergẽtium, siue in libra ipsorum ciuium nobilium uel sergetium facere scribi uel modo aliquo applicari, item nõ possint nec debeant aliquo modo uel causa directe uel indirecte, seu per obliquum uel alio quo/ cumq3 colore quesito uexillũ, siue cõfalonem populi Tuderti dare uel cõcedere alicui persone de ciuitate uel comitatu Tuderti. Nec aliquem de ciuitate, uel comitatu tuderti eligere in Cõ/ falonerium siue Vexilliferum cõmunis, & populi tuderti, Sed ipsum uexillum, & cõfalonẽ ip si domini priores semper penes se & in dicto prioratus officio teneant & debeant cõseruare & manutenere in perpetuum, & cõtra formam præsentis ordinamẽti nihil in hoc casu ualeãt actẽ/ tare. Contrafaciẽs quilibet ex ipsis dominis prioribus penã quingentarum librarum cortoñ. in currat. In qua pena sindicus qui ad sindicandũ eos fuerit deputatus debeat cõdẽnare tempo/ re sindicatus quẽlibet Priorem qui cõtrafecerit in prædictis Teneantur in super dicti dñi Prio res credentias eis impositas et que imposite eis non fuerint si eis uidebitur utile pro cõmuni in secreto tenere, scil3 perpetuales in perpetuum & temporales ad tempus, cõtrafaciens in quin quaginta libris uice qualibet puniatur. Item q nullus dictorum dñorum Priorum possit nec debeat alicui ex ipsis dñis Prioribus dare palluctam suam, nec alicui eorum cõmictere uices suas, cõtrafa ciens in decem libris vice qualibet puniatur. Item dicti domini Priores possint & eis liceat re cõciliare, & ad pacem, vnitatem, & concordiam reducere dominos Potestatem, Capitaneum, & alios officiales communis Tuderti si qua (q absit) oriretur inter eos discordia. Et etiã artes

53

& artifices in prædictis & pro prædictis eisdem dominis Prioribus obediant, & pareāt, discor danti pena centum librarum pro quolibet cōtrafaciente auferenda. Item teneantur dicti dñi Priores vinculo iuramenti tempore cuiuslibet Prioratus facere murari adminus duas perticas de muris burgorum ciuitatis Tuderti. Item in quolibet cōsilio tam generali quam cōsilio populi octo adminus ex ipsis dñis Prioribus debeant interesse, qui eligere debeant dicta & cōsilia illoꝝ qui arrengabunt in aliquo ipsorū cōsiliorum. Et si cōtingeret ꝙ proponeretur factum alicuius specialis persone, siue aliquid ꝙ esset cōtra cōmune, ꝙ ipsi dñi Priores qui tunc in ipso cōsilio interessent possint & debeant facere vnum uel plures arrenghare in seruitiū dicti cōmunis. Et tales arrenghatores quibus in iunctū fuerit per prædictos Priores arrēghare antequā arrengham ascendant teneantur & debeant in præsentia Potestatis uel Capitanei iurare ad sancta dei euangelia corporaliter tactis scripturis cōsulere super ipsa proposita ea que vtiliora cognouerint pro cōmuni prædicto. Et prædicta Potestas & Capitaneus teneantur facere obseruari vinculo iuramenti. Item ꝙ notarius dictorum dñoꝝ Prioꝝ elapso tempore cuiuslibet prioratus in primo cōsilio quod tunc fiet legat & legere teneatur omnes & singulas expensas factas per Priores tunc proxime præcedentes uigore ipsorum officii prioratus, ita tamen ꝙ in ipso consilio intersit numerus consiliariorum qui debent in obtinendis partitis in ipso cōsilio interesse. Teneantur etiam dicti domini Priores vinculo iuramēti & ad penam viginti quinqꝫ libraum pro quolibet ipsorum facere fieri Inuentarium de ommnibus & singulis rebus & massaritiis quas habent in palatio seu domo eorum habitationis. Et ipsas res omnes teneātur & debeant sub vinculo iuramēti & ad dictam penam dictū inuentariū videre & res scriptas in eo. Et si aliqua dictaꝝ reꝝ & massaritiaꝝ cōtentaꝝ in tali inuentario deficeret cogi faciant cum effectu ipsos dños Priores veteres ad reficiēdum cōmuni Tuderti extimationē talis rei deficientis seu perditæ. Et ꝙ notarius ipsorū dñoꝝ Prioꝝ teneaꝛ & debeat sub dicta pena de prædictis inuētariis semper facere publicum instrumētum. Et presens capitulū dictis dñis Prioribus legere in principio eorum officii ad hoc vt aliquā ignorantiā ipsi dñi Priores de cōtētis in presenti capitulo nō valeant allegare. Hoc quidē statutū quia principaliter pro cōseruatione, salute, & augumento pacis patrie, & cōmodis singulorū est editum uelut nouissimū & posterius supra & cōtra omne aliud statutū seu ordinamētum directo uel per obliqū cōtrariū cōtinēs volumus præualere, & robur & prærogatiuā omni modā obtinere, & eius voluntatem & mentē ad effectū demādari ac perenniter perduraꝛ & inreuocabiliter obseruari. Et nūquam possit tolli, mutari, reuocari, aut in aliquo derrogari. Et nō patiaꝛ Potestas uel Capitaneus aut alius officialis ꝙ fiat aliquod cōsiliū in quo possit cōtra presens statutū aliquid dici uel proponi arrēghari uel fieri. Et semꝑ quando ꝓponereꝛ seu fieeret ꝓposita de reuocatione statuti specialiter exceptueꝛ in ipsa ꝓposita quicquid esset eius verbis uel mēti cōtrariū. Et nullus de cetero audeat cōtra præsens statutū in aliquo cōtradicere, facere, uel attētare, aut cōsentiꝛ quod cōtra ipsum aliquid ordinetur uel fiat. Et cōtrafaciens puniatur per Potestatē uel capitaneum ad cuius notitiam id primo uenerit in libris mille deñ cortoñ. Et si Potestas uel Capitaneus cōsentirent ꝙ fieret proposita in diminutionē uel derogationē huius statuti puniatur in libris mille deñ cortoñ. Et notarius reformationū qui scriberet ipsā ꝓpositā in libris ducentis deñ cortoñ. Que omnia ualeant & præualeant & roboris obtineant firmitatē aliquo statuto supra uel infra posito non obstante, quibus omnibus & singulis huic cōtrariis per presens capitulum abrogetur & derogetur.

¶ De duobus libris apodissarum dominorum priorum habendis per eos & de ipsorum assignatione & ꝙ notarius cammeræ similes libros habeat & ad sit in consilio quādo leguntur expense. R. ca. 63

Item Statuimus q domini Priores populi Tuderti qui pro tempore fuerint in ipso officio prioratus teneātur toto tempore ipsorum officii habere & tenere apud se duos libros in vno quorum scribantur omnes apodisse sigillāde per eos dicto tempore per quas mandaretur per eos cāmerario cāmeræ cōmunis Tuderti de soluendo aliquam pecuniæ quantitatem de pecunia dicti cōmunis ex uigore & auctoritate eorum officii. In altero vero scribant omnes apodisse per quas mandaretur ab eisdem dicto cāmerario de soluendo aliquam pecuniæ quantitatē de pecunia dicti cōmunis ex vigore & potestate statutorum ordinum seu reformationū dicti cōmunis, & nō ex potestate uel vigore sui officii. Et q in qualibet dictarum apodissarum exprimat vtrū ex vigore & potestate ipsorū officii, aut vero ipsorum statutorum, ordinum seu reformationū expēsam ipsā per ipsum cāmerarium fieri mandet. Et q ipsi dñi Prores teneāt vltima die dicti eorum officii dictos libros sigillare sigillo cōmunis Tuderti ipsosq sic sigillatos subcessoribus exibere & assignare antequam de palatio ipsorum habitationis discendat. Qui dñi Priores noui primo die introitus ipsorum officii vinculo iuramenti, & ad penā decem librarum cortoñ. pro quolibet ipsorum ipsos libros teneantur & debeant assignare & tradere dño defensori ciuitatis Tuderti, seu alii officiali qui ad dictos precessores eorum sindicandum tunc temporis fuerit deputatus. Qui quidem dñs defensor seu alius officialis prædictus postquā ipsi libri sibi traditi & assignati fuerint uidere & examinare vtrum dicte apodisse, uel alique, seu aliqua earum legitime processerint & facte fuerint an non. Et si inuenerit ipsos dños Priores per prædictas apodissas uel aliquam ipsarum aliquam pecuniæ quantitatem solui mandasse per dictum cāmerarium præter, cōtra, uel ultra quam eis licitum fuisset per formā statutorum, ordinum, seu reformationum dicti cōmunis teneatur & debeat cōdēnare ipsos dños Priores ad restituēdū dicto cōmuni omne & totum id quod ultra, præter, uel contra formam prædictam solui mādassent. Et in dicto casu omnes & singuli Priores qui fuerint ipso tempore in dicto officio Prioratus vigore ac fictione præsentis capituli intelligātur & reputent̄ fuisse culpabiles in prædictis & tāquam culpabiles puniri & cōdēnari debeant ut prædicitur, nisi illi uel ille dumtaxat qui legitime probauerint siue probauerit se contradixisse prædictis. Et q notarius cāmeræ prædicte teneatur & debeat similes libros facere de apodissis prædictis. Ac etiam adesse & assistere cum ipsis libris in cōsilio populi Tuderti in quo, & quando ipse expense cōtente in ipsius apodissis legerentur & cum ipsis libris auscultare expensas prædictas.

ca.

Q nullus infra annum possit eligi ad officiū prioratus. R 64

Item Statuimus q nullus qui fuerit in officio dominorum Priorum populi Tuderti possit uel debeat eligi ad dictum officium exercendū inde ad unū annū post egressum sui officii Itaq quicumq fuerit in dicto officio a kalendis Ianuarii usq ad mēsem decembris tunc proxime subsequentis aliquo tempore nō possit eligi uel poni inter illos qui esse debēt pro anno proxime subsequenti ad penam uiginti quinq librarum cortoñ. pro quolibet eligentiū. Et si electus fuerit nō possit nec debeat dictum officium acceptare ad dictam penam, sed loco eius dñs Capitaneus ciuitatis Tuderti faciat aliū de bussulis extrahi modo superius declarato, qui sic extraendus sit de dictis dñis Prioribus similem habeat autoritatem & bayliam.

De modo seruādo per dños Priores cum subcessoribus eorūdem. ca.

R 65

Item Statuimus q dñi Priores populi Tuderti & officium ipsorum dñorum Priorum debeat totum simul intrare ad dictum officiū exercendū & totum simul exire de officio suo prædicto, ita ut q noui domini Priores intrent in mane tempestiue, post quorū introitū

tunc pendentibus. Et duret officium ipsoꝝ dominoꝝ Priorum per duos menses tantū, & de duobus mēsibus in duos menses sicut superius est expræssum. Si vero mane quo aperiretur cedula ipsorū dñorum vel mane quo debeāt intrare ad dictū officium exercendum aliquis sic extractus presens nō esset, uel esset causa legitima impeditus propter quam esse etiam nō posset ad dictū officiū exercerdū expectari debeat per tres dies & nō vltra. Et si infra ipsos tres dies venire nō poterit ad dictum officiū excercendū nō expetetur vlterius, sed loco ipsius alius extrahatur de illa bussula in qua sunt cedule in quaꝝ qualibet scriptū est solū modo vnū nomen modo superius declarato. Si vero nō esset legitima causa impeditus omnino per dominū Capitan eum cogi debet ad dictū officium iurandum acceptādum & exercendū.

ca.

¶ De pena absētātis se infraudē, ut nō exerceat officiū Prioratus. 66

Item ad obuiandum astutiis & malitiis eoꝝ qui positi sūt in bussulis officii dominoꝝ Priorum populi Tuderti & qui in posteꝝ eligentur & ponentur in ipsis bussulis qui sumptis friuolis causis se ab sentare nituntur ut ad ipsum officiū exercēdum non cogātur, statuimus & hac prouida lege firmamus q̄d nullus qui esset uel erit electus in posteꝝ aut positus uel ponendus in dictis bussulis & in officio ipsorum dominoꝝ Priorum de cetero audeat uel præsumat se absentare a ciuitate & comitatu Tuderti infra decem dies ante initium sui officii. Si quis autē se absentando contrafecerit, dominus Potestas, Capitaneus, & defensor cōmunis tuderti & quilibet ipsorum statim q̄ ad ipsorū uel alicuius ipsorum noritiam hoc peruenerit teneatur pro tali absentato suas litteras destinare, ad terram seu locum vbi morā tunc traheret expensis ipsius absentati iniungēdo sibi & assignando certū terminum infra quem debeat Tudertum sine mora personaliter comparere corā eis. Si autem non rediret in termino declarato puniatur per vnum dictorum dominoꝝ in viginti quinq; libras cortoñ. eidem accipiendis de facto sine aliqua formatione alicuius processus siue sententiæ. Et nihilominus per dictos dominos uel aliquem ipsorum ponatur ad cōfinia longe a dicta ciuitate per duas dietas apud que confinia moram trahere debeat per ipsos duos menses quibus in dicto officio stare debebat de qua mora remictere teneatur singulis octo diebus publicum instrumentū prout videbitur ipsis dominis uel alicui ipsorum, saluo q̄ si talis absentatus haberet legitimā excusationem infirmitatis uel q̄ esset electus in aliqua terra ad aliquod officium facta plena fide de prædictis uel aliquo prædictoꝝ ad penā aliquam minime teneatur.

¶ De his qui non possunt esse de numero dominorū Prioꝝ populi siue eligi ad aliquod officium uel consiliū cōmunis Tuderti. ca. R 67

Item Statuimus q̄ in officio uel de officio dominorum Priorum populi Tuderti, uel ad aliquod consilium cōmunis Tuderti generale, uel speciale, bayliam uel auctoritatē aliquā habens uel ad aliquod officium dicti cōmunis, de cuius administratiōe rationē reddere teneretur ipsi comuni no possit nec debeat eligi aliquis qui a tēpore pacis citra que facta fuit in M.ccc.xiiii. inter guelfos & gebellinos tempore nini de monte milino fuerit cōdennatus pro falsitate, proditione, robaria, uel furto, exceptis illis qui rebāniti fuerūt tēpore legerii olim capitanei ciuitatis tuderti vel aliquis qui nō sit subpositus iurisdictiōi cōis tuderti seu qui uel cuius pater siue auus paternus sit uel fuerit alibratus inter massarios comitatus tuderti uel seruus inter lares dicti comitatus, seu qui uel cuius pater nō sit origine tuderti nullus quoq; Iudex iuris peritus siue aduocatus possit esse i dicto uel de dicto officio dictoꝝ dñoꝝ Prioꝝ. Seu aliquis qui nō sit popularis, & de populo ciuitatis tuderti. Et si cōtrafactū fuerit in aliquo dictorū

1314 Pace fatta trà Guelfi Gibellini

casuã talis ellectio nulla sit ipso iure, Et nihilominus tã quilibet taliũ electorũ quã talis electus di ctũ officiũ acceptans penã libraꝝ viginti quinq; ipso facto incurrat. Et ꝙ dñs capitaneus ciuitatis Tuderti teneatur infra primos octo dies officii cuiuslibet prioratus inquirere si in ipso officio esset aliquis cõtra formam prædictam, et si quem ibi esse inuenerit eum in dicta pena condennet, ac etiam eum de facto ab ipso officio amoueat & repellat. Et deinde eius loco alius extrahatur ad ipsum officium prioratus prout requiritur per formã statutorum dicti cõmunis, saluis capitulis loquentibus de rectoribus & officialibus forensibus dicti cõmunis. Preterea uolumus ꝙ non obstante presenti capitulo quilibet etiam nõ subiectus iurisdictioni dicti cõmunis licite & impune possit eligi in ambaxiatorẽ & pro ambaxiatore dicti cõmunis quotienscũq; dicto cõmuni uisum fuerit expedire.

ca.

Qꝫ dñi Priores eoꝝ decreta scribi faciãt in voluminibus statutoꝝ. Ru͂ 68

Item statuimus ꝙ domini Priores populi Tuderti teneantur & debeant uinculo iuramenti omnia decreta, reformationes, & ordinamẽta que & quas facient in futuꝝ que deberẽt pro lege cõmuniter obseruari, poni & scribi facere in voluminibus statutorum dicti cõis. Nec prius ipsa decreta, ordinamenta & reformationes obtineant roboris firmitatem.

ca.

De sindicatu dñoꝝ Priorum populi & eius forma. Ru͂ 69

Ad hoc ut baractarie, fraudes illicite extorsiones, & indecentia lucra cessent prouidemus, statuimus, & ordinamus ꝙ domini Priores populi tuderti, & quilibet qui fuerit i ipso officio prioratus sindicari debeant in hac forma vz. Qꝫ dñs defensor qui pro tempore fuerit uel alius officialis qui ad sindicandũ ipsos dominos Priores fuerit deputatus teneatur & debeat uinculo iuramenti prima uel secũda die post finem officii cuiuslibet prioratus publice banniri facere ad duas tubas in platea cõmunis tuderti, & in aliis locis solitis ipsius ciuitatis, ꝙ quicũq; vellet aliquid dicere, petere, vel exigere alicui uel ab aliquo ex dñis Priorib' populi qui fuerit in officio prioratus tunc proxime præcedẽti, siue aliquem ex ipsis dñis Prioribus voluerit accusare seu ꝯtra eum aliquid petere ratione, uel occasione alicuius baractariæ, extorsionis reuerendariæ, falsitatis, vel lucri illiciti occasione dicti officii & in dicto officio per aliquẽ ex ipsis dñis prioribus facte, cõmisse, vel perpetrare, vel ꝙ aliquis ex ipsis dñis prioribus aliquid gessisset vel fecisset in ipso officio prioratus contra formam statutorũ vel ordinamentoꝝ cõmunis, & populi Tuderti, uel contra statũ pacificũ & quietẽ publicã dicti cõis & populi, vel cõtra iurisdictionẽ & in diminutionẽ iuris, & iurisdictionis cõmunis & populi tuderti infra decimã diẽ a die ipsius bãnimẽti coram ipso dño defẽsore vel officiali debeant comparere recepturi iustitie cõplementũ. Et nihilominus ipse dominus defensor vel officialis possit teneatur & debeat ex vigore sui officii cũ promotore, & sine inquirere, & inuestigare modis omnibus quibus potest contra omnes & singulos qui fuerint in ipso officio prioratus de omnibus & singulis que ipsis vel aliquis eorum habuissent vel recepissẽt, siue habuisset uel recepisset per se uel alium quoquo modo de bonis, pecunia & auere dicti cõmunis uel alicuius uniuersitatis siue alicuius specialis persone ꝯtra uel ultra formam statutorũ ordinamentoꝝ, uel reformationũ cõmunis & populi Tuderti. Et de qualibet alia baractaria, extorsione, reuendaria, falcitate acchapro, uel fraude, siue lucro illicito per eos uel aliquem eorum factis cõmissis & receptis in dicto officio, & occasiõe ipsius officii. Et si quis eorum de prædictis uel aliquo prædictoꝝ reus inuentus fuerit puniatur & cõdennetur per ipsũ suum sindicatorẽ in libris ducentis. denã. cortonẽ dicto cõmuni effectualiter applicandis, ac etiã ꝑpetuæ infamiæ notã ipso iure incurrat, nec de cetero ad aliquod dicti cõis officiũ seu beneficiũ admictatur. Et easdem penas incurrat quilbet alius qui prædictorum officioꝝ uel alicuius eorũ

tractator cooperator, seu particeps extiterit quoquo modo. Nisi ipsi sindicatori tempore sindi-
catus talis prioratus, & ĩfra terminũ assignatũ i bãnimẽto ꝙ occasiõe talis sindicamẽti exparte
dicti sindicatoris fieret talia maleficia, seu tale maleficiũ propalauerit. Quo casu talis ꝓpalator
a dictis penis totaliter sit exẽptus & nihilominus in casu prædicto totũ & quicquid dicto priori
sicut premictitur illicite dederit effectualiter ab ipso priori restituatur eidem, & ꝙ sup̃ predictis
examinãdis, cognoscẽdis, & iuestigãdis dictus dñs defensor, seu officialis possit & dbeat cõtra talẽ
priorem sicut premictitur delinquẽtem ꝓcedere per modum & uiam inquisitionis, accusationis
denũciationis, & simplicis petitionis, breuiter, & summarie, ac de plano, & sine strepitu, & figu
a iudicii, etiã diebus feriatis [redacted] inductis, & in p̃dictis q̃libet sit legitimus accusator.
Que quidẽ si ꝓbata fuerint per unũ testem de visu vel per decem de fama publica deponentes
seu per alia ꝓbabilia & legitima inditia possit & debeat dictus sindicus contra talem priorem
ꝓcedere ad torturam, donec, ipsa maleficia seu ipsum maleficiũ cõfiteaṫ. Et tandem sequnta con
fessione prædicta eũdem in dictis penis condennet. Et quia vt plurimũ talia fiũt occulte, ne de
p̃dictis possit veritas occultare statuimus ꝙ idem dñs defensor seu officialis possit & debeat rea-
liter & psonaliter compellere oẽs qui de predictis sciuerint, seu quos scire crediderit veritatem vt
in predictis & super predictis sibi pandant & notificent veritatem. Ceteꝝ siquis cõtra aliquem
ex dictis dñis Prioribus in querimoniã detulerit ciuiliter vel criminaliter aliquod de predictis ma
lificiis coram dicto sindicatore tempore ipsius sindicatus & in probatione defecerit puniatur p
dictum sindicatorẽ vice qualibet in centum libris. Volumus insuper statuentes ne dicti domini
Priores de predictis maleficiis ptranseant impuniti ꝙ quolibet anno de mense Ianuarii p dños
Priores populi & p consules artiũ & p vigintiquatuor secreti consilii populi dicte ciuitatis tũc
tẽporis i ipsis officiis residẽtes eligaṫ vnus officialis forẽsis cũ uno notario, & cũ familia, salario
atq; pactis & p eo tempore de q̃bus & prout ipsis dñis Prioribus consulibus & vigintiquatuor
expedire uidebitur. Qui officialis omnes & singulos qui infra annum tũc proxime preteritũ
retro ante ipsum mẽsem Ianuarii fuerint in ipso officio prioratus sindicet de oĩbus & singulis pre
dictis maleficiis dicto tempore in dicto prioratus officio & eius pretextu & occasiõe p ipsos uel
eorum aliquem cõmissis & ppetratis. Et inuentos culpabiles in penis predictis puniat & condẽ
net nõ obstante ꝙ ipsi infra ipsum tempus sindicari & absoluti fuissẽt p dictũ dominũ defenso
rem uel alium offitialem ad ipsorum sindicatum hactemus ut premictitur deputatum sup inq
sitione generali seu particulari perdictũ eorum sindicatorẽ ex officio suo cõtra eos uel aliquem
ipsorũ formata. Et super predictis examinandis cognoscendis, inuestigandis, diffiniendis, & exe-
quendis dictus officialis eandem potestatẽ, bayliam, & auctoritatem habeat, ac ꝓcedat, & pro-
cedere teneatur contra ipsos Priores in oĩbus & p omnia ꝓut superius in psona dñi Defensoris,
seu alterius officialis, qui ad eorum sindicamentum hactemus deputatus extiterat plenius conti-
netur. Preterea duximus prouidendum ad hoc ut ipsi dñi Priores qui deinceps fuerint in ipso of
ficio prioratus plenam habeant notitiã predictorum ꝙ cancellarius siue notarius reformationũ
dicti cõmunis teneatur & debeat uinculo iuramenti, & ad penam decem librarum cortoñ, p̃sens
Capitulum infra duos dies initii officii cuiuslibet prioratus ipsis dñi Prioribus ad ipsorum ple-
nam & pfectam intelligentiam legere, & notificare. Et ꝙ idem dñis Priores uinculo iuramenti
teneantur presens capitulum in primo consilio ꝙ tempore dicti eorum officii fecerint congre-
gari, coram ipsis consiliariis publice & alta uoce per dictum notarium reformationum legi face
re uulgariter, distincte.

De clauibus portarũ tenẽdis p dños Priores. ca. 7°

ITem statuimus ꝙ dñi Priores populi tuderti tenere & habere continue debeant claues cu-
iuslibet sportelli, & porte ueteris ciuitatis tuderti. Et ipsas portas & sportellos ad eorum peti

tionem aperiri faciant & firmari. ca.

De Sigillis communis tenendis per dominos Priores. R 71

ITem Statuimus q domini Priores populi tuderti tenere & habere cōtinue debeant sigilla & bullectā cōmunis tuderti, & nulle lictere sigillo dicti cōmunis possint uel debeant sigillari nisi de ipsorum dominorum Priorum processerit voluntate. Et quod non possit cum ipsis sigillis vel bullecta aliquid sigillari vel bullari nisi prius obtentum fuerit inter eos partitum secundum formam Statutorum dicti conmunis.

De pena dominorum Priorum recipientium ensenia, & comedentium ca. vel bibentium cū aliquo Rectore vel alio cōtra certam formam. R 72

ITem Statuimus q dñi Priores populi tuderti vel aliquis eorum uel ipsorum notarius non possint nec debeant recipere aliquod enseniū uel apportum ab aliqua psona uel loco durante ipsorum officio. Et nō possint, nec debeāt comedere cū potestate, Capitaneo, vel defensore vel cum aliquo eorū officiali, vel cum aliquo ciue uel comitatēse tuderti ad penam decem librāꝝ pro quolibet eoꝝ cōtrafaciente. Bibere tamen possint & confectionē comedere cū pdictis absq aliqua pena. Et q non possint ire ad comedendū de die uel de nocte extra domos inquibus morantur pro eorum officio exercendo tempore eoꝝ officio ad penam predictā. Et quemlibet cōtrafacientē tūc prior ipsorū dominoꝝ priorum suo iuramento infra tertiam diem debeat domino Capitaneo denūpciare, nisi iuisset causa necessitatis. Et q nullus ex eis possit alicui de predictis rectoribus vel officialibus aliquid dicere siue scribere nisi ex eis fuerint sex presentes sub pena uigintiquinque libraꝝ cortonē, pro quolibet eorū cōtrafaciēte & qualibet uice. ca.

Quod nullus teneat aliquod sigillum partis R 73

ITem Statuimus q dicti dñi Priores populi tuderti inquirant & inuestigent modis oibus quibus possunt & crediderit cōuenire si aliquis de ciuitate uel comitatu tuderti haberet aliquod sigillū partis guelfe uel gebelliue. Et si quē inuenerit habentē cogāt ipsum ad dādū sibi ipsum sigillum. Er ipsi domini Priores teneantur ipsum sigillum facere deguastari, & predicta dominus potestas & Capitaneus ciuitatis tuderti primo mense sui regiminis per ciuitatem Tuderti banniri facere teneātur. ca.

De pondere Florenorum ordinādo per dños Priores. R 74

ITem Statuimus q dñi Priores populi tuderti teneātur & debeānt uinculo Iuramēti ita & taliter puidere q floremi auri pōderētur tali modo q si semel facti fuerint iusti pōderis nō possint si alia uice fuerit pōderati recusari faciēdos ipsos florenos si ipsis dñis Priorib' uidebitur sigillari uel alio modo puidendo sicut eis u debitur conuenire. ca.

De cāpana monasterii maioris pulsanda p separatiōe fori bouum. R 75

ITem Statuimus q domini Priores populi tuderti teneantur & debeant uinculo iuramenti quandocūq congregabitur forum bouū in uia que est inter Monasteriū maius & portam uallis facere pulsari unam ex campanis monasterii maioris ea hora q ipsis dñis priorib' uidebitur cōuenire, ad sonū cuius campane quilibet qui stabit in dicto foro debeat de ipso discedere ad penam uiginti solidorum pro quolibet contrafaciente. Et q dicti dñi Priores teneantur facere micti unū ex notariis potestatis uel capitanei ciuitatis tudetti, q de facto exigat dictam penā ab oibus & singulis qui cōtrafecerint in pdictis, & nihilominnus teneātur pdicta oia bāniri facere quolibet die sabbati in dicta uia, illa vz hora qua ipsis dñis prioribus uidebitur cōuenire.

ca.

De Censu soluendo communi tuderti per comune intercunne. ℞ 76

ITem Statuimus ꝙ dñi Priores populi qui fuerint de mẽsibus Ianuarii, februarii, martii & aprilis, vinculo iuramenti ipsis mensibus & quolibet eorum inquirant sollicitent & moneãt tam per nuncios quam per licteras semel, & pluries, & quotiens opus fuerit cõmune & homines interamne vt singulis ãnis soluãt censum debitum cõmuni tuderti in kalendis maii sicut tenentur & promiserunt, & vtãtur & habeant omnes cautelas & remedia oportuna ita & taliter ꝙ census ipse omnino soluatur per interãnentes in termino supradicto. Et si censum ipsum soluere neglexerint in ipso termino omnes cerne tolius anni dñorum Priorum populi subsequẽtes sub vinculo iuramenti conentur ad posse ad inuenire modos & vias quos & quas poterunt tam iuris quam factis ita ꝙ census ipse õnino soluatur cuius census solutio fiat in consilio generali ciuitatis tuderti in quo adminus centum cõsiliarii ipsius consilii debeant interesse per sindicum per dictum conmune interamne ad hec legitime ordinatum. ca.

De Cereis & palliis cõmunium amerie, podii aczuari montecchii & cesaꝝ. ℞ 77

ITem Statuimus ꝙ Cereus prestandus cõmuni tuderti per cõmune ciuitatis amerie, & pallia offerenda per cõmune castri podii aczuari, & per cõmune castri montecchii vallis Spoletane & per conmune castri cesarum in vigilia festi beatissimi fortunati in pede scalarum palatiorum dicti cõmunis coram dominis potestate & capitaneo ciuitatis tuderti & dñis Prioribus populi tuderti per sindicos ipsarum terrarum de nouo tunc ad hec legitime ordinatos habẽtes inde publica instrumẽta annis singulis presententur. Et si terre predicte contrafecerint in predictis dicti domini Priores modis omnibus quibus possunt ipsa communia ad predictorum obseruantiam effectualiter cogere teneantur. ca.

De Palatio dominorum Priorum complendo. ℞ 78.

ITem Statuimus ꝙ quelibet cerna dominorum Priorum populi tuderti teneatur facere fabricari in palatio ipsorum dominorum Priorum donec ipsum fuerit cõpletum muros inquibus expendantur adminus quinquaginta floreni de auro de pecunia conmunis tuderti. Et ad predicta teneantur vinculo iuramenti, & cãmerarius cammere dicti conmunis debeat dictam quantitatem expendere & soluere ad eorum mandatum. ca.

De electione & officio notarii reformationum. ℞ 79

ITem Statuimus ꝙ notarius positus & electus ad Reformationes cõsiliorum cõmunis tuderti non possit esse de familia domini potestatis, Capitanei vel alterius officialis dicti conmunis nec cum aliquo eorum morari, & non possit esse de aliqua terra sita prope ciuitatem tuderti ꝑ triginta miliaria, vel de aliqua terra patrimonii vel ducatus, cuius electio fiat ꝑ cõsiliũ, populi dicti cõmunis cũ eo solario & ꝓ illo tẽpore & cum illis pactis & tenoribus sicut dictum consiliũ duxerit ordinandũ. Qui notarius teneatur & debeat scribere ꝓpositas & reformationes õnium & singuloꝝ consilioꝝ dicte ciuitatis & licteras mictendas per ipsum cõmune, & electiões õnium officialium dicte ciuitatis, & nomina electorum ipsorum, & nomina õnium custodũ ciuitatis tuderti de nocte & de die & ad altũ & ad terrã, & nomina õnium sergentium & castellanoꝝ, & õnia instrumenta sindicãtiũ que fierent ꝓ dicto cõmuni, & rogitus ipsorũ instrumentoꝝ extense mictere teneatur in libro sicut scribet ipsa instrumenta publica ipsorum sindicantiũ, ac etiã ipse notarius teneatur exẽplare ipsa instrumẽta & alias scripturas in suo officio, vel occasionẽ sui officii occurrentes. Et generaliter omnes alias ipsi cõmuni & pro ipso cõmuni oportunas, & eas in publicam formam reducere pro dicto cõmuni quotiens ipsi comuni fuerit oportunum sine aliqua

mercede per eum inde percipienda ab ipsos conmuni uel ab aliqua singulari persona. Ita tamen quod dictus notarius non possit nec debeat rogari de aliquo conctratu uel scriptura aliqua cōficienda que non pertineat ad dictum suum officiū Tempore dicti sui officii. Nec scripturam aliquam in suo officio occurentē in uel non in publicam formam redigere cum mercede seu salario uel sine ad petitionem alicuius singularis persone, loci, collegii, uel uniuersitatis, sed, prædicta facere teneatur solum ad petitionem & cōmodū dicti conmunis ut supra dictum est. Et si secus dictus notarius fecerit penā librarū centum ipso facto pro qualibet uice incurrat. Et nihilhominus tali sue scripture nulla fides ad hibeatur, Teneatur tamē dictus notarius ipsarū scripturarum cuilibet exemplare uolenti copiam sumi permictere. Et quod ipse notarius non possit nec debeat aliquo colore quesito directe uel in directe in ciuitate tuderti aliquid percipere uel luccari a dicto conmuni seu ab aliqua, uniuersitate uel speciali persona ~~clericali~~ uel laicali cuiuscunque status, ordinis, uel conditionis existat nisi tantū salarium per dictum conmune ei promissum. Item qđ dictus notarius teneatur & debeat fideliter & legaliter exercere officiū reformatiōum ordinamentorum conmunis & populi tuderti fiendorum per dominos Priores populi tuderti seu per quodcunq; consilium dicti conmunis uel populi. Nec intersit consilio credentie nisi de uoluntate ipsorum consiliariorum processerit. Item quod potestas uel Capitaneus contra dictū notarium nullam habeat iurisdictionem nisi pro maleficio seu excessu Si quod, uel siquis per eum conmicteret quod absit. Et stare debeat in eo loco in quo dictis dominis Prioribus uidebitur & placebit. Et omnia in hoc capitulo contenta dicto notario in sua electione intimentur.

ca.

Quod in qualibet apodissa notarius officii se sub scribat. ℞ 80

ITem Statuimus ꝙ notarius officii dominorū priorum populi tuderti qui modo est & pro Tempore fuerit teneatur & debeat ponere in omnibus apodissis solutionū que sigillantur per ipsos dominos Priores occasione expensarū fiendarum per ipsum conmune Tuderti nomen ipsius notarii & officii ipsorum dominorum Priorum & diem & indictionem.

ca.

De Electione & officio Camerarii & eius notarii. ℞ 81

ITem Statuimus ꝙ per consiliū populi Tuderti eligatur vnus bonus & sufficiens uir forēsis ꝓ Camerario camere cōmunis Tuderti q habeat unum notariū q secum esse debeat ad ipsum officium exercendū pro eo Tempore & cum eo salario & eo modo prout dicto consilio placuerit. Qui Camerarius iuret suū officiū exercere in hunc modū, scilz. Ego Camerarius iuro ad sancta dei euangelia omnem pecuniam mihi dandam pro conmuni Tuderti tam pro libellis siue petitionibus quam aliis quibuscūq; de causis scribi facere per notarium mihi cōcessum Quodq; dictos libellos siue petitiones non recipiam nisi prius debitū salarium mihi pro dicto conmuni soluatur. Et ꝙ res ipsius conmunis saluabo bona fide, & retinebo tertiam partem introituū peruenientiū ad me ac etiam totum id quod percipitur de pedagiis dicti conmunis pro militibus & sergentibus ciuitatis & comitatus tuderti & pro aliis qui a dicto conmuni debent scortas recipere ad com modum & utilitatem ipsorum. Et ipsam tertiam partem introituū dictorum ac etiam totū id quod dedictis pedagiis percepero distribuam inter eos tēporibus infrascriptis, Vz In festo Natiuitatis Domini, in paschate resurrectionis Domini, & in die Festi sancti Fortunati. Et post de positionem mei officii si aliquid remanserit apud me de dicta pecunia illud integraliter subcessori meo ad conmodum ipsorum restituam & assignabo cun nominibus & prenominibus illorum quibus partes scortarum sibi debite solute non fuerint, & quod Potestas uel aliquis alius officialis conmunis Tuderti non possit ipsum cammerarium cogere ad

dandum dictam monetam nisi vt dictum est supra absque expressa licentia dictorum militū & sergentum, & aliorū qui ipsas scortas debent recipere vel maioris partis ipsorum sub pena centū librarum corcoñ. Et dicte scorte non possint nec debeant pro aliquo debito vel condempnatione vel aliqua alia causa intromicti siue sequestrari. Teneat etiam ego Camerarius datas, multas taxationes & prestantias, ac salis taxationē que in futurū solui cōtigerent in dicta ciuitate Tuderti colligere & recipere ab omnibus personis ipsas soluere debentibus. Et faciam summam omniū introituū & expensarum per publicam scripturam & dicte tertie partis Et generaliter ipsum Cāmorlengatus officiū fideliter sollicite & legaliter exercebo. Et Notarius qui erit cum dicto Cammerario ad dictū officiū exercendū teneatur & iuret ad sancta dei Euangelia scribere apodissas solutionum omnium condennationū & aliorum introituum dicti communis qui ad manus dicti Cammerarii peruenerint, & eas in scriptis exhibere siue aliqua mercede cuiuslibet cuius intersit ad requisitionem eiusdem. Ac etiam omnes solutiones que fierent dicto Cammerario ꝓ dicto communi de quācunqꝫ pecunie quantitate vel re ꝑ quācunqꝫ ꝑsonā quacūqꝫ de causa statim scribere in libris dicte Cammere prout hactenus fieri consueuit. Nec non teneantur dicti Camerarius & notarius stare continue ad bancū cāmere dicti cōmunis dum curia retinebitur sicut alii officiales in eorum curiis Stare teneatur. Et quod de feudo seu salario eis concesso & deputato debeant esse contenti & plus aliquo modo habere vel percipere non debeant occasione ipsorum officii vel alia occasione. Et si reformatio in contrariū fieret non valeat ipso iure. Ita tamen quod ipsum salarium & feudum sibi ipsis soluere possint & debeant.

De introitibus communis portandis in scriptis Dñis Prioribus per camerarios. ꝶ ca. 82

ITem Statuimus ꝙ camerarius camere communis Tuderti & Camerarii gabellarum dicti communis qui pro tempore fuerint teneantur & debeant deinceps quolibet die dominico inscriptis referre dominis Prioribus populi Tuderti qui pro tempore fuerint omnes & singulas quantitates pecunie que ad ipsorum vel alicuius eorū manus peruenerint in ebdomada tunc proxime precedenti pro dicto communi vinculo iuramenti, & ad penam quatraginta solidorum pro quolibet eorū contrafaciente & qualibet vice in hunc modum vz.

In primus introitus condenationum librarū. Item introitū petentium libertatem librarū.
Item introitus dannorum datorum librarum. Item introitus gabelle contratuū librarum.
Item introitus salariorum librarum. Itē introitus sextoꝝ gabellaꝝ uēditaꝝ libraꝝ.
Et idem per omnia & de ōnibus aliis qbuscūqꝫ dicti communis introitibus obseruetur.

De modo & forma expedendi introitus condennationū. ꝶ ca. 83

ITem Statuimus ꝙ Camerarius camere communis Tuderti teneatur & debeat vinculo iuramenti omnes & singulos introitus condennationū dicti communis qui ad manus ipsius camerarii peruenerint distribuere & expendere hoc modo vz Quod tertiam partem omnium introituū condennationum latarum per dñm Potestatem ciuitatis Tuderti ipsi dño Potestati pro suo salario siue parte solutionis sui salarii debeat idem Camerarius exhibere, aliā vero tertiam partem pro scortis militum & sergentum, & illorum qui ipsas scortas debent a dicto communi recipere penes se debeat infallibiliter reseruare & eam eis soluere in terminis consuetis. Aliam siquidem tertiam partem residuam dictus Cammerarius expendere possit, & debeat minutatim prout debitum suo officii postulat, & requirit. Et ꝙ de introitibus condennationum domini Capitanei, & aliorū quorūcūqꝫ officialiū dicti communis dictus cammerarius

similem modum & formam expendendi debeat obseruare.

De scortis dandis & pena recipientium eas indebite ℞ ca. 84

ITem Statuimus quod ex ititii debentes scortas de iure recipere qui occasione guerre scri pti non reperiuntur in libro debentium scortas recipere scribantur & reponantur in libro ipsarum scortarum, & eisdem ac generaliter omnibus aliis ipsas de iure recipere debentibus ipse scorte soluantur supradictis Temporibus, scilz in Festo Natiuitatis Domini & Resurrectionis eiusdem, & in Festo sancti Fortunati. Et ꝙ quindecim diebus ante quolibet dictorum Festorum Potestas Ciuitatis Tuderti proponere teneatur & debeat in consilio generali communis Tuderti, qualiter & quibus ipse scorte solui & dari debeant. Et illud quod deliberabitur tunc in ipso consilio exequtioni mandetur. Dummodo nullus possit ipsas scortas recipere, qui eas de iure habere uel recipere non deberet. Et si quis errores reperirentur in libro ipsarum scortarum corrigantur prout placuerit Consilio supradicto. Item ꝙ quicũ ꝗ receperit aliquam scortam quam de iure recipere non deberet debenti ipsam scortam de iure recipere restituat infra mensem a die qua eam receperit in antea computandum alias eidem in duplũ eã restituere Teneatur.

Quod proponaẗ de Pedagio uendendo uel non, & ꝙ eius precium in scortis militũ & sergentiũ conuertatur. ℞ ca. 85

ITem Statuimus ꝙ Capitaneus ciuitatis Tuderi Teneatur & debeat proponere in Consilio populi Tudertini primo mense sui regiminis: Quid sit faciendũ de pedagio communis uendendo uel non uendendo. Et id ꝙ per ipsum consiliũ fuerit ordinatũ exeq facere teneatur. Dũmodo nullũ pedagiũ accipiatur ab illis qui non accipiunt a Tudertinis, & si uenderetur preciũ ipsius soluatur militibus & sergentibus & communicetur cũ aliis scortis eisdem militibus & sergentibus dandis.

De Inuentario rerũ palatiorũ per Notariũ Camere faciendo. ℞ ca. 86

ITem Statuimus ꝙ per Notariũ Cammerarii cammere communis Tuderti fiat & scribatur primo die introitus regiminis siue officii Domini Potestatis & Domini Capitanei, & cuiuslibet alterius officialis forensis dicti communis inuentariũ de omnib' & singulis rebus palatii, siue domus habitationis talis rectoris siue officialis. Et in ipso inuentario sic facto & scripto per ipsum notariũ assignentur tali rectori siue officiali res prædicte, per dictos cammerariũ & notariũ. Et postea finito Tempore regiminis siue officii talis rectoris siue officialis uideant ipsi notarius & cammerarius si in ipso palatio siue domo sunt omnes res per ipsos cammerarium & notariũ eidem rectori siue officiali ut prædicitur assignate. Et si aliqua de ipsis rebus deficeret cammerarius prædictus de salario talis rectoris siue officialis debeat retinere usque ad concurrentem & integram extimationem talis rei. Et aliter ipsum salariũ cammerarius sibi soluere non debeat, nec notarius ipsius camerarii ipsam solutionem scribat. Et si contrafecerit dicto communi de sua propria pecunia quicquid cotra dictam formam tali rectori siue officiali soluerint restituere teneantur. Et nihilhominus per Consiliũ generale dicti communis eligantur duo legales, & fideles homines ciues tudertini pro ipso Tempore, & cũ eo salario prout ipsi consilio uisum fuerit, qui teneantur, & debeant inuentarium facere dicto Tempore

de rebus prædictis, & illud in scriptis exhibere tali rectori officiali primo die introitus sui regiminis siue officii, & deinde ultima die sui regiminis siue officii res ipsas sibi reassignari facere. Et siquam de ipsis rebus deficere inuenerint uel deterioratam esse eam sibi a tali rectore siue officiali restitui & emendari faciant. Teneantur etiam dicti officiales ciues, dicta palatia siue domū quotiens expedierit reaptari & refici facere expensis dicti communis & maxime aque ductus siue conductus existentes super tectis siue in tectis dictorum palatiorū.

De candelis & aliis rebus non dandis per Camerarium officialibus forensibus. ca. R 87

ITem Statuimus ꝙ Cammerarius cammere communis Tuderti. non possit nec debeat dare aliquas candellas segi, vel cere, nec oleum, scorias, ligna, uel paleas alicui rectori uel officiali forensi dicti communis aut alicui eorū familiari uel aliquid aliud ultra ipsorum salarium, seu feudum. Et si dictus cammerarius contrafecerit condemnetur dicto communi in duplo uere extimationis talis rei. Possit tamen dictus cammerarius sine pena dare atramentum in calamario cuilibet petenti, & segaciosi pro custodia ciuitatis Tuderti.

Quod Camerarius communis tuderti nihil expendat sine bulletta Dominorū Priorum populi. ca. R 88

ITem Statuimus ꝙ Cammerarius cammere communis Tuderti nullam expensam facere possit de pecunia ipsius communis absque bulletta dominorum Priorum populi tudertini, saluis aliis capitulis statutorum dicti communis in contrarium loquentibus, que in suis casibus locum habeant presenti capitulo non obstante.

De honore alicui nouo militi faciendo ca. R 89

ITem Statuimus pro Honore communis & populi tuderini quod quotiens contigerit aliquem de ciuitate uel comitatu tuderti uelle honorem militis assumere Camerarius camere communis tuderti & de pecunia dicti communis soluere debeat centū libr cortoñ, & plus de bonis ipsius communis ei dari, concedi, donari, uel alio titulo in ipsū transferri non ualeat quoquo modo. Et hoc capitulum sit derogatiuum omnibus aliis capitulis huius statuti, & tolli non possit per aliquod consilium dicti communis, neque aliud in contrariū possit proponi, arrengari, uel reformari. Et qui proposuerit contra predicta in quingentis libris cortoñ, Qui arrengauerit in trecentis libris, & notarius scribens in centum libris cortoñ uice q̄libet puniat̄. Et nihilhominus q̄d in ꝯtrariū fieret nō ualeat ipso iure.

Quod liceat cuilibet uenire ad nundinas. ca. R 90

ITem Statuimus ꝙ cuilibet liceat uenire ad nundinas que fierent in die festiuitatis beati Faustini de mense iulii, & in die festiuitatis Beatissime Virginis Marie de mense augusti. Et ire stare, & redire secure per ciuitatem & comitatus Tuderti ipsis diebus festorum, & quinque diebus ante & quinque post ipsa festa & quodlibet ipsorum non obstantibus aliquibus represaliis concessis per commune tuderti, quarum usum dictis temporibus quibuslibet tam ciuibus quam forensibus interdicimus. Exceptis exbannitis & condemnatis tantum dicti communis pro malefi. io. Ac etiam proditoribus & falsariis & aliis hominibus male conditionis & fame quibus non liceat uenire seu stare ad nundinas supradictas. Et quod Potestas ciuitatis tuderti teneatur & debeat mictere ad dictas nundinas tam in vi

gilia quam etiam in die cuiuslibet dictorum festorum vnum de suis Iudicibus, & vnum de suis notariis maleficiorum qui ibi stent dictis diebus eorum expensis. Nec possint aliquid recipere ab aliqua vniuersitate. Et ꝙ teneatur dictus Iudex ibi facere extendi vnum de pauiglionibus propinquioris vniuersitatis. Et ꝙ dictus Dominus Potestas banniri facere teneatur per Tres dies ante quodlibet dictorum festorum Quod quilibet possit ire licite & impune ad dictas nundinas exceptis personis supra prohibitis. Et ꝙ quilibet portet illuc victualia. Ita tamen ꝙ dicta de causa non mictat baiulos ꝑ comitatum tuderti. Ita tamen ꝙ ꝑ parte dicti communis scribatur communitatibus circunstantibus & vicinis ꝙ quilibet licite, & impune ire possit ad dictas nuudinas exceptis personis supra prohibitis. Et ꝙ liceat cuilibet de ipsis nundinis extrahere mercantias & res alias, præter granum & bladum, & eas deferre quocunque voluerit absque aliqua pena, non obstante aliquo capitulo Statutorum dicti communis quod in contrarium loqueretur.

De nundinis faciendis circa festum sancti Faustini. ca, ℞ 91

ITem Statuimus ꝙ Potestas ciuitatis Tuderti teneatur proponere ad consilium generale Quando & qualiter Nundine fiant in comitatu tuderti circa festum sancti Faustini de estate. Et quicquid ꝑ ipsum consilium fuerit ordinatum teneãtur exequtiõi mãdare.

De Consulibus artium, & de modo seruando in ipsorum electione & in ordinamentis artium. ca. ℞ 92

ITem Statuimus ꝙ Dominus Capitaneus populi ciuitatis Tuderti infra quindecim dies post introitum sui regiminis congregari faciat omnes homines cuiuslibet artis ciuitatis tuderti & eligi faciat eorum consules pro qualibet earum. Qui artifices teneantur facere dictum electionem infra decẽ dies a die præcepti sibi facti per dictũ dominũ Capitaneum in hunc modum, vz. Quod ipsi electioni adminus debeant interesse due partes artificum ipsius artis manentium in ciuitate tuderti & obtineri debeat saltem per duas partes ipsarũ duarũ partiũ dictorũ artificũ ad bussulas et palluctas. Ita tamẽ q̃d nullus possit vel debeat eligi in consulem alicuius artis qui sit iudex iuris peritus. Et generaliter nullus possit vel debeat eligi in consulem alicuius artis qui secundum farmam Statutorum communis tuderti non possit esse de consilio populi. De qua electione semper debeat scriptura publica apparere. Ita tamen ꝙ electores per adunantiam cuiuslibet artis ad electionem consulum deputati antequam eligant consules iurent electionem ipsam facere bona fide remotis odio amore, prece, premio, & timore. Et nullum in consulem eligere qui in dicta ciuitate non exerceat publice & continue ipsam artem. Et generaliter nullum eligere contra formam presentis capituli. Prouidentes ꝙ artifices alicuius artis non possint nec debeant aliquem scribere, seu scribi facere in matricula seu inter artifices ipsius artis, qui publice & continue non exerceat ipsam artem in ciuitate prædicta. Et qui preter vel contra formam prædictam fecerit in consulem seu pro consule electus, vel pro artifice scriptus pro consule vel artifice minime habeatur. Item ꝙ quicũque fuerit electus in consulem alicuius artis non possit nec debeat eligi nec esse consul ipsius artis a die finis eius consulatus vsque ad unũ annum tũc proxime sequturum. Et ꝙ quelibet ars possit cum suis consulibus sibi ordinamenta facere que sibi viderint expedire, & in eis ordinare penam vsque ad centum solidos inclusiue ad plus, & hoc intelligatur de illis artibus quarum consules debent electioni dominorum Priorum populi interesse. Que ordinamenta & pene ligent tantum homines sue artis, Dummodo non fiant contra publicam vtilitatem vel contra conmune bonum hominum ciuitatis tuderti.

65

Et dummodo ipsa ordinamenta fuerint prius approbata prout inferius declarabitur. Et ꝙ consules cuiuslibet artis possint se adunare & præcipere bannitoribus, & baiulis communis tuderti ꝙ banniant & requirant homines ipsarum artium quotiens eis visum fuerit expedire. Qui bannitores & baiuli ipsis consulibus imprædictis debeant obedire. Et consules ipsarum artium sint de consilio generali dicti communis, & ipsi consules debeant interesse & habeant vocem in dicto consilio sicut alii consiliarii non obstante ꝙ scripti non essent in numero ipsorum consiliariorum. Et semper quando bannitur ipsum consilium generale expresse & alta voce dicatur in ipso bannimento ꝙ ipsi consules venire debeant ad ipsum consilium. Et quilibet obedire debeat consulibus suæ artis. Et qui inobediens fuerit puniri possit a cõsulibus artis sue a quatraginta soldis infra prout qualitas inobedientiæ & personæ conditio talis inobedientis exigeret ad arbitrium ipsorum consulum vel duorum ex eis adminus, Salua maiori pena que esset ordinata per formam ordinamentorum ipsius art is de huiusmodi inobedientia. Preterea nullus secundum formam Statutorum dicti conm unis pro magnate habitus & potente, seu qui non fuerit origine Tudertinus, siue subiectus n ciuilibus & criminalibus communi tuderti seu qui, vel cuius pater fuerit allibratus inter comitatenses massarios, uel repertus inter lares comitatus tuderti possit esse consul alicuius artis. Et si preter uel contra prædictam formam eligeretur ipsa electio ipso iure sit nulla. Et nihilhominus ipsi electores in libris uigintiquinque pro quolibet eorum puniãtur. Et insuper talis electus si ipsum officiũ acceptauerit pena simili puniatur, & ab ipso officio repellatur. Item qđ consules dictarum artium teneantur & debeant singulis annis de mense Ianuarii, uel Februarii ipsorum ordinamenta pro ducere coram dictis dominis Prioribus qui pro Tempore fuerint cõfirmãda uel infirmãda ꝑ ipsos dños Priores ꝓut eis uidebitur cõueniř infra mẽsem a die productionis ipsorum ordinamentorum in antea numerandum. Et ꝙ ipsa ordinamenta que per ipsos dominos Priores approbata & confirmata fuerint per totũ ipsum annum ex die approbatiõis ipsorum in antea computandum obtineant roboris firmitatem. Item qđ Potestas et Capitaneus & ipsorum iudices, & quilibet eorum qui inde fuerit requisitus uinculo iuramenti & ad penam centum librarum deñ, teneantur ipsa ordinamenta facere obseruari & exequtioni mandari ad requisitionem ipsorum consulum omnibus remediis oportunis. Item qđ quelibet ars teneatur habere copiam presentis capituli. Et qđ prædicta omnia quolibet anno de mense Ianuarii infra quintam diem dicti Potestas & Capitaneus publice banniri faciant ad duas Tubas ꝑ ciuitatem tderti in locis cõsuetis ca.

Q đ ꝗlibet ars possit habere passum & stateram. Rᵫ 93

ITem Statuimus ꝙ quelibet ars ciuitatis Tuderti possit habere passum & Stateram dũmodo iusta & sigillata. Et teneantur Potestas & Capitaneus mictere eorum notarios ad uidendum ipsos passus & Stateras cum consulibus cuiuslibet artis perse. Ac etiam cogere teneantur consules mercatorum ut adequeant pondus floreñ, auri & ad iustum pondus reducant.

Quando & pro quo Consules artium uadant ad rogandum ca.
Potestatem & Capitaneum. Rᵫ 94

ITem Statuimus ꝙ consules cuiuslibet artis ciuitatis tuderti teneantur & debeant prima ebdomada introitus regiminis cuiuslibet Potestatis siue Capitanei dicte ciuitatis & officii dñoꝝ Priorũ pp̄li tuderti congregari facere in loco ubi eis placuerit homines eorũ artis, & cũ aliqbus ex eis quos voluernit ire deb et ad ipsos Potestaté & Capitaneũ ad rogandũ eos ꝙ habeant curam solicitam & actentã circa statũ pacificũ ciuitatis tuderti & circa ꝯseruarioné & manutentioné officii dñoꝝ Prioꝝ, & libertaté, & iurisdictiõem cõmu

munis & populi & eius consilii. Et ꝙ similes preces porrigant etiam dominis Prioribus, & eisdem ad corũ absequia offerant artifices sue artis.

De iuuando eum qui incederit ~~in excommunicationem~~ pro factis communis tuderti. ca. R 95

ITem Statuimus ꝙ siquis inciderit ~~in excommunicationem~~ pro aliquo facto communis tuderti siue eius occasione potestas ciuitatis tuderti & ipsum conmune teneantur & debeant iuuare ipsum expensis dicti conmunis vt de ipsa extrahatur.

De electione & officio baiulorum & de permissis & prohibitis. ca. R 96

ITem Statuimus ꝙ per electores ad hec p dominos Priores populi Tuderti deputandos eligantur Centum baiuli. Ita tamen ꝙ ipsi electores non possint nec debeant ad ipsum officium baiulorum eligere aliquem forensem. Nec aliquem artificem qui scriptus fuerit in matricula alicuius artis ciuitatis tuderti. Nec aliquem laboratorem qui laboret aliquas possessiones que sint ad mensuram conmunis Tuderti vltra duos quartingos. Item ꝙ dicti baiuli possint accipere pro eorũ salario & viatico infrascriptas pecuniæ quantitates tantũ, vz pro qualibet citatione vel alia ambaxiata quam fecerint in ciuitate, burgis, vel suburgis tuderti vnum deñ, Et extra dictam ciuitatem, burgos, & surburgos a senatis infra sex deñ, & extra dictas senatas vltra dictos sex deñ possint accipere pro eorum viatico vsque ad montes & flumen pulee sex alios deñ, & a dictis montibus & pulea vltra possint accipere decem & octo deñ, tantum. Contrafaciens puniatur vice qualibet in viginta sol, & stetur simplici verbo accusatoris, & nihilhominus quod eidem indebite extorserit in duplũ sibi restituere compellatur, & compelli possit ad petitionem talis grauati per quemcunque rectorem seu officialem dicti conmunis iurisdictionem habentem qui de hoc fuerit requisitus, Et hoc intelligatur siue requisiuerint vnum vel plures in vna & eadem domo, siue in eodem castro vel villa pro vna & eadem persona. Que etiam locum habeant siue vnus solus baiulus siue plures ad petitionem eiusdem persone iuerit siue iuerint dictis de causis vel aliqua earundem scilz vt inter omnes in huiusmodi casibus tantum percipiant quantum deberet percipere vnus solus ipsorum & non plus sub pena prædicta pro quolibet eorum ꝯtrafaciente Pro tenuta uero accipere possint dumtaxat duplum dictarum quantitatum secundum uarietatem & distinctionem locorum prædictorum. Si uero aliquis baiulus fecerit aliquem ambaxiatam extra districtum Tuderti. Si quidem pro facto ipsius conmunis habeat pro qualibet die quatuor soldos. & si pro facto alicuius specialis persone tres solidos, Et si custodierit aliquam personam de mandato alicuius officialis habeat pro qualibet die decem & octo deñ alſs habeat prout contigerit prorata diei ad rationem prædictã. Quando aũt iret ad picchiandũ siue faciendũ domũ alicuius pro facto dicti conmunis nihil habeat ab ipso conmuni, neq; ab illo cuius esset ipsa domus, & non possint facere fieri aliquam citationẽ eis iniunctam per aliquam interpositam personam sub pena uiginti sol. pro quolibet eorũ contrafaciente & qualibet uice. Item non possint tenere aliquam ambaxiatam eis impositam per aliquem iudicem uel officialem dicti conmunis que peteretur per eos fieri ab aliquo ciue uel comitatense tuderti sub dicta pena. Quam quidem ambaxiatam etiam teneantur referre rectori siue officiali cuius mandato talem ambaxiatam fecerint ad petitionem illius qui eam fieri impetrauit. Item si alicui baiulo conmissus fuerit aliquis ad custodiendũ & ei aufugerit puniatur arbitrio potestatis uel Capitanei seu alterius locũ alicuius eorũ tenentis

Itē nullus baiulus cōmunis tuderti cū iret ad fodiendum siue picchiadū domū alicuius paliqua pecunia exigēda in fauorē & ad petitionē alicuius priuate psone debeat accipe ultra duodecim deñ p quolibet die in ciuitate tuderti & in eius comitatu ultra duos sol. sub pena uiginti solidoꝝ, Item nullus baiulus possit accipere aliqua ferramenta siue instrumenta cum quibus terrecoluntur, vel boues aratorios, uel aliquem pannum deputatum ad usum lecti, seu aliqua prothocolla siue scripturas quascūque notariorum, siue capsam in qua essent, seu catenam, vel catenellas, seu aliquam vestem alicuius mulieris. Aut intrare in canmeram alicuius persone pro suo viatico siue pro aliqua tenuta danda vel pignore accipiendo quacūque de causa. Et de hoc stetur iuramento cuiuslibet cuius intersit, vel alicuius de sua familia qui talē baiulū detulerit de pdictis uel aliquo pdictoꝝ. Coram quocū ꝗ rectore vel officiali forēsi dicti cōmunis iurisdictionē habente Baiulus vero contrafaciens puniatur in infrascriptis penis videlicet pro introitu canmere in sol' viginti, pro quolibet boue aratorio in sol' decem, & pro quolibet de prædictis aliis rebus in sol' quinque cortoneñ, Item ꝙ decem baiuli quolibet die dominico & feriato ad honorem dei debeant continue seruire in palatio potestatis & Capitanei ad ipsorum voluntatem. Item omnes baiuli communis Tuderti teneantur, & debeant venire ad palatium ipsius communis ad sonum campanellæ ordinatæ pro iure reddendo quandocunque pulsaretur de die, vel de nocte, nisi tunc fuerit extra ciuitatem, burgos, & suburgos tuderti. Et ꝗ contra fecerit, si de die in duodecim denarios si de nocte in duobus sol' cortoñ, puniatur. Item de dicto palatio non discedant sine licentia ad dictam penam. Item pignora que acciperent ipsi baiuli ab aliquo causa, vel occasione quacūque assignare teneantur Camerariis pro commune tuderti ad ipsum officium positis, & electis infra secundam diem, si in ciuitate tuderti ea acciperint. Et infra octo dies si ea in comitatu tuderti acciperint sub pena viginti sol' pro quolibet contrafaciente & qualibet vice Quam penam officialis in cuius seruitium talis baiulus fuerit deputatus eundem de facto ad soluendum compellat, & nullus baiulus possit micti ad chatenam nisi mandato potestatis, Capitanei, vel alicuius iudicis maleficiorum. Et si aliquis alius officialis faceret contra prædicta puniatur in decem libris cortoñ. Et omnes et singuli baiuli dicti communis habere & ferre teneantur continue cum vadunt ad aliquod ipsorum officium exercendum super eorum capitibus publice & palam birrectos, seu capputios coloris rubei discopertos cum armis dicti communis tantum, & cum signis debitis & solitis illius officialis ad cuius curie officium fuerint deputati. Contrafaciens vero in aliquo prædictorum penam decem sol' qualibet vice ipso facto incurrat., cuius pene medietas deueniat in commune tuderti & alia perueniat ad ipsius baiuli accusatorem, seu denunciatorem. Et quod ad dictam accusationem, & denunciationem quilibet admictatur. Et in dicto casu stetur & credatur sacramento accusatoris, seu denūciatoris pdicti cum vno teste de visu. Et quod officialis ad cuius curie seruitium talis baiulus contrafaciens fuerit deputatus ipsum baiulum compellat ad ipsam penam soluendam de facto iuxta formam præmissam. Item quilibet baiulus quando iret in comitatum tuderti causa pignorandi aliquem debeat portare in scriptis nomen illius vel illorum ad quem vel quos pignorañ micteretur, & nomen officialis sibi mandantis ipsam pignorationem fieri, & causam quare ipsa pignoratio mandatur fieri, & nomen ipsius baiuli pignorantis, & quantitatem quam recipere debet pro suo viatico. Et ipsam cedulam prædicta omnia continentem relinquere teneatur, & debeat apud ipsum pignoratū & si aliter pignoraret in uiginti sol. uice qualibet puniatur Et quilibet licite & impune possit tali baiulo præter vel contra dictum formā ipsum pignoranti pignus ipsum ꝯtradicere, & auferre. Et insuper officialis qui præter vel contra dictam formam aliquem pignorari mandaret puniatur vice qualibet in decem libris Et quod dictorum baiulorum relationibus in ciratio nibus exequtionibus & aliis ad eorum officium pertinentibus credatur & stetur.

ca.

Quod baiuli communis tuderti teneantur obedire domino episcopo tudertino. R 97

ITem Satuimus q omnes baiuli communis Tuderti teneantur, & dbeāt obedire Domino Episcopo Tudertino, & eius vicario in his que ad eorum officium pertinent, ad ipsorum Domini Episcopi, & sui uicarii beneplacitum, & mandatum in omnibus, & circa omnia ptinentia ad officia baiulatum. ca.

De cassatione, quorundam baiulorum. R 98

CVm prout in Ciuitate & comitatu Tuderti notum esse dignoscatur infrascripti olim baiuli communis tuderti propter eorum proteruitatem quamplurimos de dictis ciuitate, & comitatu sepissime sub prætextu, & colore dicti quondam eorum officii baiulatus iniuste, & enomiter vexauerunt, & grauauerunt, & verisimiliter timeatur, & suspicetur ne de cetero si in dicto baiulatus officio tolerentur modo simili ipsos ciues, & comitatenses grauent, & vexent Idcirco ad euitandum prædicta prouidimus Statuētes quod ipsi infrascripti olim baiuli de cetero ipsū baiulatus officiū nequeāt exercere in ciuitate uel comitatu tuderti infra decē ānos ɔtinuos, inceptos olim in Anno Domini Millesimo Trecentesimo quatragisimotertio indictione vndecima, die xxxvi. mensis martii. Et quod per totum dictum Tempus ab ipso officio baiulatus penitus excludantur, nec ad ipsum officium infra dictū tempus eligi, vel assumi valeant quo quo modo sub pena librarum vigintiquique deñ, cortoñ, pro quolibet eorum contrafaciente, & qualibet vice. Quorum quidem baiulorum nomina sunt hec vz. ca.

De Salario nunciorum & spiarum. R 99

ITem Statuimus qđ nullus qui fuerit missus pro exproratore siue spia ad aliquem locum ex parte communis Tuderti possit habere ab ipso communi pro suo salario seu viatico vltra sex soldos pro quolibet die. ca.

De Electione & officio Tubatorum campanarii & Cerambelle. R 100

ITem Statuimus q per commune Tuderti eligantur quatuor Tubatores, unus campanarius, & unus cerambella. Qui Tubatores & cerambella habeant, & habere debeant pro eorum salario uigintiquinque libras pro quolibet eorum, & quolibet anno. Et robbas intremezatas ualoris quinquedecim librarū pro qualibet robba. Quas teneantur & debeant portare & eas non uendere nec pignorare nec aliter alienare infra ipsum annuū sub pena centum solidorū pro quolibet eorum contrafaciente. & duo ex dictis Tubatoribus habeant, & habere debeant equos scilz unum pro quolibet Et cum ipsis equis teneantur seruire dicto communi, & habeant: & habere debeant pro eorum salario siue caualcata pro prædictis equis ultra supradictū salarium eis concessum quatraginta libras cortoñ, pro quolibet eorum, & quolibet anno, & incipiat dicta caualcata die quo ipsis assignabunt dicto communi ipsos equos, & soluatur eis dictū salarium siue caualcata pro equis pro rata temporis quo ipsos equos retinuerint, & aliter non, Campanarius uero habeat & habere debeat pro suo salario uiginti solidorum, cortoñ, pro quolibet mense, & robbam pro quolibet anno similem aliis, & eiusdem ualoris ut tubatores, & cerambella. Item q quilibet ipsorum portet & portare teneatur & debeat signum sui officii, uz tubatores tubas. Cerambella cerambellam, Campanarius campanam in summitate capputei uel birreti, ita quod ab omnibus uideantur, sub dicta pena, & nō habeant nec habere possint aliquas scortas a dicto communi, & non recipiant nec recipere possint nec debeant ab aliqua persona ultra quatuor denarios pro quolibet bannimento quod ad alicuius specialis persone petitionē

fecerint sub pena viginti sol. corton. pro quolibet eorum contrafaciente & pro qualibet vice. Item quod nullus Tubatorum siue bannitorum dicti communis locet ad vesturam seu alio modo conmodet uel concedat alicui persone equum quem retinet pro dicto suo officio excercendo in seruitium dicti conmunis sine licentia dominorum Priorum populi Tuderti, Contrafaciens perdat salarium unius mensis quod ab ipso conmuni recipere deberet pro retentione & caualcata dicti equi. Quod salarium Camerarius camere dicti conmunis apud se pro dicto debeat retinere Solutio autẽ omniũ dictorum denariorũ fiat sine solutiõe gabelle. ca.

In qbus locis ciuitatis fiant bannimenta per bannitores. ℞ 101

ITem Statuimus quod Tubatores conmunis tuderti & quilibet ipsorum quãdo eis vel alicui ipsorum cõmissum fuerit per dominos Potestatẽ uel Capitaneũ quod banniant Consilium generale vel consilium populi debeant ipsa bannimenta facere in locis singulis ciuitatis tuderti consuetis & in duobus locis burgorum vie plane & burgi noui adminus, ad penam quinque sol. pro quolibet eorum contrafaciente & qualibet vice. Et talem contrafacientem quilibet valeat denumpciare & accusare dicte pene dimidiam lucraturus que ex eius denumpciatione vel accusatione peruenerit in cãmeram dicti conmunis. Et quod duo ex dictis tubatoribus adminus stare continue debeant in palatio dicti conmunis.

De Institulatione cuiusdam libri reformationum reperti in archiuio ca.
conmunis tuderti & de approbatione scripturarum stantium in ipso. ℞ 102

perpetuam pacem & tranquilitatem concedat præsenti lege Statuimus quod omnes dies Veneris mensis Martii, tam in ciuitate quã in comitatu Tuderti, ac in ipsa ciuitate & comitatu habitantes debeant perpetuo cum summa reuerentia, & deuotione per omnes personas eiusdem Ciuitatis & comitatus, & in ipsa ciuitate & comitatu habitantes custodiri & celebrari tanquã dies Dominicales, & quod habeantur pro feriatis diebus in honorem Dei inductis, & quod ipsis diebus vel aliquo ipsorum nullum laboritium vel exercitium alicuius artis fiat vel fieri debeat in ciuitate vel comitatu prædicto per quãcunq; personam, nec apotheca teneri aperta, & si quis cõtrafaceret pena solidorum quindecim cortonensium pro die qualibet ipso facto incurrat quæ pena eidem de facto auferri debeat, & cãmere communis Tuderti applicari. Et quod prædicta quolibet anno de mense Februarii saltem bis diuersis diebus Potestas & Capitaneus dictæ Ciuitatis publice bannum facere teneantur ad duas tubas per ipsam Ciuitatem in locis consuetis.

De Kalendario faciendo. Rubrica. 18.

ITem Statuimus quod quilibet Iudex causarum communis Tuderti teneatur facere fieri per eius Notarios kalendarium de diebus feriatis, & non feriatis in sua curia, ac etiam de diebus vtilibus, & non vtilibus, & de parte cuiuslibet diei vtilis, & non vtilis, & quod prædicti Notarii, & quilibet ipsorum dictum Kalendarium scribere teneantur, & si non fecerint puniatur Iudex in viginti solidos, & Notarius in decem solidos. Et qd dicto kalendario in prædictis, & pro prædictis plena fides adhibeatur, & ei stetur absq; alia probatione.

Quod Iudices curiarum faciant scribi acta per Notarios eis concessos & prohibitis ipsis Notariis. Rubrica. 19.

ITem Statuimus quod tam Iudex maior quã alii iudices causarum cõmunis Tuderti teneantur & debeant scribi facere libello iuramenta calumnie confessiones negationes positiones sententias, & alia acta in causis occurrentia in quaternis, seu libris sue curiæ per Notarios eis concessos, & deputatos sine aliquo salario vel mercede. Et Iudices & Notarii teneantur edere dictas scripturas cuicunq; petenti ad quem pertinerent, & ille qui receperit dictas scripturas, ad exemplandum non recipiat a ciuibus & comitatensibus Tudertinis vltra quatuor denarios de iuramento ipsius calumnie, & vltra quatuor denarios de præcepto, & vltra denarios tres pro quolibet teste, & de sententia vltra denarios octo, & si plus acceperint de facto ab eo restitui faciat Iudex ipsa die vel sequenti quicquid vltra dictam formam talis Notarius accepisset. Et nullus Notarius forensis qui fuerit in aliquo officio dicti cõmunis faciat aliquod instrumentum franchitie tutele vel cure seu aliqua alia acta de libris dicti communis accipiat vel exemplet, & si secus fecerit tali exemplo nulla fides adhibeatur. Alii tamen Notarii ciues vel comitatenses Tudertini prædicta possint scribere & copiare, & tunc teneatur Iudex super tali exemplo postquam ipsum, cum suo originali vnde scriptum fuerit inuenerit concordare. Iuxta iuris censuram suam, & communis Tuderti authoritatem interponere & præstare. Et quilibet Iudex possit, & debeat dare curatorem super tali causa quæ verteretur coram eos

Et nullus Notarius stent intra dischos vbi stant Iudices & Notarii de dictis curiis sub pena viginti solidorum pro quolibet contrafaciente & qualibet vice nisi starent ad exemplãdum acta ipsius curie quo casu ibi stare possint donec ea perfecerit exemplare, & eadem pena puniatur quelibet alia persona contrafaciens in prædictis nisi ibi esset de licentia, Iudicis ex aliqua iuxta cã. Item quod oẽs Notarii causarum tam ciues quam forenses teneantur, & debeant continue donec iudices ipsarum cãrum, sedent ad banchas cum ipsis Iudicibus stare apud ipsas banchas, sub pena .x. solid. pro quolibet contrafaciente qualibet vice & Iudices cãrũ non possint cõtinere acta suarum curiarum ad scribendũ, aliis Notariis quam notariis eis concessis nisi de voluntate partium. Possint tamen ipsi iudices ad petitionem cuiuscunq; petentis cõmittere Notariis de ciuitate vel comitatu predictis omnia acta & scripturas omnes opportuna, & opportunas pro citationibus & relationibus, & presentationibus faciendis pro mulieribus de personis quæ per formam alicuius capituli statutorum dicti cõmunis deberẽt præstare suam præsentiam contractibus siue distractibus, seu vltimis voluntatibus ipsarum mulierum. Et qd̃ pro bannimẽtis & pro clamationibus faciendis pro subastationibus, rerum minorum furiosorum, mentecaptorum, vel prodigorum, & pro inuentariis heredum. Et qd̃ ea quæ ipsi Notarii in dictis casibus, & quolibet eorum ac prædictis, & circa prædicta scripserint valeant & teneant, dũmodo in ipsis scriptis contineantur essentialia quæ in publicis scripturis requiruntur de iure secũdum morem & consuetudinem notariorum Ciuitatis Tuderti.

Quod Prior creditor potior sit in iure, & quod iudex appellatione remota summariæ diffiniat contrauersias creditorum. Rubrica. 20.

SI plures creditores eiusdem tituli vel etiam diuersorum authoritate curiæ Tudertine tenutam rei sui debitoris appræhenderint, & de ipsa re seu tenuta apprehensa esset contrauersia inter eos Iudex coram quo talis lis seu contrauersia verteretur receptis instrumentis & iuribus partium veritatem examinet & declaret infra tertiam diem a die petitionis porrecte seu contrauersie mote ipsa die dictæ porrecte petitionis seu mote contrauersie in dicto termino minime computata. Et quem inuenerit esse potiorem & priorem de iure pro illo pronũtiet & declaret alteri sub comminatione pene centum solidorum Cortonensium perpetuũ silentium imponendo. Quam penam ad requisitionem ius habentis ipsi contemptori infrigant. Si rursus de iure vel de facto contrauersiam iteraret. Et quod declaratum & pronuntiatum fuerit per ipsum iudicem robur obtineat omni in hoc articulo appellatione remota quæ si interponeretur huius statuti fictione frustatoria cẽseatur, & eidem nullatenus deferatur. Quinimmo talis appellator in centũ solidos cortoneñ. condemnetur. Cæterum si secundus creditor desideret extimationem fieri de re seu rebus capta siue captis per creditorem priorem existimans eam vel eas plus valere quam recipere habeat ipse prior creditor debeat iudex tam dictum Priorem creditorem, quam posteriorem creditorem compellere ad eligendum duos homines habentes possessiones magis prope talem rem seu tales res videlicet vnum pro quolibet ipsorum. Qui sic electi infra duos dies proxime subsequentes post electionẽ p̃dictã, ipsa die dictæ electionis in dicto termino dictorum duorum dierũ nõ ꝯputata talẽ rem seu tales res extiment, ac extimare per ipm̃ Iudicẽ ꝯpellanť. Et si ipsa extimatio excederet debitũ Prioris creditoris qd̃ plus esset deť creditori scđo seu Priori post primũ. Et p̃dicta oia expedianť breuiť sũmariæ, & de plano, & sine strepitu & figura

Iudicii

iudicii & sine solutione salarii ab motis omnibus cauillatiõibus & subterfugiis & iuris medul/la, ac rei veritate dumtaxat inspecta.

¶ De confessionibus factis extra iudicium. Rubrica. 21.

ITem Statuimus q̃d si debitor confessus fuerit extraiudicium se fore alteri in aliquo obligatum cum adiectione & expræssione certe & determinate rei & cause possit & debeat ex tali sua confessione conueniri, non obstante quod ille talis cui se taliter dixerit & confessus fuerit obligatum fore præsens non fuerit confessioni prædictæ. Et econtra siquis confessus fuerit se sibi debitum a certa & determinata persona recepisse cum adiectione, & expressione certe ac determinate rei & cause decetero minime audiatur dicti sui debitoris absentia, non obstante sed perinde in quolibet dictorum casuum valeat talis confessio ac si altera parte præsente facta fuisset.

¶ De testibus ad perpetuam rei memoriam examinandis & publicandis. Rubrica. 22.

ITem si quis testes idoneos producere voluerit ad perpetuam rei memoriam ad probationem alicuius contractus siue distractus vel obligationis cuiusq̃ siue donationis inter viuos vel causa mortis seu testamenti, vel cuiuslibet alterius vltimæ voluntatis Iudex maioris curiæ cõmunis Tuderti tam diebus iuridicis quã etiam feriatis illis dumtaxat exceptis qui ad dei honorem fuerint feriati faciat eos iurare ipsosq̃ examinet, ac eorum dicta scribi faciat per suum Notarium in actis siue libris cõmunis Tuderti. Et deinde ipsos testes & eorum attestationes publicet, non obstante quod lis non contestata fuerit vel de calũnia iuratum dummodo ii quorum interest prius citati fuerint personaliter vel ad domos eorum habitationis ad actus quoslibet opportunos. Quibus sic per actis eorum dicta valeant & teneant in futurum. Et prædicta dictus Iudex fieri facere teneatur infra vnum mensem postquam de prædictis coram eo intentio porrecta fuerit si producens uoluerit sub pena decem lib. cortoñ.

¶ De modo probandi parentelam & iis similia. Rubrica. 23.

ITem Statuimus quod quandocunq̃ opportunitas occurrit in quacunq̃ causa ciuili vel criminali mera vel mixta ordinaria vel extraordinaria que essent coram quocunq̃ iudice siue officiali communis Tuderti vel etiam coram arbitris siue arbitratoribus ante vel post litis contestationem probatio parentele affinitatis matrimonii filiationis, vite vel mortis, & aliorum huiusmodi fiat & fieri valeat coram tali Rectore Iudice & Officiali arbitro & arbitratore in quacunq̃ parte iudicii. Et sufficiat in prædictis casibus & quolibet eorum probatio trium testium iuratorum deponentium q̃ a notis & vicinis talium personarum creditur, & existimatur ita verum fore. Et tales probationes plenam obtineant firmitatem aliquo iure communi vel ciuili seu statuto aliquo communis Tuderti loquente incontrarium, non obstante.

¶ Quod habentes tenutas auctoritate curie defendantur, & qui iudices teneantur extromittere tenutas. Rubrica. 24.

ITem Statuimus q̄ omnes tenutas datas per quamcunq; curiam Tudertinam Potestas & Capitaneus Ciuitatis Tuderti, & eoꝝ Iudices ad ciuilia deputati defendere teneant̄ omni fraude cessante. Et hoc locum hēat tam in futuris q̄ in p̄teritis nondū scriptis ita tñ q̄ datio siue concessio alicuius tenute non obsit alicui tertiæ personæ contra quam ipsa tenuta data seu concessa non fuerit habente ius in ipsa re vel possidenti ante ipsam litem motam talem rem de qua esset data vel concessa ipsa tenuta. Sed obsit & obesse possit ei tantum contra quem ipsa tenuta data siue concessa fuerit. Et Iudex qui ipsam tenutam dederit siue concesserit seu dari vel concedi preceperit eam cassare irritare & extromittere teneatur ad petitionem talis possessoris seu in ipsa ius habentis nisi ille cui data siue concessa fuerit dicta tenuta voluerit probare rem illius esse contra quem ipsa tenuta data siue concessa fuisset. Et q̄ in dicta causa procedatur breuiter summariæ & de plano ac sine strepitu & figura iudicii tam diebus vtilibus quā feriatis exceptis illis tantum qui in honorem dei per formam iuris siue statutorum cōmunis Tuderti fuerint feriati.

¶ De sumptibus factis in bestiis alicuius in accōmoditiam siue sub pignore vel in tenutam concessis & de aliis ad dictam materiam facientibus. Rubrica. 25.

POssit cammerarius cammere communis Tuderti pro quolibet equo sibi recommendato per curiam Tudertinam pro tenuta vel pignore recipere & exigere pro annona, & expensis equi & pro quolibet die. xviii. denarios & pro asino sex deñ. pro porco vel boue. iiii. deñ. & pro qualibet grege siue matta bestiarum caprinarum, vel pecudinarum. xii. deñ. Et tantūdem possint habere illi quibus tales bestie pignorate erint siue date fuerint in tenutā per aliquam curiam Tudertinam. Et si debitor contra quem aliquam de talibus bestiis concessa esset eam non recolligerit infra octo dies a die talis pignorationis siue concessionis tenute in antea computandos eo casu liceat ei cui tales bestie taliter concesse fuerint ipsis bestiis vti commode & decenter dummodo pro ea die qua talis creditor sic aliqua earum vsus fuerit debeat sibi commodum talis vsus in expensis talis bestie compensare. Præterea volumus q̄ si aliqua de talibus bestiis apud eum cui taliter recommendata pignorata vel concessa fuerit absq; ipsius dolo vel culpa perierit vel deterioraretur siue magagnaretur tale periculum siue deterioramentum spectet ad debitorem, & non ad dānum talis creditoris seu dicti cāmerarii vel alterius apud quē taliter periisset seu deteriorata esset.

¶ Quod remissi in tenuta tempore pacis olim factæ pro communi Tuderti cum communi Perusii, defendeñ. Rubrica. 26.

ITem statuimus q̄ si aliquis fuerit remissus olim siue repositus in tenuta siue possessione alicuius rei secundum formam ordinem & tenorem pacis olim facte pro cōmune Tuderti cū cōe Perusii potestas & capitaneus & eoꝝ iudices & quilibet eorū qui inde fuerit requisitus teneantur & debeant talem remissum siue repositū in dicta tenuta siue possessione de iure defendere

defendere a qualibet persona ad penam quinquaginta librarum cortoñ.

Quod remissi in tenuta tempore reconciliationis defendentis. Rubrica. 27.

ITem statuimus ꝙ si aliquis fuerit remissus siue repositus in tenuta siue possessione alicuius rei secundum formam ordinamentorum reconciliationis factæ pro cōmune Tuderti tempore Legati de Perusio olim & tunc Capitanei populi & cōmunis Tuderti Potestas & Capitaneus & eorum Officiales & quilibet eorum qui inde fuerit requisitus teneantur & debeant talem remissum siue repositū in dicta tenuta vel possessione de iure defendere a qualibet persona ad pena quinqꝫ lib. cortoñ.

Quod petentes dotes & legata intelligantur sine salario & de modo procedendi in ipsis petitionibus. Rubrica. 28.

ITem statuimus ꝙ potestas & capitaneus Ciuitatis Tuderti & eorum iudices ad ciuilia deputati teneantur defendere & manutenere mulieres nuptas & viduas cum suis dotibus & in his quæ sibi a suis quondam uiris in suis testamentis siue aliis vltimis voluntatibus relicta fuissent a suis filiis vel alia persona molestarentur in prædictis vel aliquo prædictorum. Et ꝙ tales mulieres audiantur sine salario in repetendis suis dotibus & melioramēto monete ipsarum dotium. Et ꝙ vir qui pro sua vxore dotis promissionem ab aliqua persona receperit, & quilibet alius qui hmōi promissionem receperit in his dotibus petendis & exigendis similiter sine salario audiantur. Necnon & omnes qui aliquid sibi legatū siue relictum in quacūqꝫ alterius vltima voluntate petierint similiter sine salario audiātur. Et ꝙ iudices coram quo de melioramento monete ipsarū dotium questio verteretur teneantur, & debeant dictam questionem ad petitionem cuiuslibet partium consulibus mercatorū pannorū nouorum de lana Ciuitatis Tuderti cōmittere. Qui consules per eorū iuramenta prius ab eis super prædictis corporaliter præstāda dicere exprimere & declarare quanta fuerit maior bonitas siue melioramentum hmōi monete tempore solutionis facte de tali dote quam eius quæ tempore ipsius mote litis expendebatur in Ciuitate prædicta. Et secundum ipsorum omnium seu maioris partis ipsorum declarationem & dictum quæ & quod in casu prædicto pro plena & legitima probatione habeatur tale melioramentū integraliter solui & restitui debeat cū dote prædicta. Quæ locum habeant tam in dotibus in futurū constituendis quā etiam in iam constitutis quæ nondum fuerint restitute. Et tam soluto matrimonio quā eo durante in quolibet casu in quo secūdum formam iuris seu statutorū Tuderti locus esset restitutioni seu assignationi vel reassignationis ipsius dotis, & super prædictis cognoscendis diffiniendis & exequendis procedi possit, & debeat breuiter & summariæ & de plano, ac sine strepitu & figura iudicii. Quia vero anime hominū cæteris rebus sunt præferende hac lege iubemus ꝙ per iudices causarū dicti cōmunis ad maleficia deputatos possint & debeant audiri executores testamentorū, & aliarum vltimarū voluntatum defunctorum & eorum procuratores in petendis & exigendis omnibus & singulis legatis & fideicommissis relictis ad piam causam pro eis distribuendis soluendis & erogandis iuxta piam dispositionem taliū defunctorū. Et ꝙ prædictos exequendis dicti executores, & eorū procuratores agere possint tam contra heredes talium defunctorum quā contra quoscūqꝫ alios ab ipsis defunctis grauatos ad talia legata siue fideicommissa præstanda, ac etiam contra hereditarios debitores, & hereditariis actionibus heredibus talium defunctorum competentibus contra eos. Quibus casibus & quolibet eorum prædicti executores, & eorum procuratores

ꝑ ueris iustis & legitimis actorib' & petitorib' habeantur ꝓinde ac si eisdē in talib' testamētis, & ultimis uolūtatib' ad ꝑdicta ꝑstanda, & exigenda ꝑ tales defuntos specialit', & exp̄ssim talis auctoritas, & potestas cōcessa fuisset. Et sup ꝑdictis ꝓcedatur & ꝓcedi possit breuiter summarie & de plano sine strepitu & figura iudicii.

¶ De diuisionib' & iuditiis diuisoriis. Rubrica. 29.

ITem teneantur potestas & capitaneus & eoꝝ iudices ad ciuilia deputati & q̄libet eoꝝ q̄ inde fuerit req̄situs breuit' & summarie & de plano sine strepitu & figura iudicii de ōnib' diuisiōib' & iudiciis diuisoriis & ipsam litem & q̄stionē ifra unū mēsem cōtinuū adie porrecte petitiōis cōputādū ꝑ suā sētētiā diffinire ipsa die porrecte petitiōis in dicto termino minime cōputata. Et ipsam diuisionē fieri facere cū effectu nisi iusta, & legitima obstaret exceptio. Ad quā diuisionē hoc modo & forma ꝓcedatur uidelicet ꝙ ad petitionē ꝓmouentis ipse potestas & capitaneus siue iudex coram quo talis q̄stio uerteretur citari faciat partem ꝓuocatam, & ꝑ utrāq; partē eligi faciat unū ꝓuidum uirum uel plures examicis cōmunib' q̄ ipsam diuisionē eque, & iuste faciant seu faciat: & si aliq̄ ipsarū partium talē, uel tales diuisionē uel diuisiones eligere negligeret seu contenderet cogant ipsam partē ōnib' iuris remediis opportunis ad ipsam electionem faciendā, & si ōnino esset contumax puniatur in centū sol'. cortoñ, & nihilominus ad dictam diuisionē ꝓcedatur ꝑ unū uel ꝑ plures eligendū uel eligendos ad ipsam diuisiōem faciendā ꝑ ipsos potestatē capitaneū siue iudicem corā quo ut ꝑdicitur talis q̄stio uerteretur, q̄ diuisio fiat, & fieri debeat bona fid̄ utiliori modo quo fieri poterat ꝑ utraq; parte & ea facta pars q̄libet teneat̄ partē sibi assignatā recipeř, & acceptare, & si recusaret puniatur in centū sol', & nichilominus ipsa diuisio firma maneat. Ceterum siquis haberet rem cōmunē cū aliquo, & iuxta rem ipsam haberet aliquā rem ꝓpriam d̄beat habere partē ipsius rei cōis iuxta ipsam propriam habita semp ratione melioramenti, & restauramenti, & q̄litas ipsius rei exigeret, siq̄s uero alterius nomine rem aliquā emerit uel alio modo acquisiuerit a tali suo ꝯsorte ad eius diuisionē nō possit cōpelli nisi primo ei satisfaciat de ōni, & toto eo ꝙ eius nomine soluisset ꝑ tali emptiōe siue acquisitiōe seu eius occasiōe Questiones uero diuisorie de quibuscunq; bonis exorte uel q̄ orirentur inter fratres seu nepotes carnales aut alios cōiūctos usq; in secūdū gradum cōsanguinitatis inclusiue breuit' summarie & d̄ plano sine strepitu, & figura iuditii cognoscantur & decidātur ꝑ duos bonos uiros cōsanguineos utriusq; partis eligendos ꝑ partes. Quam electionē fieri faciant potestas, & capitaneus, & eoꝝ iudices, & quilibet eoꝝ qui inde fuerit requisitus, & tales electi ipsam diuisionē faceř d̄beāt ifra decē dies a die electiōis d̄ ipsis facte, & minime eoꝝ iure cōputādos ipa die dcē electiōis i dicto t'mino minime cōputata ad penā cētū sol. pro quolibet eoꝝ ꝯtrafaciēte, & nihilominus elapsis ipsis decē dieb' si ipsam nō fecerint ꝑsonalit' possint, & debeāt cōpelli, & i palatio detineri usq; quo ipsam diuisionē fecerint. Item si q̄s prouocatus fuerit ad diuisionē alicuius rei, & fraudulent' siue temere negauerit talē prouocatiōem in re tali cōionē habere, & deinde talis prouocatus de ipsa cōione probauerit puniatur talis prouocatus de tali sua negatione in libris decē cortoñ.

¶ De dannis datis per modū guasti & incendii emendandis. Rubrica. 30.

AD hoc ut guastatores, & incēdiarii publice uel occulte dānū inferre nō audeant, & ne homines castroꝝ, & uillaꝝ comitatus tuderti i quib' siue ifra quoꝝ uel quaꝝ tenutas siue cōfinia danna talia inferri cōtigerit ipsos malefactores sollicite prosequantur statutū, & ordinatū est ꝙ si dannum ꝑ modū guasti siue incēdi in aliquo castro uel uilla comitatus, Tuderti siue in tenuta uel ꝯfinia ipsius castri uel uille fuerit alicui ꝑsone tuderti & ꝑ maliuolas ꝑsonas siue odiosas studio se illarū publice uel occulte fuerit in aliqua sua re uel ad se ꝑtinēte cōmittens tale malefitium potestas vel capitaneus ciuitatis tuderti d̄ ipsa causa cognocens arbitrio eius puniatur

tur considerata qualitate maleficii, & conditione persone talis malefactoris. Et nihilominus persone taliter lese idem malefactor per eundem potestatem siue Capitaneum condemnetur ad emendationem integram talis danni siqua igitur persona, Tudertina in aliquo siue aliqua de dictis castris uel villis siue infra alicuius ipsorum uel ipsarum tenutam uel confinia tale damnum passa fuerit in aliqua sua re uel adse pertinente primo, & ante omnia inuestiget, & exquirat de tali malefactore, & si perse eum scire non poterit requirat uniuersitatem talis castri vel ville vbi seu infra cuius tenuta vel confinia tale malefitium fuerit perpetratum & ꝙ dictis potestati & capitaneo denumptiet & notificet talẽ malefactorem & si quem talis vniuersitas denũptiauerit teneatur dicta persona cui tale damnum illatum est toto suo posse Ius suum prosequi contra talem denuntiatum Qui quidem si tale malefitium eum commisisse constiterit condemnetur tam communi Tuderti quam etiam parti lese prout superius est expressum & deinde si eius bona sufficient maxime ad emendationem predictam fiat talis condemnationis executio pro emendatione predicta in bonis eiusdem. Ceterum si ipsa bona non sufficerent ad emendationem predictam seu si de aliquo certo malefactore non constiterit eo casu teneatur communitas Talis castri vel ville in quo vel qua seu infra eius tenuta vel confinia tale damnum illatum fuerit ad emendationem talis damni si eius estimatio fuerit centum sol. vel abinde infra sed si fuerit a centum sol. supra casu teneantur ad dictam emendationem omnes communitates prebatus infra eius confinia tale damnum illatum fuerit Et ꝙ tale damnũ illatum fuerit probetur & pro plena probatione habeatur sola ipsius damni inspectio Quod autem tale damnum illatum fuerit studiose & causa maleuolentie siue odii probetur per septem testes bone opinionis & fame deponentes de eorum credulitate probabili ratione munita vel publica fama quibus probatis eligantur duo homines unus ex parte ipsius communitatis seu ipsarum communitatum & alter ex parte persone taliter damnificate Qui iurati exstimẽt & exstimare possint damnum predictum etiam in minori quantitate quam fuerint Et deinde prout exstimauerint a tali communitate siue a talibus communitatibus emendetur. Declarantes ꝙ contra talem malefactorem simul & eodem contestu & super vno & eodem libello agi possit criminaliter & ciuiliter & ꝙ per eandem sententiam idem malefactor possit & debeat super vtroqꝫ per dictum potestatem seu capitaneum condemnari non obstante iure aliquo quod in contrarium loqueretur Ceterum si contra aliquam vel aliquas de dictis communitatibus per personam taliter damnificatam seu per alium eius nomine pro dicta damnificatione ageretur in casu supra concesso per formam presentis capituli eo casu iudex maioris curie causarum ciuilium dicti communis contra talem communitatem vel communitates procedere possit & debeat breuiter summarie & de plano sine strepitu & figura iuditii Et tandem in ipsa & super ipsa causa pronumptiet ac etiã exequatur prout iustitia suadebit seruata in predictis & circha ea forma & censura presentis capituli & aliorum capitulorum statutorum dicti communis de hac materia loquẽtium & hiis cessantibus censura et forma iuris communis.

¶ De possessionibus nanciscendis & de modo procedendi in causis legatorum Rubrica xxxi

ITem statuimus ꝙ heredes testamentarii in possessione bonorum que testator possiderat tempore mortis sue mittantur authoritate iudicis competentis ostenso sibi prius per eos ipso testamento publico & sollemni prima facie & in sui forma & figura non vitiato

ac uocatis prius nominatim agnatis siue cognatis quondam talis defuncti qui abintestato essent successuri eidem. Ita tamen ꝙ nulla incontrarium exceptio vel oppositio admictatur nisi opponeretur de alio magis sollenni, & legitimo testamento uel nisi res ipsa uel aliqua earum vel alicuius earum pars per alium possideretur siue possideretur Tempore impetrationis talis licentie quo casu procedi debeat pro vt infra eodem capitulo continetur. Successores etiam abintestato similiter de licentia iudicis competentis vocatis nominatim aliis agnatis quondam talis persone abintestato defuncte qui per formam dictorū statutorum siue iuris communis atali eius successione non excluderentur. Et per eos eidem iudici summarie facta fide ꝙ ipsi intali successione sint potiores secundum formam dictorum statutorum seu hiis cessantibus secundum formam, & censuram iuris communis. Ac etiam aliis obseruatis que per formam presentis capituli requiruntur possessionem ipsam obtineant, & consequantur. Hoc intellecto, & declarato ꝙ talis possessio per ipsum iudicem minime concedatur prædictis qui se heredes esse talis defuncti ex testamento vel abintestato prætenderent nisi in sua petitione expressissent, & declarauerint res quarum possessionem mancisci postulant, & intendunt. Et probauerint talem personam cuius se successores esse altero de dictis modis assererent res ipsas possedisse tempore sue mortis. Et ꝙ citationes fiende de talibus agnatis uel cognatis non vitientur quantuncunq; tales. Citand non subessent iurisdictioni dicti communis. Et que dicta sunt supra de heredibus testamentariis locum habeant tam in heredibus directo vel per fidei commissum, & inqualibet substitutione cuiuscunq; generis siue speciei expressa vel tacita quantum silicet ad ea bona, & partem bono um ad que, & ad quam dicta substitutio trahi possit, & que is cui taliter succederentur possiderat tempore sue mortis. Videlicet post cessionem, & euentum diei talis substitutionis liceat tamen cuilibet qui res ipsas vel earum aliquam tempore talis inmissionis, & concessionis talis possessionis possidebat etiam post dictam inmissionem, & concessionem dicte possessionis petere ipsius reuocationem, & cassationem per ipsum iudicem fieri quandocunq; sibi placuerit infra annum a die dicte inmissionis, & concessionis scientie in antea computandum. Quo casu ille oprineat qui potiora iura in possessorio iudicio super talibus rebus seu super tali re docuerit se habere. Et nihilominus si is qui taliter dictam possessionem adeptus fuerat succubuerit eidem victori fructus per eum de re taliter apprehensa perceptos restituere compellatur. Ad dictam vero licentiam impetrandam ligari nolumus liberos talium defunctorū. Legatarii autem, & fidei cōissarii impossessione rei sibi per aliquem in sua vltima voluntate legate vel per fideicommissum relicte, & per eundem legantem siue per fideicommissum relinquentem possesse tempore sue mortis per iudicem competentem ad ipsorum petitionem mictantur facta prius fide summatim ipsi iudici de tali vltima voluntate, & herede talis defuncte persone prius vocata. Et ꝙ prædicti probationes, & quelibet alia probatio opportuna in omnibus casibus in presenti capitulo comprehensis etiam contradictore legitimo comparente fieri possit etiam lite non contestata, & presente seu etiam absente, & contumace parte aduersa. Et ꝙ nullus opponere vel allegare possit contra prædicta vel aliquod predictorum ꝙ talis defuncta persona ~~excommunicata~~ fuerit nec talem opponentem vel allegantem aliquis rector vel officialis communis Tuderti admictat vel audiat siue audire valeat quoquomodo. Quininmo presens capitulum, & contenta in eo sibi vendicent locū ~~excommunicatione~~ siue opositione vel allegatione prædicta in aliquo non obstante. Præterea volumus ꝙ ad petitionem ipsorum legatariorum, & fideicommissariorum & suorum heredum, & successorum seu executorum ipsius vltime voluntatis heredes ipsius legantis siue per fideicommissum aliquid relinquentis, & qui uis alius abipso legante siue fideicommittente grauatus cogi possint, & debeant realiter, & personaliter ad ipsum legatū, & fideicōmissum prestādū soluēdū, & ad iplēdū iuxta dispositionē talis legātis siue fideicōmittētis pinde ac si talis heres uel alius sic grauatus foret ad id tali legatario. siue fideicommissario ex instrumento guarantigie

efficaciter

efficaciter obligatus. Et ꝙ dicte cause legatorum, & fideicommissorum per ipsum iudicem a die petitionis porrecte infra vnum mensem extunc proxime subsequentem possint, & debeant terminari nisi per ipsos agentes siue petentes steterit vel nisi per vtramq; partem talis terminus fuerit prorogatus. In rebus uero dotalibus vel expresse, & specialiter a possessore pro dotibus abligatis in casu soluende restituende uel reassignande dotis possessore vocato obstenso publico instrumento per iudicem viro vel mulieri vel eius heredi cui ipsa dos reddenda restituenda vel reassignanda fuerit rei predicte dotalis vel alterius rei sic vt premittitur obligate possessio concedatur. Ita tamen ꝙ in predictis casibus vel aliquo eorum talis possessionis concessio & apprehensio nullum ius uel commodum in petitorio iudicio siue circa ipsius rei proprietatem tali possessori afferat seu alteri preiudicium aliquod inferat uel grauamen. Nullus etiam quantuncunq; licentiam, & potestatem habeat etiam per publicum instrumentũ a vero, & legitimo possessore alicuius rei de ipsius rei possessione sua autoritate apprehendenda, & optinenda in casu etiam a iure communi concesso possit uel debeat ipsam possessionem sua autoritate apprehendere si tunc talis res per alium possideretur. Verum si adhuc ipsa possessio resideat apud illum qui sibi huiusmodi licentiam concessisset eo casu licite, & impune talis cui huiusmodi licentia concessa fuisset ipsam possessionem sua autoritate apprehendere valeat, & nancisci nulla alia exquisita licentia vel aliquo iudice uel a parte. Quam licentiam in casu huiusmodi cuilibet postulanti cõcedi volumus a quolibet iudice competenti. In aliis autem casibus determinus, & mandamus ꝙ nullus iudex seu officialis dicti communis det uel concedat alicui licentiam apprehendendi possessionem siue tenutam alicuius rei nisi legitime citato eo qui rem ipsam tunc teneret uel possideret, & aliis peractis, & liquidatis que, & prout per formam statutorum prædictorum siue hiis cessantibus per formam iuris communis requiruntur, & qui contrafecerit in libras quinquaginta uice qualibet puniatur. Et nihilominus talis licentia, & ꝙ eius uigore uel pretextu secutum est ipso iure sint nulla, & defacto per eundem iudicem penitus reuocentur ad petitionem cuiuslibet cuius intersit. Et ꝙ persone prædicte citande ut dictum est citari debeant inquolibet casuum predictorum sub suis expressis, & specificatis nominibus, & prenominibus & citari debeant saltem semel personaliter seu ter adminus apud domos ipsorum solite habitationis cum interuallo saltem duorum dierum inter unam citationem, & aliam, & si secus factum fuerit possessionis prædicte concessio, & apprehentio inde secuta ipso iure sint nulle. Et si tales persone sic citate non comparuerint sed cõtumaces fuerint sufficiat eas in actibus singulis subsequentibus semel tantum citari personaliter vel ad domum habitationis ipsarum. Si uero intermino alicuius prædictarum citationum tales persone seu alie quarum intersit comparuerint coram ipso iudice detur eis copia petitionis prædicte. Et subsequenter ad ulteriora in ipsa causa procedatur prout dictorum statutorum forma & censura uel hiis cessantibus forma, & censura iuris communis requirit. Et Tandem ille optineat qui potiora iura ostenderit se habere ut superius dictum est, & ꝙ in dictis, & super dictis litibus, & q̃stionibus ꝑcedatur, & ꝑcedi possit, & debeat breuiter, & summarie, & de plano sine strepitu, & figura iudicii. Et ꝙ inquolibet dictorum casuũ victus victori in expensis legitimis ipsius cause condemnetur. Præterea volumus ꝙ si in aliquo dictorum casuum producerentur aliqua instrumenta Testamentorum uel aliarũ vltimarum voluntatuum seu aliquorum contractuum edita extra territorium Tudertinum que scripta viderentur per notarium forensem de quibus inter partes suspitio, & dubitatio oriretur quod ad ea comprobanda verificanda, & legitimanda liceat ipsi producenti rogationes, & prothocolla talis notarii qui ea scripsisset coram ipso iudice exhibere uel alias legitime talibus instrumentis fidem imponere prout per formam statutorum dicti communis seu per formam iuris cõis requiritur.
Et aliter talibus instrumentis si indubium ut premittitur
reuocentur fides nullatenus habeatur.

De consiliis committendis. Rubrica. 32.

Item Statuimus q quilibet iudex communis Tuderti ad ciuilia deputatus teneatur omnem litem questionem & causam coram eo vertentem si ab eo tempore diffinitiue sententie super ea ferende fuerit ab aliqua partium suis expensis sapientis consilium postulatū expensis talis petentis committere consulandum alicui probo viro iuris perito neutri parti suspecto. Et q postquam ipsum consilium taliter petitum fuerit in ipsa vel super ipsa lite questione vel causa non procedat, & si secus fecerit talis eius processus non teneat ipso iure. Et q ab inde in antea nullus terminus in dicta causa lite vel questione labatur ipsis partibus vel alicui earum seu etiam ipsi iudici. Sed ipsa causa lis, & questio extunc interim, & vsq quo ipsum consilium redditum, & publicatum fuerit & etiam postea pduos dies iuridicos, & vtiles inmediate, & post ipsam publicationem sequentes sit & remaneat in eo statu in quo erat tempore postulationis dicti consilii. Et q idem iudex iuxta ipsius consilii formam pronuntiare teneatur ad petitionem cuiuslibet partis. Quod consilium postquam commissum fuerit siquidem talis consultor habitauerit in Ciuitate Tuderti reddatur inscriptis, & subsigillo ipsius consultoris per ipsum consultorem infra quindecim dies continuos post diem dicte commissionis inmediate sequentes. Et ad sic reddendum iuris remediis opportunis per iudicem ipsius cause compellatur vel extunc commissio ipsa expiret ac etiam talis consultor cogatur salarium quod dicta de causa perceperit restituere duplicatum. Et deinde alteri iuris perito ad petitionem eiusdem partis per eundem iudicem secundum formam presentis capituli committatur, verum si talis iudex ipsam litem causam seu questionem recusauerit seu neglesserit committere consulendam ipso facto penam librarum decem cortoñ. pro qualibet vice incurrat. Cuius pene medietas applicetur cammere dicti communis, & reliqua medietas ipsi parti tale cōsilium postulanti. Et nihilominus sub eadem pena ad eiusdem partis postulationem secundum formam presentis capituli ipsam litem questionem vel causam consulendam committere Teneatur. Ad quam quidem commissionem hac forma esse decernimus procedendum videlicet q petita commissione prædicta iudex ipse teneatur eadem die vel saltem die proxime suqsequenti ipsam causam litem vel questionem committere alicui probo viro iuris perito videlicet alii de quo concors fuerit pars vtraq. Quod si de nullo con cordauerit eo casu idem iudex recepto a qualibet ipsarum partium numero suorum suspectorum & eo si sibi expediens visum fuerit refrenato ipsam causam litem vel questionem infra eundem terminum alicui probo viro iuris perito de quo sibi videbitur committere Teneatur ac etiam pro ipso consultore, & nuntio si ad hoc opportunum fuerit debitum salarium taxare Teneatur. Quibus peractis ipsa pars salarium ipsum iuxta taxationem prædictam eadem die vel saltem die proxime subsequenti deponere integraliter teneatur in pecunia numerata apud illum apud quem ipse iudex mandauerit deponendum vel etiam si non mandauerit nihilominus ipsum depositum dicta pars infra eundem terminum apud cammerarium cammere dicti communis facere teneatur. Alias extunc consilium ipsum pro non postulato penitus habeatur. Nec postea eadem pars in dicta lite questione vel causa ad postulationem alicuius consilii admittatur sed iudex ipse ipsam causam litem vel questionem per se ipsum per suam diffinitiuam sententiam terminet & decidat. Quorum obseruationē volumus custodiri etiā inqlibet interlocutoria q secū traheret executionē seu cuius pìudiciū p diffinitiuā sentētiā postea in ipa causa pmulgādū reparari nō potest ac etiā i ea interlocutoria q vim diffinitiue sentētie optineret, & postquā nulla diffinitiua sentētia in ipa causa expectat, hoc intellecto q pdicta uel aliqd pdictorum nō vēdicēt sibi locū in litib' causis siue qstiōib' motis uel mouēdis q executionē guarātigie mererēt p formā alicuius capituli statutorum cōis tudrti. Preterea uolumus statuētes q nullus dictorum iudicū aliquā causam cōsulendā cōmittat alicui iudici siue officiali dicti cōis, & si secus fieret ipsa cōmissio ipo iure nō te

neat. Et nihilominus tam ipse committens, quam etiam ipse iudex acceptans contra formam prædictam pena decem lib. cortoñ. ꝑ quolibet ipsoꝝ ipso facto incurrat. Nullus in sup iudex forensis dicti communis super aliqua causa uertente in aliqua curia Tudertina aduocationem aliquam excerceat publice uel secrete nec etiam aliquis in huiusmodi causis eundem in aduocatum conducat contraficiens uero scilicet tam ipse iudex forensis quam etiam eundem conducens pena uigintiquinqꝫ lib. cortoñ. pro quolibet eorum ipso facto incurrant cuius pene medietas dicto communi applicetur & reliqua illi parti contra quam talis aduocatio facta uel assumpta fuisset. Et ꝙ in dicto casu probatio 4. testiũ fidedignoꝝ deponentiũ de publica fama sufficiat;

¶ De modo procedendi & exequendi sententias in ciuilibus causis uacante officio potestatis uel capitanei. Rubrica. 33.

ITem Statuimus ꝙ quandocunqꝫ contigerit officium Domini Capitanei Ciuitatis Tuderti uacare & etiam ultimis quindecim diebus sui regiminis quibus ipse Dominus Capitaneus, & eius curia ꝓcedere, & sentẽtiare nõ potest potestas, & sui officiales qui dictis tẽporibus essent ad regimen dicte ciuitatis possint, & debeant procedere super quibuscunqꝫ causis ciuilibus inchoatis in curia dicti Domini Capitanei, & ipsas causas de iure per sententiam terminare. Nec non sententias latas in ciuilibus in curia ipsius domini Capitanei exequi cũ effectu & econtra quando contigerit officium domini potestatis vacare ac etiam vltimis quindecim diebus quibus ipse dominus potestas procedere, & pronumtiare non potest si ipsis temporibus esset Capitaneus in ciuitate tuderti simili modo ipse capitaneus, & sui officiales possint, & teneant & debant super causis ciuilibus inchoatis in curia dicti domini potestatis procedere & ipsas causas vt supra dicitur per sententiam terminare, & etiam in causis ciuilibus sententias latas in curia dicti Domini Potestatis exequi cum effectu.

¶ Quod stetur & credatur scripturis librorum merchatorum & campsorum vsqꝫ in centum sol. Rubrica. 34.

ITem Statuimus ꝙ Scripturis librorum merchatorum & campsorum continue in ciuitate Tuderti merchaturam vel campsuram exercentium cum iuramento suo stetur, & credatur vsqꝫ in centum sol. cortoñ. ac si appareret præceptum guarantigie. Et ꝙ vsqꝫ in dictam quantitatem procedatur & procedi possit ad petitionem talis merchatoris siue campsoris per iudicẽ cẽtũ sol. dicto sacramẽto ꝑ eũ ꝓstito, & dictis scripturis ostẽsis & visis breuiter & sũmarie & đ plano, & siue strepitu, & figura iudicii & si qs merchator alterius iuridictiõis ab aliquo merchatoꝛ đ ciuitate uel comitatu tuderti occasiõe merchatuꝛ aliquã pecunie quãtitatẽ diceret se debere recipeꝛ de qua apparet instrumẽtũ vel nõ. Et dictus merchator đ ciuitate vel comitatu tuđrti diceret se velle staꝛ đ solutiõe dicti đbiti libro apotece dicti merchatoris forẽsis talis merchator forẽsis talẽ suũ lib. ostendere teneat inquo casu talis merchator tudertinus stare debeat ipsi libro.

¶ Qui dare tutores & curatores & actores possint & autoritatem sup emancipationib' & aliis actibus inter ponere. Rubrica. 35.

ITem statuimus ꝙ potestas & capitaneus ciuitatis tuđrti & cuiuslibet eoꝝ iudices ad ciuilia đputati & qlibet eoꝝ q inde fuerit rq̃situs possint & đbeãt quotiẽs expediẽs fuerit da tutores & curatores tã gñales quã speciales ac etiã actores & eisdẽ administratorẽ đcerneꝛ ac đcretũ & autoritatẽ sup ꝓdictis iterponeꝛ. Nec nõ sup alienatiõib' reꝝ minoꝝ ꝓdigoꝝ & mẽtecaptoꝝ

& furiosorum,& in eorum,& super eorum contractibus,& distractibus,& super emancipationibus. Et in aliis, & super aliis omnibus, & singulis actibus, & casibus opportunis. Et ꝙ quilibet debitis iudicibus quotiens opus fuerit,& inde fuerit requisitus ire personaliter teneatur ad quamcunq; Ecclesiam Ciuitatis Tuderti pro predictis,& quolibet prædictorum per eundem agendis & explicandis,& predicta omnia.& singula etiam fieri possint per iudices,& notarios Ciuitatis & comitatus Tuertti in predictis seu super predictis formam sui preuilegii autoritatem & iurisdictionem habentes. Quæ omnia,& singula etiam fieri,& expediri possint quibuslibet diebus tam iuridicis quam feriatis ~~ad honorem dei inductis tam per formam iuris quam~~ statutoꝝ cõis Tuderti & in quibuscunq; locis dicte Ciuitatis,& comitatus eiusdẽ.

Qđ uictus uictori condemnetur in expensis in ciuilibus causis. Rubrica. 36.

ITem Statuimus ꝙ in omnibus,& singulis causis litibus,& q̃stionibus ciuilibus ordinariis, & extraordinariis summariis que uerterentur in aliqua curia communis Tuderti uictus uictori in ueris. Et legitimis expensis factis in tali causa lite uel questione inquacunq; parte iudicii condemnetur non obstante iuramento calumnie in ipsa lite uel causa uel questione præstito. Nec etiam ꝙ ipse expense petite non fuerint io ipso iudicio per eũdem uictorem.

De bonis debitoribus & fideiussoris dandis creditoribus in solutum. Rubrica. 37.

ITem Statuimus ꝙ si quis bona sui debitoris vel fideiussoris expectiali, & generali hipotecha habuerit obligata vel de ipsis habuerit in tenutam percuriam Tudertinam,& deinde voluerit de ipsis bonis sibi pro suo credito,& expensis dari & ad iudicari in solutum per dictam curiam Teneatur talem suum debitorem vel fideiussorem citari facere per publicum baiulum communis Tuderti ex parte,& de mandato iudicis competentis saltem semel personaliter siue bis ad domũ sue solite habitatiõis cũ interualo vnius diei adminus inter vnã citationẽ, & reliquam si talis citandus tunc habitet in Ciuitate Tuderti vel duorũ si habitet in comitatu tuderti vt coram ipso iudice competenti compareat recepturus copiam petitionis,& responsurus eidem ad certum terminum eidem arbitrio ipsius iudicis statuendum. Quo comparente vel non successiue ad actus alios procedatur pro vt fuerit procedendum. Qui iudex facta sibi fide de tali credito que fieri possit hoc casu etiam lite non contestata det, & ad iudicet de dictis bonis eidem creditori insolutũ vsq; in integram,& debitam solutionem, & satisfactionem dicti crediti & expẽsaꝝ legitimaꝝ facta prius ipsoꝝ bonoꝝ extimationẽ ꝑ duos prouidos & bonos iuros ꝑ ipsũ iudicẽ eligẽdos. Ita tamẽ ꝙ talis adiudicatio fieri nõ possit nec đbeat nisi extẽpore dicte ꝑnũtiate & ꝯcesse tenute & sciẽtie talis đbitoris vel fideiussoris trãscursi fuerint duo mẽses ipa die dicte adiudicatiõis facte i dicto termino minime cõputata. Quã qdẽ sciẽtiã i casu ꝑmisso ꝑsumẽdã esse cẽsemus siue đ dicta tenuta eidẽ đbitori uel fideiussori ꝑsonalitᷣ notificatio facta fuerit ꝑ publicũ baiulũ dicti cõis siue ad domũ sue habitatiõis pñte aliquo de sua familia maiore xiiii. anoꝝ & sanemẽtis vel alitᷣ legitime facta sit. Et ꝑdicta locũ habeãt vbi đ tali credito nõ cõstet ꝑ publicũ istrumẽtũ siue ꝑ scripturã aliã q̃ ꝑ formã statutoꝝ dicti cõis ꝓ istrumẽto guarãtigito habeatᷣ qb' casib' statuta đ ipa materia loquẽtia vẽdicẽt sibi locũ, & sup ꝑdictis dictus iudex ꝓcedat dieb' qbuslibet tã iuridicis q̃m feriatis exceptis illis dũtaxat q ꝑ formã iuris cõis siue statutoꝝ ciuitatis tudrti i đi honorẽ fuerit feriati. Eaq; terminet & expẽdiat ꝑ suã sẽtẽtiã ifra. 32. extẽpore petitiõis corã eo ꝑ talẽ creditorẽ oblate in antea numerãdos. Hoc intellecto ꝙ si alius

prior

prior & potior creditor super venerit ante ad iudicationē prædictam sibi de ipsis bonis ante omnia satisfaciat & dereliquo si quod superuenerit in bonis prædictis tam primo agenti quam aliis creditoribus tenutam vel hipothecam habentibus in bonis prædictis similiter ad iudicatio fiat forma pdicta iuxta ordinem successiue. Ita q nō obstante puentione iudicii qui prior & portor fuerit in dicta successiōe præferatur. Quæ locū habeant inter ciues & comitatenses Tudertinos tantum. Volumus insuper statuentes q si aliquis ciuis vel comitatensis, Tudertinus haberet recipere aliquam pecuniæ quantitatem ab aliquo forense habente possessiones aliquas in Ciuitate vel comitatu Tuderti de quo debito constet per publicum instrumentum q ad petitionem talis creditoris fiat sibi adiudicatio in solutum de bonis prædictis vsq in debitam, & integram solutionem, & satisfactionem talis sui crediti dannorum, & expensarum legitimarum nulla incōtrarium exceptione admissa nisi per publicum instrumentum quietationis. Quæ omnia sine solutione salarii audiantur, & peragantur, & locum habeant in pendentibus, & futuris.

Quod obmissio proprii nominis heredis non uitiet sententias vel processus Rubrica. 38.

ITem Statuimus q omnes petitiones processus, & sententie tam dationis in solutū quam alterius generis porrecte facte, & late contra heredes alicuius per quamcumq personam siue per quemcumq iudicem, & officialem communis Tuderti sint, & esse debeant firmi, & firme, & de iure subsistant non obstante q ipsi heredes non sint in ipsis petitionibus processibus, & sententiis propriis nominibus nuncupati. Et q opponens dictam exceptionem nullatenus audiat. Quod capitulū locū habeat in litibus, & negotiis tam pendentibus quam futuris.

De precepto guarantigie. Rubrica .39.

ITem Statuimus q licitum sit iudicibus, & notariis qui conficiunt cartas publicas tam de Ciuitate quam de comitatu Tuderti, & vnicuiq ipsorum præceptum guarantigie facere de debitis ipsorum manu scriptis, & de aliis bonis, & rebus de quibus contractus conficerentur in hunc modum Videlicet. Talis iudex, & notarius tali volenti, & confitenti præcepit q soluat debitum præfatum tali creditori ad talem terminum ut in ipsa scriptura continentur vel defendat rem venditam, & contractum obseruet vel instrumentum, & omnia, & singula in ipsis scripturis continentur. Et teneatur potestas, & qui loco eius fuerit, & iudices curiarum ad iustitiam reddendam sedentes, & quilibet eorum ipsam guarantigiam exequi in hunc modum. Videlicet. Quod soluto salario cammerario communis Tuderti ad petitionem, & requisitionem creditoris, vel heredis ipsius, vel illius qui ius, cessum haberet, vel procuratoris eiusdem faciat fieri præceptum per baiulum communis Tuderti personaliter, vel ad domum habitationis ipsius debitoris q debitor, vel heres ipsius veniat ad standum, & morandum in Palatio communis Tuderti, & inde non discedat nisi primo satisfaciat tali suo creditori, vel heredi ipsius vel habenti ius cessum ab eo de omni debito, & salario, & expensis, & de omni eo quod in ipsis instrumentis noscitur contineri ad penam decem librarū cortonensium communi Tuderti persoluendarum nisi ipsa die de prædictis omnibus, & singulis suo satisfacere creditori, vel heredi ipsius, vel ei qui ius, cessū ostēderet corā eo. Qui qdē debitor si venerit cogat p eū q guarātigiā exeqt psonaliter, & realiter put, & qliter de ipsius creditoris, vel sui heredis, vel ius, cessū habētis pcesserit volūtate. Nisi ipse debitor, vel ɔuētus ex forma guarātigie opposuerit solutiōis exceptionē quā solutionē pbare possit infra tres dies a die pcepti facti p baiulū numerādos p instrumentū qetationis, vel

96

De Iurisdictiõe Potestatis & Capitanei & eoꝝ officialiũ ãte introhitũ eoꝝ officii. Rub. .v.

ITem Statuimus q Iudex malefícioꝝ, Potestas & Capitaneus ciuitatis Tuderti teneant & dẽant octo diebus ente introhitũ eoꝝ regiminis qlibet die ipsoꝝ dieꝝ venire & stare in Palatio dicti cõmunis ad bãchas maleficioꝝ bis in die v3. de mane vsq3 ad tertiã & a nonis vsq3 ad vesperas ad recipiendũ accusationes & denũciationes maleficioꝝ quæ fierent corã eis. Ac ẽt teneant̃ & dẽant ipsi Dñi Potestas & Capitaneus p suã familiã requi facere de deferẽtibus arma vetita, & de ludentibus ad ludũ taxilloꝝ cõtra formã statutoꝝ cõmunis Tuderti. Et q processus qui sup predictis fierent p vos intra dictos octo dies valeant & teneant ac si facti essent tempore eorum regiminis non obstante aliquo iure in contrarium loquente.

¶ In quibus casibus Potestas & Capitaneus Ciuitatis Tuderti hẽant arbitriũ. Rub. .vi.

ITem Statuimus q Potestas & Capitaneus ciuitatis Tuderti & eoꝝ qlibet hẽant arbitrium inuestigandi & inueniendi maleficia infrascripta & qlibet eoꝝ v3. homicidiũ, furtũ, robariam, incendiũ, adulteriũ & stuprũ. Et hoc intelligat̃ si pdicta maleficia vel aliquod predictorum fuerint siue fuerit siue fuisse dicerentur siue diceretur ppetrata siue perpetratũ de nocte, Habeant quoq3 arbitriũ cõtra quẽlibet scribentẽ p se vel p aliũ alicui tacite vel expresse emptionem, venditionẽ, locationẽ, conditionẽ, seu quãcũq3 aliã cõcessionẽ, acqsitionẽ vel alienationẽ alicnius rei siue cuiuscũq3 generis cõtractuũ de re vel sup re aliqua faciendũ quocũq3 modo, iure vel titulo. Et cõtra inhibentes vel minas vel terrorẽ aliquẽ inferentes p se vel aliquẽ alicui laboratori ne terram vineã seu fundũ alicuius laboret, Et cõtra inferentes vel inferri facientes alicui p dicta aliqua de dictis causis siue occasionibus tũc antea vel postea aliquã iniuriã molestiã seu offensam psonalr uel in bonis dicto uel facto. Et cõtra oẽs uiolentiã aliquã in psonis uel rebus alterius cõmictentes. De qbus omnibus & singulis dicti Potestas & Capitaneus & qlibet eoꝝ sollicite teneantur inquirere quolibet mense sui regiminis & veritatẽ inuestigare ab hominibus fidedignis. quoꝝ dicta secrete teneantur. Ita tñ q cõtra aliquẽ q de predictis uel aliquo predictorum fuerit inculpatus nõ possit pcedi ad tormenta nisi habitis primo aliqbus legitimis inditiis uel saltem uno legitimo inditio quibus uel quo precedentibus uel precedẽte ad ipsam torturã pcedi possit contra talẽ reum secũ dũ formã statutoꝝ dicti communis de dicta causa loquẽtium.

¶ De pena facientis aliquem citari extra iurisdictionem Tuderti. Rubrica. .vii.

ITem Statuimus q si quis citatus fuerit aut conuentus extra curiã Tudertinam ad petitionem cuiuscunq3 personæ Potestas & Capitaneus & quilibet ipsorum qui inde fuerit requisitus teneantur ad petitionem talis citati uel conuenti cogere modis omnibus quibus possent illum qui taliter eum citari fecerit siue conuenerit et a tali molestia cõtra eum desistat, & cũ [illegible] Et si sub biectus non [illegible] si tũ habet [illegible] seu fratres si habet seu si fratrẽ vel fratres nõ hẽt [illegible] ipsam penã cõ[illegible] cuius medietas sit cõmunis Tuderti & alia medietas [illegible] Et q talis citatus siue cõuẽtus & sui seq̃ces possint talẽ cõtrafacientẽ [illegible] ab ipsa citatione vel molestiis nõ desisteret. Et q

Potestas & Capitaneus ad petitionẽ talis sic citati siue cōuicti teneant̃ eū defendẽdi facere expē sis dicti cōmunis nō obstāte aliquo capitulo statutoꝝ dicti cōmunis in ꝯtrariū loquēte. Et si Po testas vel capitaneus fuerint negligētes in p̄dictis ꝑdant de suo salario cētū libras cort. Itē teneāt Potestas & capitaneus ꝓponere ꝯsilio gñali dicti cōmunis primo mēse sui regiminis si aliqd est ad dendū vel faciendū sup hoc capitulo, & ꝙ ipsi ꝯsilio placuerit executioni mandet̃. Et si aliquis nō subiectus dicto cōmuni q in p̄dictis cōtrafecerit hēret aliqua bona sita in ciuitate vel comitatu Tuderti teneant̃ ipsi Potestas & Capitaneus & qlibet eoꝝ q inde fuerit requisitus ꝑcipi facere detēptoribus ipsoꝝ bonoꝝ ne ea vlterius teneāt a dcō tali cōtrafaciēte vel ꝓ eo laborēt sub pe na libraꝝ centū. Et ꝙ cuilibet liceat in talibus bonis dānū inferre donec talis cōtrafaciens cu ius bona ipsa essent a tali molestia desisteret. Et ꝙ tali cōtrafaciēti nullus suū patrociniū prestet in aliqua curia Tudertina sub pena libraꝝ quinquaginta cort. pro qualibet vice. Salua semp ec clesiastica libertate cui per presens capitulum vel aliquod aliud statutum communis Tuderti non intendimus neqꝫ volumus in aliquo derogari.

De his qui excipiuntur a penis. Rubrica. viii

ITem Statuimus ꝙ de offensionibus & delictis qbuscūqꝫ cōmissis & cōmictēdis inter infra scriptas ꝑsonas potestas & capitaneus & eoꝝ iudices vl̃ aliqs eoꝝ nō possint ꝓcedere cogno scere vl̃ punire vꝫ. inter adscēdētes & descēdētes cuiuscūqꝫ gradus sint, inter fr̃es & alios col laterales vsqꝫ in tertiū gradū inclusiue inter viꝝ & vxorem, inter affines in primo gñe affinitatis vsqꝫ in secūdū gradū inclusiue, inter magr̃m & discipulū, inter amasiū & amasiā, inter minores duodecim annoꝝ vel inter aliquos q sint vel morent̃ in eadē familia, vel si qs offenderit iocula torē vel ioculatricē siue meretricē publice meretricātē vel minorē quindecim ānoꝝ. vel si minor duodecim ānoꝝ offenderit maiorē duodecim ānoꝝ. Sed p̄dicte offensiones sint ōnino & totalr̃ impunes in p̄dictis casibus & quolibet eoꝝ inter p̄dictas ꝑsonas nisi fuerit volūtaria accusatio ꝑ talē offēsum vel p̄rem ipsius. Ita tñ ꝙ eo casu ab ipsa accusatione possit talis accusator impune desistere qñcūqꝫ voluerit vsqꝫ ad sñiā. Quo desistēte sup ipsa accusatiōe vlterius ꝓcedi nō possit. Sed eo casu possit & dēat ꝓnūciari ꝑ iudicē de tali maleficio cognoscētē sup tali accusatione nō esse vlterius ꝓcedendū. Et ꝙ talibus ꝑsonis accusatis qñ ipsi accusationi nō esset renunciatū pe na possit imponi arbitrio iudicātis, dummō idē iudicans nō excedat penā statutoꝝ cōmunis tu derti sed eā minuere possit eius arbitrio & uolūtate ꝯsideratis q̃litate ipsius facti & cōditiōibus ꝑsonaꝝ. Possint tñ & dēant dicti Potestas & Capitaneus eorū qꝫ iudex ad maleficia deputati & quilibet eoꝝ & ꝯtra dictas ꝑsonas & quālibet earum tā ꝑ accusationē quā denunciationē & in quisitionem de & sup infrascriptis maleficiis & quolibet eoꝝ ꝓcedere vꝫ. ꝓ homicidio & mem bro amputato siue debilitato ꝑ ꝑcussione facta cū sanguinis effusione infrascriptis armis uel ali quo eorū Spada, cultello, mazza ferrea, lancea, isbiedo, falcione. mannaria, ronca, accepta, bali stra, uanga, palaferrea, bidēte, zappa, pugnalone, picchione mattellacio, bastone ferreo uel aliis si milibus armis siue instrumētis ferreis in qbus casibus & quolibet eorum p̄dicti potestas & Ca pitaneus & quilibet eorū q de talibus maleficiis seu aliquo eoꝝ cognosceret possit & possint suo arbitrio tali malefactori penā imponere cōsideratis facti q̃litate & cōditione ꝑsone ipsius malefa ctoris, dūmō pena q̃ de tali maleficio alias cōmuniter & gñaliter ꝑ formā statutoꝝ dicti cōmu nis imponeret̃ nullatenus excedat̃. Et hmōi ꝓcessibus qui fierēt de dictis siue sup dictis malefi ciis cū dictis armis uel eorū aliquo ꝑpetratis nulla renunciatio ꝑ aliquē fieri possit, & si fieret ip so iure nō ualeat, sed ea nō obstante rector siue iudex qui de tali maleficio cognosceret nihilomi nus sup eo procedere teneatur. Declarantes ꝙ ubi supra loquitur de minoribus, non intelligatur de minoribus decem annorū de quorum rixis & maleficiis ꝑ eos cōmissis & commictendis nulla

pena penitus imponat, nec de ipsis seu ipsoꝝ occasione p aliquē rectorē seu officialē dicti cōmunis cōtra eos cognosci seu ꝓcedi possit nec dēat quoquomō. Volumus insup statuentes ꝙ si tpe nūdinaꝝ quæ fiūt in burgo vie plane a die decima vsq; ad vigesimā diē mēsis Septēbris inclusiue aliquis occideret vel aliter offenderit aliquam personā, dū aliquē equū vel mulū curreret siue currere faceret in burgo supradicto vsq; ad viā qua itur ad scm̄ Gerbasiū ꝙ ab omni pena dicta de cā siue occasione totaliter sit exēptus. Et ꝙ de p̄dictis p nullū rectorē siue officialē dicti communis procedi seu cognosci possit vel dēat quoquomō. Quæ omnia preualeant & derogatoria sint omnibus aliis statutis ordinamētis & reformatiōibus dicti cōmunis in ꝯtrariū loquētibus.

¶ De Questionibus siue tormentis eorum de quo casu reus post primam comparationem reputetur ficte confessus. Rubrica. .viiii.

QVamuis in Maleficiis ꝓquerēdis, inuestigādis & reperiēdis interdū uisum sit adhibere tormēta, nō tñ possint & indifferenter est q̄stio adhibēda. Nullus igr̄ torq̄ri possit nisi infrascripta forma & casibus infrascriptis uel aliquo eorundē v3. pro ꝓditione cōiuratione, cōspiratione. Tractatu, seditione, subuersione siue turbatione status pacifici Ciuitatis uel comitatus Tuderti uel alicuius terre cōitatus eiusdē, & nisi p robaria, furto, homicidio falsitate, priuato carcere, raptu virginū & q̄rūlibet honestaꝝ mulieꝝ violatione. Et nisi p incēdiis & vastis dolose factis & ꝑpetratis. Et nisi pro fractura carceꝝ cōmunis Tuderti seu monasteriorū seu aliaꝝ sacraꝝ domoꝝ. Et nisi pro sanguinolētis vulneribus siue ꝑcussionibus. Et nisi pro mēbri incisione siue debilitatione. Et nisi p iniuria allata cōtra aliquā ꝑsonā incarceratā siue inclusam volūtarie ad penitētiā agendā. Ac ēt nisi pro violentiis in q̄bus casibus & quolibet ipsoꝝ possint Potestas & Capitaneus & eoꝝ Iudices maleficioꝝ & q̄libet eoꝝ q de tali p̄dictorum criminū cognoscant reum ip̄m torquere & torq̄ri facere. Ita tñ ꝙ nō incipiant a tormentis ipsis, sed demū legitimis ꝓcedētibus inditiis. In quoꝝ tormētoꝝ moderamine respiciāt, vt neq; durius neq; remissius q̄ōnem adhibeant quā ipsius maleficii qualitas duritia vel fragilitas postulet tormentandi seueritatis & clementie gloriam minime affectantes. In ceteris autem casibus a tormentis ꝓrsus abstineant nec aliquo genere tormētoꝝ seu aliquo tedio vel grauamine qnēquā afficiant seu affici faciāt vel ꝑmictāt ad penā centū libraꝝ cort. p quolibet eorū cōtrafaciēte & q̄libet vice. Et nihilominus talis ꝯtrafaciēs teneat̄ tali grauato vl̄ tormētato p̄terquā in casibus superius exp̄ssis & specificatis & p̄ter vel cōtra dictam formā ad restitutionē & refectionem totius damni & interesse qd̄ ipse dicta de cā incurrisset. In quaq̄dem pena & dictorū damni & interesse refectione defensor dicti cōmunis seu alius q talē cōtrafacientē habuerit sindicare tpe dicti sui sindicatus condēnare teneat̄ eūdē & ipsius executionē cōtra eū ad petitionē talis tormētati siue grauati facere cū effectu. Qui ēt eo casu talis ꝯfessio a tali tormētato seu alias grauato extorta ipso iure sit nulla nec eius p̄textu aliq̄ ꝯdēnatio fieri possit & si fieret ipso iure sit nulla. Et ꝙ q̄s fuerit tortus siue tormētatus seu alias grauatus ꝯtra formā p̄dictā sit sufficiēs ꝓbatio fama publica ꝓbata p sex testes fidedignos de quorū numero nō possit esse aliq̄s q p talē rectorē seu officialē fuisset in aliquo cōdēnatus, nec aliq̄s eius consanguineus vsq; in tertiū gradū inclusiue ex quocūq; parente. Quia vero plerūq; accidit ꝙ reus in prima sua cōparitione & respōsione maleficium ip̄m negat & fideiussoribus ab eo datis recedit, deinde cōtra eum supueniūt indicia sufficientia ad torturam, nec se postea in iudicio se rep̄sentat p̄nti capitulo duximus prouidendū, ꝙ in casu hmōi non obstantibus cōparitione, r̄nsione & satisdatione predictis. Talis reus ex integro & de nouo citetur ex parte talis rectoris iudicis seu officialis de tali maleficio cognoscentis ꝙ infra secūdā diē tunc ꝓxime secuturā ipsa die citationis p̄dictæ in dicto termino minime cōputata cōpareat coram eo ad respondendū iterato tali accusationi, denunciationi vel inq̄sitiōi

per quam & sup quã contra eũ procederetur, & ad ipm maleficiũ confitendũ siue ad subeundũ torture, cum cõtra eũ supuenerit legitima inditia ad torquendũ eundẽ. Quo termino elapso si talis reus nõ cõparuerit ex nunc auctoritate & fictione presentis capituli habeatur & censeatur legitime conuictus de omnibus in ipsa accusatione, denunciatione vel inquisitione contentis, & tamquam legitime conuictus ex tũc de tali maleficio per talem rectorem vel officialem possit & debeat condemnari quæ locum habeant in maleficio supra specificatis & quolibet eorundem.

¶ Quod nullus possit cogi vel carcerati si uoluerit dare fideiussionem nisi in certis casibus. Rubrica x

ITem Statuimus ꝙ Potestas & Capitaneus seu alius rector seu officialis communis Tuderti non cogat seu detineat aliquem nec cogere vel detinere possit in palatio cõmunis Tuderti nec incarcerari faciat vel facere possit si voluerit dare idoneos fideiussores ipse vel alius pro eo de sua condemnatione soluenda secundũ formã statutoꝝ dicti cõmunis nisi in casibus in quibus tormẽtatio ẽ pmissa p formã statutoꝝ pdictoꝝ. Et si Potestas & Capitaneus seu alius rector siue officialis ꝯtrafecerit puniat̃ q̃libet vice in quolꝫ dictoꝝ casuũ in libris centum corthoñ.

¶ Quando & in quibus casibus quis debeat confinari. Rubrica xi

ITem Statuimus ꝙ Potestas vel Capitaneus nõ pcipiat nec pcipere possit alicui ꝙ vadat ad cõfinia extra comitatũ Tuderti, possit tñ in ciuitate vel comitatu Tuderti tm̃ mictere & ponere aliquẽ ad ꝯfinia & tenere p q̃ndecim dies ad plus pp aliqđ graue seu atrox maleficiũ, vł pp aliquẽ excessum cũ sanguinis effusione vel pp aliquã magnã rixã, cuius occasione verisimiliter dubitaret̃ aliqđ scandalũ exoriri posse in dicta ciuitate vel eius comitatu. Et gñaliter in omnibus casibus in q̃bus p formã statutoꝝ cõmunis tuderti tormẽtatio ẽ pmissa, saluis nihilominus aliis penis de talibus maleficiis imponẽdis p formã alicuius capituli statutoꝝ dicti cõmunis.

¶ De Mulcta imponenda per Potestatẽ & Capitaneum & eorum Iudices, socios & Notarios, inobedientibus eis. Rubrica xii

ITẽ Statuimus ꝙ Potestas & Capitaneus & eoꝝ Iudices, socii, milites, atqꝫ Notarii & q̃libet eoꝝ possint mulctare sibi nõ obtẽperãtes & inobediẽtes in suo offõ vsqꝫ in infrascriptas sũmas ad plus vꝫ. dñi Potestas & Capitaneus & q̃libet ipsoꝝ vsqꝫ in sũmã cẽtũ sol. p quolꝫ tale inobediẽte & q̃libet uice, Iudices vero & socii, milites alicuius ipsoꝝ & quilibet eoꝝ usqꝫ in xl. sol. Notarii autem alicuius ipsorum & quilibet eorum vsqꝫ in .x. solid. prout eis videbitur considerata in predictis qualitate talis inobedientie & conditione persone talis inobedientis. Et ipsas mulctas a talibus inobedientibus de facto exigere absqꝫ formatione alicuius processus vel promulgatione alicuius sententie, saluis aliis capitulis statutorum communis Tuderti maiorem penam imponẽtibus de hm̃oi inobedientiis. Quibus per presens caplm̃ nolumus derogari.

¶ De Mõ examinãdi Testes in criminalibus & ipsoꝝ publicatione. Rub. xiii

ITẽ Statuimus ꝙ Iudices maleficioꝝ q mõ sunt & p tpe fuerint teneant̃ & dẽant testes in q̃cũqꝫ & sup quacũ q cã criminali pductos legal̃r, fidel̃r & diligẽter examinare & eoꝝ dicta pure, simpliciter & extense put ipsi testes verba ptulerint p Notarium Maleficiorum scribi facere. Quiquidem Notarii depositionem siue attestationem alicuius testis scribere non debeat sub hac forma vꝫ. dixit vera esse quæ in ipsa accusatione denunciatione vel inq̃sitione seu quæ in dicto articulo continetur &c. Et semper Testis de hiis & sup his de quibus testificatus fuerit

se aliquid scire, interogetur per Iudices ipsos de causa scientiæ. Et si secus aliquis dictorum iudicum seu Notariorum fecerint in xxv librarum cort. vice qualibet puniatur. Et nihilominus parti lese teneantur eius dampnum integraliter reficere. Et quod testes producti in causis criminalibus non publicentur infra illos viginti dies continuos qui dantur reo ad suam defensionem faciendam.

¶ De pena testium non venientium ad ferendum testimonium veritatis & de expensis ipsis testibus faciendis per producentes. Rubrica xiiii

ITem Statuimus quod si quis testis citatus fuerit bis quod veniat ad testimonium perhibendum & non venerit in .xx. sol. cort. puniatur. Item si quis testis venerit ad perhibendum testimonium ad petitionem alicuius & dicta de causa steterit in ciuitate vltra vnam diem pars ad cuius petitionem talis testis dicta de causa venerit cogatur ad soluendum ipsi testi pro suis expensis duodecim denarios pro qualibet die qua steterit vltra ipsam primam diem. Et quod Iudices coram quibus tales causae verterentur seu Notarii quibus ipse examinationes commisse fuerint in aliquo casu per formam iuris communis seu statutorum communis Tuderti processe teneantur examinare ipsos testes quam citius poterint. Et si ipsi Iudices vel Notarii quibus talis examinatio facienda incumberit in ipsis testibus examinandis post protestationem eis a parte producente factam fuerit negligentes teneantur ipsi parti omne suum damnum & interesse reficere, & quod nullus testis possit cogi vel detineri in palatio vltra decem dies causa siue occasione alicuius testimonii per ipsum ferendi.

¶ De consensu Patris vel Curatoris non requirendo in Processibus filiorum familias & minorum Rubrica xv

ITem Statuimus quod de omnibus & singulis maleficiis commissis seu que commissa esse dicerentur per minores vel filiosfamilias Potestas & Capitaneus & eorum Iudices maleficiorum & quilibet eorum procedere contra eos possint etiam sine consensu & auctoritate patris vel curatoris eorum. Et quod talis processus & sententie que inde sequentur ualeant & teneant non obstante defectu consensus predicti seu auctoritatis predicte. Et e contra quod dicti filii familias & minores possint in dictis & super dictis causis tam principalibus quam appellationum siue recursuum defensiones & iura sua producere & probationes quaslibet facere etiam absque consensu & auctoritate predictis. Et si talis filiusfamilias condepnaretur & ipsam condepnationem soluere de suo non posset teneatur & cogi possit & debeat eius pater ipsam condepnationem soluere de portione legitime ipsi filio tunc competenti seu que competere posset iure nature in bonis ipsius patris vsque in concurrentem & equalentem summam dicte sue legitime portionis, habito in ipsa exactione & executione respectum ad bona que ipse pater haberet tempore exactionis & executionis predicte.

¶ Quod Iudices Maleficiorum possint in fauorem communis iura producere & allegare. Rub. xvi

ITem Statuimus quod omnes & singuli Iudices maleficiorum communis Tuderti in & super omnibus & singulis causis & processibus criminalibus coram eis vertentibus possint & debeant vinculo iuramenti ex suo officio etiam nemine prosequente probationes quaslibet inducere & fieri facere pro parte & in fauorem dicti communis tam per testes quam per instrumenta & per quemlibet alium legitimum modum. Et super predictis statuta & iura quelibet pro ipso communi & in eius fauorem facientia proponere & allegare, ad hoc vt ipsa maleficia de quibus cognoscerent in lucem deueniant & penes debitis puniantur.

¶ Quod procedatur de similibus ad similia. Rubrica xvii

ITem Statuimus quod si aliquod maleficium per aliquam personam commicteretur de quo non esset imposita aliqua determinata pena per aliquod capitulum statutorum communis Tuderti possit & debeat Potestas vel Capitaneus qui de tali maleficio cognosceret talem malefactorem punire ad similitudinem penæ quæ per formam alicuius capituli statutorum communis Tuderti de simili maleficio

imponenda veniret. Si vero de simili maleficio nõ esset aliqua determinata pena p aliquod capitulũ statutoꝝ dicti cõmunis, eo casu ipsi Potestas & Capitaneus q de tali maleficio cognosceret & iustũ & equm fore videbit de ipso penã imponere possit & debeat ipse Potestas & Capitaneus de tali maleficio cognoscẽs suo arbitrio imponere vsq; ad summã decẽ librarum corthonẽsium inclusiue ad plus, consideratis in casu huiusmodi facti qualitate ac conditione persone talis malefactoris & aliis circumstantiis opportunis.

De pena negantis officium vel parentelam vel aliam de Quibus infra fit mentio & de modo probandi. Rubrica xviii

ITem Statuimus q̃ quicũq; in aliq̃ vel sup aliqua causa, lite vel q̃stione ad interogationẽ alicuius Rectoris vl' officialis cõmunis Tuderti de tali cã, lite vl' q̃stione cognoscẽtis negauerit, siue alicui positioni corã tali rectore vel officiale factæ p ptẽ aduersam rñdẽdo dixerit se nõ credere aliqua fuisse vel esse alicuius de quo in ipsa interogatione vel positione cõtineret' patrẽ matrẽ, auuũ, auiã, filiũ filiã, nepotẽ neptẽ seu eidẽ in aliquo superiori vel inferiori gradu p lineã ascendentẽ siue descẽdentẽ cõiũctũ siue fratrẽ, sororẽ vel in aliquo veriori gradu ex linea trãsuersali agnatitiæ vel cognatię prolis vsq; in tertiũ gradũ inclusiue eidẽ cõiunctũ. Siue uirũ vel uxorem siue Rectorẽ vel officialẽ cõmunis Tuderti, siue Notariũ de Ciuitate uel comitatu Tuderti, siue cõsulẽ alterius artis ciuitatis p̃dicte, siue publicũ baiulũ uel p̃conẽ dicti cõmunis siue Episcopum Priorẽ vel Abbatẽ alicuius ecclesiæ Ciuitatis vel comitatus Tuderti siue diocesis Tudertine, siue Tutorẽ vel curatorẽ, & deinde de ipsa tutela uel cura fuerit tali rectori uel officiali legitime facta fides. De reliquis uero predictis siue de aliquo eoꝝ q̃reret' saltẽ p publicã famã, in decem libris corthoñ. uice qualibet puniat'. Nisi infra secũ dã diẽ talẽ suam responsionẽ negatiuã siue uim negationis habentẽ reuocauerit & ad ipsum quod in tali interogatione uel positione cõtineretur paratus sit cõfiteri. Si uero taliter respõdẽdo negauerit siue dixerit se nõ credere aliquẽ fuisse uel esse Priorẽ populi Tudertini, siue aliquẽ fuisse uel esse Cancellariũ uel Notarium reformationis dicti cõmunis, & talẽ suã respõsionẽ postea infra dictũ terminũ dictoꝝ duoꝝ dieꝝ nõ reuocauerit & id ipm paratus fuerit cõfiteri ut supra dictũ ẽ. Si q̃dẽ postea de hoc tali rectori uel officiali saltẽ p publicã formã fuerit facta fides, in libris cẽtum uice qualibet puniatur.

De pena non probantis accusam. Rubrica xviiii

ITem statuimus q̃ si q̃s accusauerit unũ uel plures de aliquo crimine falsitatis, & ipsã accusã ꝯtra oẽs & singulos in ipsa accusatiõe ꝯtẽtos nõ ꝓbauerit puniat' p quolibet tali accusato p rectorẽ corã quo eã porrexerit uel successorẽ ipsius in q̃nta pte pene in q̃ talis accusatus pro tali maleficio si de eo legitime cõuictus fuisset ueniret cõdẽnãdus. Secũdũ formã alicuius capituli statutoꝝ cõmunis Tuderti. Quodq; talis rector hm̃õi accusatiionẽ minime admicte' teneat' nisi talis accusator corã eo idonee caueat de ipsa accusatione ꝓbãda sub pena p̃dicta. Ita tñ q̃ si q̃s uoluerit accusar' aliquẽ testẽ de aliquo falso testiõ p eũ lato sup aliq̃ cã criminali possit & dẽat ipm accusare corã ipso recto' siue officiali tm̃, corã quo ipse testis ipm testimoniũ tulisset vl' eius successor. Si uero sup alia lite, cã uel q̃õne aliquis falsum testimoniũ tulisse dicatur corã quocũq; Iudice uel officiale ecclesiastico uel seculari in aliqua curia tudertina, seu coram quocũq; arbitro seu arbitrato' eo casu talis testis accusari possit de tali falso testiõ corã Potestate seu capitaneo ciuitatis tuderti ad electionẽ talis accusatoris ac ẽt de tali falso testimonio p quemlibet eoꝝ inquiri ualeat contra eum. Preterea si quis alium de turbatione seu molestatione alicuius suæ possessionis siue tenute accusauerit & deinde propter defectũ probationis ipsius accusatoris talis accu-

satus diffinitiue fuerit absolutus, eo casu talis accusator pena .xl. sol. corthon. pro quolibet tali ter accusato ipso facto incurrat. Statuentes q in quolibet predictorum casuum in penis pdictis talis accusator non probans in eadem absolutoria sententia de tali accusato ferenda debeat condemnari. In aliis vero casibus propter probationis defectum accusator in nihilo puniatur.

Quod De quolibet maleficio exceptis quibusdam possit fieri pax, & de eius beneficio, Rubrica xx

ITem Statuimus q de quolibet maleficio possit fieri Pax inter ptes infra decē dies a die cōmissi dicti Maleficii cōputandos, ipsa die cōmissi maleficii in dicto termino minime cōputanda. Qua qdē pace infra dictū terminū facta & subseqūter corā Rectore siue officiale de ipso maleficio cognoscēte per ipm reū vel eius procuratorē ante sentētiā in publicam formam producta diminuat ipsi reo si & in quantū ipm maleficiū sponte, pure & simpliciter in prima sua cōparitione & respōsione in Iudicio cōfessus fuerit dimidia pars penæ sibi vel de ipso Maleficio imponēda & aliter bñficio Pacis reus ipse ab ipsa pena in nihilo releuet. Ita tñ q in homicidio per quēcūq & contra quēcūq cōmisso seu ēt in quocūq maleficio perpetrato inter aliquē magnatem & potentē, idest pro magnate & potēte habitū secūdū formā Statutorum dicti cōmunis ex parte vna, & inter aliquē popularē & habitū p populari secūdū formam statutorum dicti cōmunis ex altera Pax facta quo ad diminutionem seu alleuiationem penæ de tali maleficio imponenda in nihilo prosit siue prodesse valeat quoquomodo nec eius beneficio talis reus ab ipsa pena in aliquo releuetur.

De pena minantis pro Pace fienda Et q pax taliter facta non ualeat. Rubrica xxi

ITem Statuimus q Nullus p se vel aliū quocūq mō minas terrorē, vexillationē vel iniuriā aliquam faciat siue inferat alicui vel ɔtra aliquē offensam vel iniuriā ab aliquo recepisse siue passus esse seu qui recepisse vel passus fuisse diceret ad hoc vt cū ipo offensore seu iniuriatore de ipsa offensione vel iniuria pacē fiat. Cōtrafaciēs vero eadē pena puniatur qua ipse principalis reus veniret de ipso maleficio puniendus. Et nihilominus per talem pacem seu eius beneficia reus ipse a pena talis maleficii nullatenus releuetur.

De modo seruando in sententiis ferendis in criminalibus. Rubrica xxii

ITem Statuimus q Potestas & Capitaneus & qlibet eorum qui de aliquo maleficio cognoscerent possint statim postquā eis de ipso maleficio constiterit secundū formā alicuius capituli statutorum cōmunis Tuderti de ipso & sup ipso sentētiā cōdēpnatoriā pmulgare, dūmō ipsā sentētiā nō ferant antequā terminus statutus reo ad ipsius defensionē lapsus fuerit. Et q ipsi & qlibet eorum teneant oēs causas criminales tā meras quā mixtas coram eis siue p eos initiatas per accusationē denūciationem vel inqsitionē infra duos menses cōtinuos a die ipsius porrectę accusationis, denūciationis siue formate inqsitionis in antea numerādos. Nec nō veteres & pēdētes a die sui initiati regiminis cōputādos sententialiter prout iustū fuerit terminare seu ēt infra breuiorem terminū in illis vz. casibus in quibus p formā alicuius capituli statutorum dicti communis breuior terminus reperiret statutus. Ita tñ q saltē bis quolibet mense sui regiminis videlicet singulis qndecim diebus semel, exceptis dūtaxat primis & vltimis Quindecim diebus sui regiminis sup aliqbus criminalibus causis, meris vel mixtis diffinitiue sententiare penitus teneant.

Insuper volumus statuẽtes ꝙ Notarii maleficioꝝ q ad sententias suꝑ causis maleficioꝝ scribendas fuerint deputati teneanť ante lecturã & publicationẽ ipsaꝝ sententiaꝝ ipsas sentẽtias siquidem absolutorie fuerint scribere duplicatas,& si cõdẽnatorie triplicatas in cartis pecudinis sub pena libraꝝ decẽ pro quolibet ipsoꝝ cõtrafaciente & qualibet vice. Quarũquidẽ sententiarum vnam copiã tẽpore lecture ipsaꝝ exhibeant Notario camere dicti cõmunis & aliã copiã in qua eas legant remaneat apud se. Qui Notarius dicte camere dictas sentẽtias quando legũtur in cõsilio cũ dicta copia sibi tradita debeat auscultare. Et si vtraqꝫ copia simul cõcordauerit ipsam copiam sibi traditã ad dictã camerã deferat,& deinde de ipsa cuilibet petenti copiã sumi pmictat Ita tñ ꝙ extra ipsam camerã ipsas sententias vel aliquã ipsaꝝ ꝑ aliquẽ officialẽ cõmunis Tuderti seu per aliquã aliã ꝑsonam portare nõ sinat. Tertiã uero copiã dictaꝝ cõdemnationũ quã ẽt dicti Notarii debeant insimul auscultare dicti notarii maleficioꝝ tradere debeant dicto Notario camere. Et dictus Notarius camere teneať vnã de dictis copiis ipsaꝝ cõdẽnationũ deferre ad ecclesiã sancti Fortunati,& in Sacristia dictæ ecclesiæ reponere & de ipsis facere vnũ librũ uidelicet de cõdẽpnationibus cuiuslibet Dñi supradicti. Et ꝙ dicte cõdẽpnationes quæ in dicta Sacristia reponũtur,de ipsa extrahi nõ possint,nec ꝑ aliquẽ uideri nisi ꝑ dictũ notariũ cãere sine expressa licentia Dominoꝝ uigintiquatuor secreti Cõsilii Populi Tudertini. Et ꝙ cõdẽpnatiõibus quę in dicta sacristia ac ẽt in dicta camera retinebũtur & cuilibet eaꝝ detur & adhibeatur plena fides. Et si in libro introhituũ cõmunis Tuderti scripto manu dicti Notarii camere uꝉ in libro cõdẽpnationũ exhistẽtium in dicta camera inuenirẽtur solutiões dictaꝝ cõdẽpnationũ uel alicuius eaꝝ scripte manu dicti Notarii camere talis cõdẽpnatio de qua solutio appareret & inueniretur ut dictum est ex nunc pro cassa,irrita & nullius roboris penitus habeatur.

¶ De sñiis nõ ferẽdis in ciuilibus uel criminalib' cãis ultimis q̃ndecim diebus. Rub. xxiii

ITem Statuimus ꝙ Potestas uel Capitaneus non possint aliquam sententiam condẽpnatoriam uel absolutoriam ferre ultimis quindecim diebus eoꝝ uel alicuius eorũ regiminis nec in aliquo dictorũ q̃ndecim dierũ,& hoc idẽ seruari debeat ꝑ eorũ & cuiuscunqꝫ ipsorũ Iudices & officiales in ciuilibus causis,litibus & questionibus uertentibus coram eis.

¶ In quibus casibus penæ dupplicentur. Rubrica xxiiii

ITem Statuimus ꝙ si quis cõmiserit contra aliquã ꝑsonã aliquod maleficiũ de quo ex forma alicuius Capituli statutorum cõmunis. Tuderti ad mortẽ pure simpliciter & precise ipse malefactor cõdẽpnandus nõ ueniret in aliquo de infrascriptis locis tꝑoribus seu casibus vꝫ. in Platea cõmunis Tuderti,siue in aliquo Palatio dicti cõmunis,siue in foro uel mercato,siue in Nundinis quæ fiunt in plano Portus uel in Nundinis quæ fiũt apud ecclesiã sancti Faustini,seu in nundinis quæ fiunt de mense Septẽbris a die decima usqꝫ ad diẽ uigesimam dicti mensis inclusiue a porta sancti Siluestri usqꝫ ad uiam qua itur ad sanctũ Gerbasiũ & ꝑ totum burgũ burgi uie planæ,& a porta uallis usqꝫ ad uiam qua itur ad põtẽ Martini & ꝑ totũ burgum qui est prope dictam uiam. Et a dicta uia ꝑ uiam rectam usqꝫ ad portam cupe inferiorẽ. Seu si in aliqua uinea uel aliquo campo uel orto alterius taꝉr offenderit Dñm uel cõductorẽ talis uinee campi uel orti seu eius nunciũ uel familiarẽ,seu in aliqua ecclesia,ciuitatis uel comitatus Tuderti uel post pulsationẽ campane quæ solita est pulsari de sero ꝑ penis dupplicandis usqꝫ ad sonum campane quæ pulsari solet pro die que uulgariter dicitur lasueglia. Seu aliquam ꝑsonam dum iret uꝉ staret ad aliquod funus,siue inde rediret,siue aliquem dum iret ad aliquod Palatium dicti cõmunis occasione alicuius citationis seu monitionis de eo factæ ꝑ aliquem Rectorẽ uel officialem

communis predicti, siue de ipsius rectoris uel officialis cōmissione uel mandato p aliquē baiulū uel preconē dicti cōmunis nō diuertēdo ad aliū locū, siue in die festi sancti Fortunati uel eius vigilia, siue in die festi Translationis sancto℞ Fortunati & Cassiani: siue in die festiuitatis Natiuitatis Dñi nr̄i Iesu xp̄i, siue in die festiuitatis Paschatis Resurrectionis eiusdem, seu in die Veneris Sancti in quo dn̄s Iesus xp̄s crucifixus fuit, siue in quocūq3 die Sabbati, siue aliquē Ambasciatorem quando vadit & redit occasione alicuius ambasciatæ dicti cōmunis, puniat̄ in duplū. Pene quæ alias de tali maleficio imponēda ueniret p aliquod capitulū Statuto℞ dicti cōmunis. Hoc intellecto q̧ Palatiū cōmunis Tuderti intelligatur quælibet domus in qua morarētur Domini Priores populi Tudertini uel in qua morerentur Potestas uel capitaneus uel aliq̄s alius officialis forensis communis Tuderti ad aliquod officiū dicti cōmunis exercendū. Decernētes p̄dicta locum habere siue de ipsis maleficiis uere cōstat siue fictione & potestate alicuius capituli statuto℞ dicti cōmunis ipsa maleficia haberi & censeri debeant pro cōmissis maxime quo ad penas de ipsis maleficiis imponēdas. Volumus insup statuentes q̧ ubicūq3 aliq̄d caplm̄ statuto℞ dicti cōmunis loq̄tur de aliq̄ pena pro aliquo maleficio imponēda duplicanda, triplicanda & q̄druplicā da intelligatur q̧ semel tm̄ & ex una cā tm̄ possit duplicari, triplicari & q̄druplicari non pluries uel ex pluribus causis. Dūmodo hoc locū non habeat in illis casibus uel eo℞ aliquo, in q̄bus siue in quo uigore siue fictione alicuius capituli statutorum communis Tuderti pena dupli, tripli & quatripli haberetur loco simpli.

Qualiter intelligatur Platea communis Tuderti. Rubrica xxv

ITem Statuimus q̧ Platea communis Tuderti sit & esse intelligat̄ & pro platea dicti communis habeatur prout inferius declarabitur v3 a platea dicti cōmunis quæ uocatur platea sancti Ioannis contigua alteri platee ueteri dicti communis, sicut protenditur a cantone inferiori Palatii ueteris dicti cōmunis, & sicut ip̄m palatiū protenditur usq3 ad pectorale q̄d est in finibus dictæ plateæ sancti Iohannis, & sicut ip̄m pectorale protenditur per directū usq3 ad murum q̄ est inter dictū pectorale & palatiū Roberti Dñi Gregorii. Et sicut ipse murus protenditur a dicto pectorale usq3 ad dictū palatiū Roberti. Et sicut protenditur a dicto muro iuxta dictum palatiū roberti usq3 ad cantonem palatii dicti roberti. Et sicut protēditur paries anterior dicti palatii roberti a cantone ipsius palatii roberti q̄ est uersus stratam publicam usq3 ad cantonem alterius domus dicti roberti, Et sicut ab ipso cantone protendūtur omnes muri domo℞ & stantia℞ uersus dictam plateam usq3 ad cantonem domus Vrsi Domini Simonis sitū iuxta dictam plateam sancti Iohannis & uiam publicam qua itur uersus portam Martii, & sicut protenditur a dicto cantone usq3 ad cantonem inferiorem domus magistri Nicole magistri iacobi site ex altera parte dictæ uiæ. Et sicut protendūtur muri dictæ domus magistri Nicole & muri palatii dicti cōmunis q̄d uocatur palatiū Domino℞ Prio℞ populi Tudertini & muri alia℞ domo℞ dicti communis in Quibus dicti Domini Priores morantur a pede platea ueteris usq̄ ad cantonem domus dicti communis quæ olim fuit Iunii Domini Guerrisii sitū iuxta dictam plateā ueterem & uiam publicam qua itur ad scm̄ Fortunatum & ab ipso cantone usq̄ ad cantonem domus olim filio℞ Massoli Glorii & mō dñi Tomassi Dñi Corradi. Et sicut a dcō cātone p̄tēditur ex dicta parte usq̄ ad cantonem superiorem domus ecclesiæ sancti Felicis & ab ipso cantone usq̄ ad hostiolum superius ecclesie sancti Felicis p̄dictæ Quod est uersus domos heredum Domini Andree quæ olim fuerunt Fidanzoli Domini Nicolai. Et a dicto hostiolo usq̄ ad cantonē dictarum domo℞ sita℞ uersus dictam ecclesiam. Et a dicto cantone usq̄ ad cātonē rotundum heredum Mei Berardutii, & ab inde usq̄ ad portā qua itur in claustrum ecclesie Episcopatus Tuderti & iuxta murum graduum dicti Episcopatus. Et omnes dicti gradus & planum supra ipsos

gradus existens vsq; ad parietē anteriorē dicti Episcopatus. Et sicut recte protendit a cantone Turris dicti Episcopatus sito uersus plateā ueterē dicti cōmunis & uiam publicā qua itur ad sanctum Angelū de supra mur; usq; ad cantonē domus heredū Gerrisii cecchini dñi Ioannis site ex altera parte dicte uie in oppositū dicte Turris. Et ab inde infra usq; ad dictā Plateā dicti cōmunis quæ dr̄ platea sancti Iohannis. Et ꝙ gradus & planū supra gradus palatioꝝ dicti cōmunis usq; ad primas portas dictoꝝ Palatioꝝ sint & esse intelligantur de platea dicti cōmunis. Et ēt intelligatur esse de platea dicti cōmunis locus in quo est macellū sitū sub uoltis dicti Palatii ueteris & uia quæ est subtus uoltā scalaꝝ Palatioꝝ dicti cōmunis, & quæ est inter dictū palatium uetus & Palatiū nouū dicti cōmunis quod dicitur palatium Populi usq; ad cantonē dicti Palatii Noui dicti communis quod dicitur sitū iuxta dictam uiā & aliam uiam qua itur uersus Scm̄ Laurentium de supra murū & ab ipso cantone sicut protenditur usq; ad cantonem dicti Palatii ueteris situm iuxta puteum qui est in dicta uia iuxta dictum Palatium uetus.

Quod non soluentes condēnationes infra certū tempus incurrāt quartū & ꝙ cōdēnatio nō cācelletur nisi fuerit soluta cū quarto. Rubrica xxvi

ITem Statuimus ꝙ in omnibus & singulis sententiis condēpnatoriis pecuniariis applicandis cōmuni Tuderti ferendis per quoscūq; rectores siue officiales dicti cōmunis currat q̄rtam non soluentibus ipsas condēpnationes quæ de eis fierēt infra decē dies cōtinuos a die & post diē ipsius cōdēpnationis factæ & nō sciētie inmediate sequentes nō obstante ꝙ ipsi rectores siue officiales de pena dicti quarti in ipsis sententiis nullā facerent mentionē. Dūmō predicta locū nō habeant in sentētiis cōdēpnatoriis in quibus continetur ꝙ si ipsi condēpnati non soluerint &c. fiat contra eos aliqua executio personalis. Quoqdem casu dictā quartā non currant. Hoc ēt intellecto ꝙ si intra dictū terminū appellaretur uel recursus haberetur ab aliq sententia cōdēpnatoria, & dicta cōdēpnationis sententia fuerit ꝑ Iudicem appellationū & recursuum cōfirmata in totū uel in partē nō intelligatur in ea currisse dictū quartū in termino supdicto. Sed currat dictū quartū nō soluēti cōdēpnationē eandē infra decē dies cōtinuos, numerandos ex die & post diem cōfirmationis ipsius sentententie & nō scientie inmediate sequentis. Et ꝙ nulla condempnatio cancelletur uel cancellari debeat nisi tota ipsa quantitas ipsis cōdēpnationis eius dicto quarto. Si ipsum dictū quartū fuerit in ea decursum & primo fuerit camerario dicti cōmunis integraliter soluta. Et ꝙ Notarii Camere dicti cōmunis teneantur & debeant sub uinculo iuramenti, & ad penam decē libraꝝ corthoñ. pro q̄libet uice qua cōtrafecerint scribere manu propria in margine cuiuslibet libri condempnationis a qua fuisset habitus recursus & que esset confirmata in totū uel in partē per Iudicem appellationū & recursuum ciuitatis Tuderti pro quanta siue in quanta parte & per quem ipsa condempnatio extiterit cōfirmata. Et ꝙ ipsa sententia fuerit confirmata totaliter uel pro parte aliqua sit sufficiens probatio inspectio sententie super ipso recursu per dictum Iudicem Appellationis & recursuum premu'gate.

De condempnationibus exigendis. Rubrica xxvii

ITem Statuimus ꝙ Potestas & Capitaneus & quilibet eoꝝ per se & eoꝝ officiales & familiares teneantur exequi pro posse & cū effectu exigere & Camerario dicti cōmunis solui facere omnes & singulas condempnationes factas per eos uel alteꝝ eoꝝ, siue per eorum precessores quā citius poterint detinendo & coherceudo personaliter soluere debentes & eorum fideiussores, necnon capiendo pignora & ea uendendo & uendi faciendo & eorum pretium in ipsas condempnationes usq; ad integram solutionem ipsarum conuertendo. Ac ēt conentur pro

posse per se & suos officiales & familiares prosequi ex bannitos & códénatos cómunis Tuderti pro maleficio, & eorú bona pro ipsoꝶ bannis & condempnationibus exigendis, Ipsosq; ex banditos & condemnatos capi facere pro excutione & exactione ipsorum bonorum & condemnatorum Et teneátur quoq; dicti Potestas & Capitaneus & quilibet ipsorum eo tempore tantum quo recipiuntur cautiones a Sindicis castrorum & uillarum cómunis Tuderti secundum formá capituli loquentis de ipsa materia, diligenter exquirere a Sindico & a quatuor Massariis cuiuslibet Ville uel castri de bonis ipsorú ex banditorum & condemnatorum existentibus infra confinia sui castri uel Ville, Et cuilibet dictorum Sindicorum uel Massariorum precipere ꝙ debeant infra certum Terminum per eos assignandum in his scriptis eisdem refere bona omnia quæ tales exbanniti uel condemnati habeant in castro uel uilla. Cuius ipsi Sindici sunt & Massarii seu intra eorum uel alicuius eorum confinia. Et si dicti Sindici & Massarii predicta omnia non fecerint puniantur in uigintiquinq; libras Cort. pro quolibet eorum contra faciente, Et etiam in maiori & minori quantitate ad arbitriú ipsorum Potestatis uel Capitanei ut qualitas ipsius facti & inobediétię exigeret, Insup teneantur oés & singuli laboratores seu detétores terraꝶ ipsorum ex banditorum & condemnatorum ꝑdictis Potestati uel capitaneo denunciare & manifestare bona predicta que quoquomodo pro eis tenerent uel laborarent, Necnon id quod deberent soluere tali exbannito & condemnato tam pro tempore preterito quá etiá futuro, Illudq; soluere & consignare tempore debito Camerario pro condemnatione talis exbanniti & condénati, Ita tamen ꝙ de omni & toto eo quod solutum fuerit pro tale exbannito & condemnato ꝑ aliquem suum debitorem sit & esse intelligatur ipse soluens, a tali suo creditore exbannito & condemnato ipso iure auctoritate & fictióe ꝑsentis capituli absolutus & liberatus: Et predicta etiá locum habeant in omnibus casibus in quibus bona aliquorum ex bannitoꝶ communis Tuderti pro maleficio deberent applicari & confiscari ipsi cómuni, Et qui predicta non seruauerit condemnetur a dicto cómuni in duplo eius in quo teneretur tali ex bannito & condemnato & etiá in uigintiquinq; libras cort. Preterea uolumus ꝙ bona talium ex bannitorú & condemnatorum delata & denunptiata per dictos uel aliquem predictorú teneátur dicti Potestas & Capitaneus scribi facere in quodam libro in quo scribi facient nomina omnium condemnatorú dicto communi, & quilibet ipsorú unum talem librum habere debeant apud se, hoc intellecto ꝙ dicti Potestas & Capitaneus & quilibet eorum sint & executores tá suarú condemnationú quá etiá precessorum cuiuslibet ipsorum, Ita ꝙ liceat Potestati & Capitaneo & cuilibet ipsorum etiam durante regimine cuiuslibet ipsorum per se & eorum officiales & familiares condemnationes alterius exequi in hunc modú uidelicet Quot quilibet ipsoꝶ ꝑ se eorú officiales & familiares possit capere & capifacere & in fortiam cómunis deducere & deduci facere quemlibet exbannitum & condemnatú dicti cómunis per quécunq; ipsorú siue per quécunq; aliú officiálé cómunis Tuderti. Et qui talé ex bannitú & condénatú ceperit siue capi fecerit ipsius exbániti & condénati senteńtiá exequatur realiter siue personaliter fuerit códénatus. Qua executióe facta quilibet officialis talé condénationé apud se habens eá debeat cancellare. Teneantur etiá Milites socii dictorú dominorú Potestatis & Capitanei ex equi & executioni mádare oés condénationes factas ꝑ quoscunq; officiales dicti cómunis ad uoluntaté & mandatú dominorú Priorú populi Tudertini. Et si neglexerint potestas siue Capitaneus eius socio militi predicta inuenta fuerint per dictos dños priores pená uigintiquinq; librarú corthonensiú pro qualibet uice qua talis eius socius miles contrafecerit ipso facto incurrant. Quá pená Camerarius camere Tudertinę de proxima tunc futura pagha salarii talis Rectoris eidem discóputare & penas se pro dicto cómuni retinere penitus teneatur.

De Appellationibus & recursibus interponédis in criminalibus, & de modo procedendi in eis. Rubrica. xxviii.

Item Statuimus q in criminalibus causis appellari uel recursus haberi non possit ante latam difinitiuam sententiam, sed ea lata possit condemnatus uel accusator seu Sindicus cõmunis Tuderti uel qlibet alius pro ipso cõmuni infra decem dies tantum, a, die ipsius latę sentẽtię & non scientię numerandos ipsa die ipsis late sententię in dicto termino minime cõputata recursum ab ipsa sententia ad dominum defensorẽ & Iudicem Appellationum & recursuũ Ciuitatis Tuderti. Et corã ipso dictam sententiã & acta ipsius causę producere infra dictũ Terminũ Qui defensor & iudex infra alios decẽ dies continuos ipsam senteciã ex actis primi iuditii tatũ & sine aliquo processu faciẽdo approbare uel improbare & ad statũ iustum & debitũ reducere & reformare teneatur. Et etiam supplendo & addendo ex officio usq in debitam quantitatem si in minori Quãtitate ipsam sententiã, a, Qua ad ipsum recursum fuerit, ipse defensor & iudex inuenerit fore latã, non obstante q in ipso recursu de dicta quantitate obmissa nulla condẽnatio facta sit Ita tamen q si in ipso primo iuditio aliqua partiũ coram Rectore uel officiali corã quo talis causa uertebatur infra terminum sibi datũ ad probandum secundũ formam Statutorum uoluerint facere aliquas probationes iuridicas. Quæ non fuissent uel essent contra formã alicuius capituli Statorũ uel ordimentorum dicti cõmunis & protestata fuerit in scriptis se tales probationes facere uelle, & per talẽ Rectorem uel officialem admisse nõ fuerint, sed reiecte, eo casu dictus defensor & iudex eas probationes si sibi iuridice & admictẽde uideantur admittere & recipere possit & eas sequi ac per eas pronuntiare perinde ac si in dicto primo iuditio admisse & facte fuissent. Et q de tali protestatione quilibet Notarius qui, a, Tali protestante fuerit requisitus teneatur corã tali Rectore uel officiale palam & publice cõficere Instrumentũ, alioquin pena decem librarũ Cort. ipso facto se nouerit incursurum. Et q talis Rector seu officialis talẽ protestationẽ benigne audiat, ac etiã de huiusmodi protestatione publicam scripturam fieri patiatur sub pena librarum centũ denariorum cort. pro quolibet eorum contrafaciante & qualibet uice & si talis protestans dixerit se non inuenire Notariũ aliquem Qui hiusmodi protestationem scribere uelit, eo casu ad requisitionem talis protestantis teneatur Notarius Cameræ dicti cõmunis talem protestationem scribere in publicam formam redigere sub pena predicta. Et q dictis Notarius cameræ possit dicta de causa, a, tali pro suo salario percipere usq in sol. Quinq ad plus. Et si dictus defensor & iudex sententiam condemnatoriam, a, qua ad ipsum recursum fuerit per suã sententiam totaliter seu pro parte aliqua confirmauerit soluat talis recurrens Camerario Cameræ dicti cõmunis pro ipso cõmuni recipienti denarios duodecim cort. pro Qualibet libra ipsius condemnationis, a, qua recursum fuerit & in qua ipsa condemnatoria sententia fuerit confirmata. Ita tamen q quilibet recurrens infra dictum terminum decem dierum ad recurrendum statiĩ apud dictum camerariũ pro dicto cõmuni teneatur depositũ facere in pecunia numerata ad rationem predictam duodecim denariorum pro qualibet libra sue condemnationis, a, Qua duxerit recurrendum. Et de dicto deposito una cum recusu & actis predictis dicto defensori & iudici per Appodissam bullatam solita bulla dicti camerarii infra eundem terminum fidem facere teneatur. Et aliter super ipso recursu nullatenus audiatur. Et deinde ipsum depositum tali recurrenti per dictũ Camerarium restituatur si & quatenus talis recurrens per ipsam sententiam dicti defensoris & iudicis obtinuerit sup ipso recursu. Volumus insuper q dictus defensor & iudex acta omnia statuta & iura pro parte & in fauorem dicti cõmunis facientia super quolibet recursu facto coram eo produci faciat coram se ac produci facere possit & debeat quandocunq ante sentẽtiam per eum super tali recursu ferendam Ita q nihil de huiusmodi obmictant propter quod ipsum cõmune super de tali recursu defraudari possit in aliquo suo iure. Quodq omnes sententias condẽnatorias, a, Quibus ad eũ recursus habitus quæ fuerint iuste late conetur quatenus & prout melius de iure potest defendere saluare & confirmare. Nec aliquã earũ ãnullet seu infirmet totaliter uel pro aliqua parte nisi iusta & euidens causa nullitatis siue iniquitatis incontrariũ appa

teret, & si secus idem defensor & iudex fecerit teneatur dicto cõmuni totũ id in quo ipsum taliter damnificauerit de suo proprio resarcire. In quoquidem per eius successorẽ uel aliũ qui de suo sindicatu cognosceret condemnetur, & quilibet in hoc casu sui sindicatus possit eum de predictis suo sindicatori denunciare & accusare. Addicientes ꝙ quotiescunq; contingerit per eundem defensorem & iudicem aliquã sententiam, a, qua ad ipsum recursum fuerit nullam pronumptiari & declarari ratione ineptitudinis ipsius sentẽtiæ seu processus ipsius causę principalis teneatur Potestas siue capitanes qui ipsam sententiam tulisset & eius iudex maleficiorum & quilibet alius officialis qui talem sententiam promulgasser, & successor cuiuslibet eorũ per quem talis sententia lata esset infra decem dies, a, die promulgationis talis sentẽtiæ dicti defensoris & iudicis in antea numerandos ipsa die ipsius promulgationis in dicto termino minime cõputata, Si quidem ipsa ineptitudo occurrerit in processu predicto & ipsius processus uitio ipsum processum ex integro & denouo recipere & reassumere & usq; ad finẽ ipsius causæ prosequi, & deinde ipse Potestas uel Capitaneus siue alius officialis qui talem sententiam tulisset teneatur super ipso nouo & legitimo processu ex integro & iterato pronunciare, & si ipsa ineptitudo solũ in ipsa sententia & eius uitio occurrisset, teneatur idem Potestas uel Capitaneus seu quilibet alius officialis qui eam tulisset infra dictum terminum decem dierũ ex eisdẽ actis & super eodem processu legitime iterũ & denouo pronunptiare procedendo & sententiando in quolibet dictorũ casuum in ipsa & super ipsa causa principali secundũ formam Statutoꝝ dicti cõmunis, & ad predicta prout premittitur facienda teneantur dicti Capitaneus & Potestas & quilibet alius officialis qui talem sententiam promulgasset, & iudex maleficiorũ dictorum dominorũ potestatis & Capitanei eaq; facere possint & debeant. Non obstante ꝙ termini per formam Statutoꝝ dicti cõmunis in dicti ad cognoscendum & pronũptiandũ de & super causis huiusmodi maleficiorum tempore dicte noue reassumptionis & reinceptionis talis & processus seu dicte noue sententiæ ex integro promulgande lapsi fuerint. Sed proinde ualeant & teneant ac si ipsi termini minime cucurrissent, dũmodo ipse primus processus infra tempus debitum fuerit inchoatus. Quod si predicti uel aliquis eorum quibus uel cui predicta incũberent ut predicitur in predictis negligentes siue negligens fuerint siue fuerit ipso facto quilibet eorũ taliter negligens illam penã incurrat quæ de ipso maleficio, secundum formam statutorũ dicti cõmunis imponenda ueniret, & ꝙ dominus defensor & iudex predictus siquidem dictum tempus dictorum decem dierum superius statutorum ad reinceptionem & reassumptionem talis processus seu dictæ noue sententię promulgate inciderit in tempus successoris talis Rectoris siue officialis qui ipsam sententiam taliter adnullatã tulisset. Ne de predictis talis successor in ignorantiam protendere possit, teneatur eidem predicta denuntiari & notificari facere per publicum baiulum dicti cõmunis sub pena quinquaginta librarum corthonensium pro qualibet uice.

¶ In Quibus casibus in criminalibus recurri non possit. Rubrica. xxviiii.

Nullus condemnatus pro proditione uel turbatione pacifici status ciuitatis uel comitatus Tuderti, siue pro latrocinio uel furto, seu pro robaria seu pro homicidio uel parricidio, siue pro Adulteriis, seu uirginum raptu aut honestatum mulierum corruptione uel uiolatione, seu pro aliqua uiolentia publica uel priuata, seu pro aliqua iniuria uel offensa ex qua uel ob quam sanguis exiuerat, seu pro percussione uel alia offensione facta cõtra aliqnam personam quoquomodo, a, spatulis supra, seu pro debilitatione uel amputatione alicuius mẽbri cuiuscunq; personæ, siue pro fractura carcerum cõmunis Tuderti, siue pro falsitate, aut pro offensione facta in aliquem officialem forensem dicti cõmunis, siue pro offensione facta uel danno illato

in personis uel rebus hospitalis caritatis dicti cōmunis, siue pro introitu per aliquā personā facto sua autoritate & contra formam statutorum dicti communis in rem siue in possessionē alicuius rei quam sciret uel scire deberet alium tunc tēporis possidere, Siue pro insultu facto in domo siue ad domū insultati aut sue habitationis adminus prope talē domum per mediam perticha ad mē suram pertice dicti cōmunis uel propiuquius, seu qui pro cō tumace censendus in aliqua causa criminali secundum formam statutoꝶ dicti communis possit ab ipsa sentētia codemnatoria appellare siue recurrere, & Potestas & capitaneus ciuitatis Tuderti & ipsoꝶ quilibet teneātur & debeant tales sentētias condemnatorias exequi facere nō obstantibus aliquibus appellationibus seu recursibus quæ uel qui, a, talibus sententiis condemnatoriis interponerentur uel fierent.

Quod Iudices curiatum teneantur defendere eorum sententias. Rubrica. xxx.

ITem statuimus ꝙ omnes & singulas sententias condēnatorias latas & promulgatas per dominos Potestatē & Capitaneū ciuitatis Tuderti in criminalibus & super criminalibus causis, a, quibus extiterit appellatum siue recursum ad dominum defensorē & iudicē appellationum & recursuū cōmunis tuderti, iudices ipsorū dominorum potestatis, & capitanei sub quorū examine seu de quorū consilio tales tententie late & promulgate dicerentur, teneantur & debeāt cōparere diebus & tēporibus opportunis corā dicto defensore & iudice totiens quotiēs opus fuerit, & coram eo si opportunum fuerit ad iustificationem & defensionem dictarum sententiarū inducere, proponere & allegare. Quæ omnia dicti iudices facere teneantur tam ad roquisitionē dictorum defensoris & iudicis quā etiam dominorum priorum populi tudertini, Necnon ea suis propriis motibus facere possint. Contrafaciens uero penam librarum quinquaginta cort. incurrat uice qualibet ipso facto.

ℭ Ad quem appelletur in ciuilibus & criminalibus uacante officio defensoris & post assignationem librorum. Rubrica. xxxi.

ITem Statuimus ꝙ quotiescunqꝫ officium domini defensoris & iudicis appellationum & recursuum cōmunis tuderti cōtingerit uacare seu quasi uacare, & post assignationem librorum sue curie per eum factorum liceat cuilibet in casibus per formam statutorum dicti cōmunis pmissis & infra ea tēpora & ꝑut alias p ipsa statuta pmittitur posse appellare & recurrere ad ipsum dominū defensorem & iudicem si tunc est in ipso officio alioquin ad futurum eius proximū in ipso officio successorem, & ꝙ in nulla appellatione uel recursu necessariū sit exprimi nomen ipsius defensoris & iudicis, sed sufficiat ꝙ nomen ipsius officii exprimatur non obstante aliquo capitulo statutorum uel ordinamentorū dicti communis seu aliquo iure canonico uel ciuili quod in contrarium loqueretur.

ℭ De pena Insultantis uel iniuriantis aliquem. Rubrica. xxxii.

ITem statuimus ꝙ quicunqꝫ insultum fecerit contra aliquem ad domum ipsius insultati siue sue habitationis uel ad apotecham in qua talis insultatus aliquam artem uel mercaturā exerceat seu ad fundum uel rem aliam mobilem ipsis insultati siue ab eo possessum uel possam seu quem uel quam tanquā partiarius uel colonus seu aliquem annuum redditum coleret uel alio iusto detineret, siquidem cum armis & non percusserit nec ea extraxerit neqꝫ ea strinxerit nec ad ipsa manum posuerit in uigintiquinqꝫ librarum cort. puniatur, & si arma ipsa extraxerit puniatur in duplo, Sin autē ipsa non extraxerit sed ea strinserit uel ad ea maus posuerit puniatur in triginta libris cort. & si sine armis & nō percusserit puniatur in. x. libris cort. Si uero alibi quā in aliquo de suprascriptis & infrascriptis locis quis aliquem insultauerit puniatur in quolibet di

ctorum casuum in dimidia dictarũ penaꝝ. Declarantes insultum debere intelligi factum ẽe ad domũ uel Apothecã ꝓdictã si factus fuerit sub porticu ipsius domus uel Apotece seu extra & ꝑ pe ipsam domum uel apothecã saltem per mediam ꝑticam ad mẽsuram pertice cõmunis tuderti siue propinquis. Ad fundum autem uel aliã rem predictã immobilẽ si factus fuerit extra & prope fundũ uel aliã rem predictam immobilem per tres pedes ad mensuram pedis dicti cõmunis. si uero factus fuerit intus ipsam domũ. apothecã fundum uel aliam rem immobilem predictã puniatur insultator in quolibet dictorũ casuum in duplo penæ supra contente, si uero post talẽ insultũ absq; tẽporis interuallo subsecuta fuerit percussio ex parte talis insultantis contra ipsum insultatũ cum armis uel sine in aliquo dictorũ locorum non tñ ꝙ ex ea uel ob eam mors fuerit subsecuta eo casu talis malefactor puniatur de ipsa percussione tantũ & non de ipso insultu in infra scripta pena v3. Quia si talia cõmissa fuerint ad dictã domum uel apothecã puniatur pena dupli. si uero intra ipsam domũ uel apothecham in quadruplo eius penæ que alias cõmuniter & generaliter de tali maleficio imponeretur. Sin aũt ad ipsum uel intra ipsum fundũ uel aliã rem predictã immobilẽ ꝑter domũ uel apothechã talia fuerint ꝑpetrata puniat' in duplo predictæ pene. Dũmodo ipsa pena quæ in aliquo dictorũ casuũ de dicta percussione tantũ imponeretur non sit minor ea pena quæ d' solo ipso insultu absq; aliqua alia offensione seq̃nti imponẽda ueniret per formã alicuius capituli statutoꝝ dicti cõmunis. Hoc intellecto ꝙ ea quæ supradicta sunt de insultu facto ad domũ uel apothecham predictam locũ non habeãt si talis insultator habitaret iuxta siue prope ipsam domum uel apothechã saltem per unam pertícham cũ dimidia ad dictam mensuram. Si uero in ipsa domo habitaret uel in ipsa apothechã suam artem uel mercaturã simul exerceret cum eo quem taliter insultasset. Quodq; ea quæ supra dicta sunt de insultu facto ad dictum fundum siue ad aliam predictam rem immobilẽ preter domũ & apothecham non uendicent similiter sibi locũ in illo insultator̃ qui in tali fundo uel alia re predicta immobili cum ipso quẽ taliter insultasset aliquã cõmunionẽ haberẽt uel simul cũ eo ipsum siue ipsam ad laborandã & gubernandam teneret. Insuper si quis cũ armis animo offendendi conuocatis & colectis hominibus a quatuor supra contra aliquẽ apud domũ sue habitationis seu apud apothechã in qua suam artem uel mercaturam exerceret bellauerit seu preliatus fuerit causa ingrediendi uiolenter in ipsam domũ uel apothecham pro offendẽdo eundẽ, dato ꝙ finaliter in eam non intrauerit, nec etiã eũ percusserit, nihilominus pro tali bello seu prelio, in libris quingentis cort. uice qualibet puniatur, & qui eũ assotiauerit ad predicta in libris centũ cort. pro eoꝝ quolibet puniatur, & etiã in maiori & grauiori pena ad arbitriũ potestatis uel capitanei siue alterius Rectoris dicti cõmunis de tali maleficio cognoscentis & considerantis qualitate dicti maleficii & conditionibus ipsoꝝ malefactorũ & aliis circunstãtiis opportunis, Preterea uolumus ꝙ siquis intra domũ uel apothechã alienam aliquẽ offenderit puniatur in duplo penæ quæ per formã alicuius capituli statutoꝝ dicti cõmunis de tali maleficio cõmuniter & regulariter imponenda ueniret. Statuẽtes ꝙ cuilibet liceat omnẽ personã existentẽ in sua domo siue sue habitatiõis seu in apothecha in qua suã artẽ uel mercaturam exerceret seu in fundo uel alia re immobili quẽ uel quam etiã pro alio uel alieno nomine ad laboradũ teneret defendere & offensori talis persone pro posse resistere ne ibi talẽ personam offendat, & si predicta occasione talẽ offensorẽ offenderet nullã penã patiatur, dũmodo talis resistentia uel offensio fiat cũ moderamine inculpate tutelæ. Ita tamen ꝙ talis resistentia uel defensio fieri non possit pro aliquo seu in fauorẽ & tutelam alicuius qui nunc esset exbannitus & condẽnatus dicti cõmunis pro aliquo maleficio preterquã pro districta uel contẽptu mandati Decernentes & declarantes insultũ debere intelligi quando unus irato animo mouẽdo se de loco ad locum contra alteꝝ uadit causa offendendi eundem.

¶ De pena offensionũ & excessuũ personalium. Rub. xxxiii.

ITem statuimus ꝙ si aliquis ciuis vel comitatensis Tuderti alicui ciui uel comitatensi tudertiñ. amputauerit uel absciderit aliquod membrum seu nasum uel oculum ei extraxerit siue alio modo cecauerit in libris quadringentis cortonen. puniatur pro quolibet tali membro. Et si ambas manus siue ambos pedes ei amputauerit siue absciderit uel ambos oculos ei extraxerit siue cecauerit in libris mille cortonen. puniatur. Et si auriculam uel aliquem digitum manus amputauerit puniatur in infrascripta pena videlicet, pro pollice seu digito grosso absciso vel amputato in ducentis libris cortonen. & pro quolibet alio digito in libris centum quinquaginta cortonen. Et pro qualibet auricula abscissa uel amputata in libris ducentis cortonen. puniatur. Et si dictam penam in quolibet dictorum casuum talis malefactor non soluerit infra decem dies, a die talis condemnationis factæ & non scientiæ in antea numerandos ipsa die dictæ condemnationis factæ in dicto termino minime computata simile membrum uel similia membra seu similis auricula siue similis digitus sibi debeat siue debeant amputari, extrahi siue cecari ut sic in eo, eo modo puniatur in quo & prout deliquit. Si uero aliquem digitum pedis ei absciderit uel amputauerit pro quolibet tali digito in libris septuaginta cortonen puniatur. Si autem alio modo quã per amputationem siue detruncationem membrorum aliquod eidem totaliter inutile fecerit in tricentis libris cortonen. pro quolibet membro taliter inutili effecto puniatur. Si autem ipsum debilitauerit siue inutile fecerit, sed in aliquo tantum, in centum quinquaginta libris cortonen. pro quolibet mẽbro taliter debilitato puniatur. Si vero aliquem digitum eius manus aliter quã per amputationem siue detruncationem prorsus inutilem fecerit in libris centum cortonen. pro quolibet tali digito puniatur. Si vero non totaliter sed in aliquo tantum ipsum digitum debilitauerit in sexaginta libris cortonen. pro quolibet digito taliter debilitato puniatur. Si uero digitum pedis aliter quã per amputationem siue abscissionem inutilem fecerit siue debilitauerit totaliter, uel non totaliter puniatur in dimidia eius pena qua puniretur secundum formã præmissam. Si aliquem digitũ manus totaliter debilitasset siue inutilẽ fecisset. Et si aliquod mẽbrum dissoluerit siue spallam vel ancham seu cossam aut aliud id simile in libris centum cortoneñ. pro ipsorũ quolibet puniatur. Si uero costam fregerit uel dissoluerit in libris quinquaginta cortoneñ. puniatur. Et si digitum manus dissoluerit in libris vigintiquinqꝫ cortoñ. puniatur. Et si digitũ pedis dissoluerit in libris quindecim cortoneñ. puniatur. Si autem os siue ossum cruris, tibie, bracchii, orchæ siue spallę uel anchæ uel aliud id simile fregerit in lib. centum vigintiquinqꝫ puniatur. Si quis uero cum spada, spontone, traferio, stochetto, lancea, Mazzaferrata, mannaria, secure, falcione, cultello, accetta, bidente, uanga, seu cum alio simili instrumento ferreo siue cum lapide, pugnalone, bastone ligneo vel alia simili re percusserit aliquem, a spatulis supra & propterea sanguis exiuerit in centum quinquaginta libris cortoneñ. puniatur. Et si sanguis non exiuerit in libris septuagintaquinqꝫ contonen. puniatur. Et si propter talem percussionem in terram ceciderit eo casu talis percutiens in libris centum cortoneñ. puniatur. Si autem ex percussione facta in capite cum aliquo dictorum armorũ siue instrumentorũ, vel eius consimiliũ cocciola ipsius capitis fracta fuerint seu fessa, Seu si ex percussione facta in facie cum aliquo eorũ manifestum signum seu cicatrix sit perpetuo in ipsa facie remansurum siue remansura puniatur talis malefactor in quolibet dictorum duorum casuum pro qualibet tali percussione, seu pro quolibet tali vulnere in tricentis libris Cortonen. Quam penam si infra decem dies, a die latæ talis sententiæ, & non scientiæ in antea numerandos ipsa die promulgationis talis sententiæ in dicto termino non computata idem malefactor nõ soluerit cũ effectu amputetur eidẽ manus cum qua talem percussionem fecit seu tale vulnus intulit, ita ꝙ a bracchio separetur. Si vero in spatulis & ab inde infra aliquem percusserit, & propterea sanguis exiuerit,

in centũ libris cortonẽ. puniatur. Et si sanguis nõ exiuerit in lib. q̃nquaginta corto. puniaẽ. Et si pp talem percussionẽ idem percussus in terrã ceciderit eo casu talis malefactor in libris lxxv. cortoneñ. puniaẽ. Si aũt cum gladio ferritorio, spata, spontone, stocchetto, traferrio, quaetrelecto lancea uel aliis consimilibus armis punctatim siue puncta aliquẽ percusserit & sanguis propterea exiuerit puniatur talis malefactor pro qualibet tali percussione in libris ducẽtis cortoneñ. Si uero sanguis nõ exiuerit in libris centũ cortoneñ. puniatur. Et si cum apelo, corrigia, canna, virga uel alia re consimili aliquis aliquẽ percusserit, a spatulis supra, & proptrea sanguis exiuerit in libris q̃nquaginta cortoneñ. puniaẽ. Et si sanguis non exiuerit in. xxv. lib. cortoneñ. puniaẽ. Et si in spatulis uel ab inde infra & propterea sanguis exiuerit in. xxv. lib. cortoneñ. puniatur. Si vero sanguis nõ exiuerit puniatur in dimidia dictæ pene. Et si manu vacua, a spatulis supra aliquis aliquem percusserit & propterea sanguis exiuerit puniatur in quinquaginta lib. cortoneñ. Et si sanguis non exiuerit puniatur in. xxv. lib. cortoneñ. Si uero in spatulis uel ab inde infra & ppterea sanguis exiuerit puniatur in. xx. libris cortoneñ. Et si sanguis non exiuerit in. x. libris cortoneñ. puniatur. Si uero aliquis ceperit aliquem per capillos non tamẽ eum in terram cadere fecit puniatur in uigintiquinq; libris cortoneñ. Si vero propter talem capturam idem captus in terram ceciderit puniatur talis malefactor de prædictis & pro prędictis captura & casura seu caditura in libris quadraginta cortoneñ. Et si postquã ceciderit eum per terram strascinauerit talis malefactor pro prædictis & de prędictis omnibus in quinquaginta lib. cortoneñ. puniatur. Si quis aũt manu plena contra aliquẽ iniuriosæ admenauerit vel lapidem seu quid aliud simile proiecerit & eũ nõ percusserit in. x. lib. cortoneñ. puniatur. Sed si manu vacua quis cõtra aliquem irato animo admenauerit & eum nõ percusserit in cẽtũ sol. cortoñ. puniatur. Itẽ quicũq; ceperit aliquem per personã siue spinserit & ob dictã capturam siue spinctam nõ ceciderit puniaẽ in. x. lib. cortoneñ. Si uero ob dictam cãm ceciderit in terram puniaẽ de ipsis & pro ipsis omnibus in. xxv lib. cortonẽ. Si vero ex dicta casura uel caditura sanguis exiuerit de capite talis cadentis, & coccia ipsius capitis fracta fuerit in centũ quinquaginta lib. cortoneñ. de his & pro his omnibus puniaẽ. Si aũt ex dicto sanguinolento vulnere cocoia eiusdem capitis nõ fuerit fracta in quinquaginta lib. den. cortoneñ. de his & pro his oĩbus puniaẽ. Si aũt ex dicta casura sanguis de naso vel de alia parte corporis, a spatulis infra inclusiue exiuerit in. xxv. libris cortoneñ. puniatur. Item si quis alicui dentem fregerit seu cadere fecerit in quinquaginta libris cortoneñ. puniatur. Q d capłm & contenta in eos inter ciues & comitatẽses tuderti dũtaxat vẽdicet sibi locũ.

De pena mandantis maleficium cõmitti per alium & ipsius Mandatarii cõmittentis contra aliquem ciuem vel comitãtem tuderti, & de pena ciuis offendentis forenses citra mortem. Rub. 34.

ITem statuimus, q̃ si quis per alium offendi fecerit aliquem de ciuitate vel comitatu tuderti puniatur tam talis offendens, quã offendi faciens, si fuerit ciuis, uel comitensis tuderti in duplo eiusdem pene quæ alis regulariter de ipso maleficio per formam alicuius capituli statu. Cõis tuderti imponenda veniret. Verũ si talis offendens fuerit forensis & talis offensio facta fuerit cũ armis & cũ sanguinis effusione eo casu talis forẽsis vltimo supplicio puniatur arbitrio iudicantis ita q̃ penitus moriatur. Et si sine armis & sine sanguinis effusiõe in centũ lib. cortoneñ. puniatur. Si uero sine armis & cũ sanguinis effusione in ducentis lib. cortoneñ, puniatur. Saluis maioribus penis si quæ de huiusmodi maleficiis per formam alicuius capituli statutorũ dicti cõmunis forensibus imponerentur. Et q̃ tam dictus ciuis siue comitatensis tuderti qui taliter offensus fuerit, a forense quã etiam eius consanguinei ipsum

offensorem

offensorē tam tpe talis offensionis quā ēt post possint offendere & se vendicare ipune. Et si ta lis forensis in aliquo dictorū casuū dictas penas soluere nō poterit & in fortiā dicti cōis ueniret siue ductus fuerit nūquā de carceribus dicti cōis relaxetur sine licētia talis offensi. Si uero aliquis ciuis vel comitatensis tuderti offenderit aliquē forensem citra mortē puniat talis Tudertinus offendens in quarta parte eiusdē pene quæ per formā alicuius capituli statutorū dicti cōis de tali maleficio sibi iponēda ueniret si simili modo offendisset aliū tudertinū nisi in terra vnde esset talis forensis offensus iponeretur maior pena de simili maleficio terrigenæ ipsius terræ offendentis forensem quo casu puniatur ea pena qua idem forensis in tali sua terra puniretur si ibi simile maleficium perpetrasset cōtra aliquem tudertinum.

¶ De pena facientis vindictam contra consanguineum sui offensoris. Rub. 35.

ITem statuimus ꝙ si quis fuerit offensus ab aliquo & post ipsam offensā offenderit uel offendi fecerit, ad sui vindictā, aliquē alium quā illū a quo ipsam iniuriā uel offensam receperit puniat in quadruplū eius pene quæ als regulariter de ipso maleficio per formam alicuius capituli statutorū dicti cōis iponeretur. Et hoc idē intelligat de oībus coniunctis & famulis & sequacibus dicti offensi & de aliis oībus qui dicta occasione aliū quā principalem offensorem offenderint vel offendi fecerint. Hoc aūt casu ꝓ principali offensore habēdū esse censemus nō solum illum qui suis manibus aliū offendisset, sed ēt illum cuius mandato ipsa offensio per aliū facta fuerit & quēlibet aliū qui eundē offensorē ad ipsam offensionē faciēdā sociauerit & ei auxiliū prestiterit consiliū & fauorem. Ac ēt ipso pricipali offensore mortuo, eius filiū masculum seu filios masculos post ipsius primi principalis offensoris mortem superstitem siue superstites remanentes. Necnon & oēs illos qui dictū primum principalē offensorem donec uixerit uel post eius mortē eius filium uel filios cum armis associauerint.

¶ De pena associantis alium ad aliquod maleficium cōmittendum. Rub. 36.

ITem statuimus, ꝙ si quis associauerit scienter aliquē ad aliqđ maleficiū cōmittendū de quo per formam alicuius capituli statutorū cōis tuderti pena imponeretur personaliter assistendo loco & tpe ipsius malefici perpetrati ad ipsum malefactorē faciendū & auxiliandum puniat in medietate illius pene, in qua ipse principalis offensor puniēdus ueniret de ipso maleficio ex forma alicuius capituli statutorū cōis tuderti. Ceterum si principalis offensor ex forma dictorū statutorum personaliter tm̄ puniendus ueniret eo casu talis offensor & auxiliator in libris quingentis Cortoneñ. puniatur. Hoc intellecto ꝙ de eodem & pro eodē maleficio & facto nullus possit vel debeat ut principalis & ut auxiliator puniri.

¶ De Maxillata reddenda per percussum suo percussori in plano scalarum, & de pena recusantis eam recipere. Rub. 37.

ITem statuimus, ꝙ Potestas & Capitaneus Ciuitatis tuderti & quilibet eoꝝ qui de hmōi maleficio cognosceret ad penā quingentaꝝ lib. cortoñ. teneant & debeant cogere quēlibet cui facta fuerit aliqua ꝑcussio ꝑ aliquē in facie manu vacua cū sanguinis effusione uel sine ut in plano scalarū palatioꝝ dicti cōis percutiat dictū suū percussorem in facie manu uacua cū sanguinis effusione vel sine. Quāquidem percussionē fieri volumus in loco prædicto inter horam tertiam, & horam vesperorum, dūtaxat. Et deinde rector utrāꝗ partem cum effectu compellat ad pacem inter se de dictis percussionibus faciendam. Quæ omnia locum habere uolumus siue dicta prima percussio illata fuerit cum sanguinis effusione, & dicta repercussio sine sanguinis effusione processerit siue econtra dicta prima percussio facta fuerit sine sanguinis effusione, & repercussio prædicta cum

sanguinis effusione fuerit subsecuta. Cæterum si primus percussor recusauerit dictam repercussionem recipere ut prędicitur, eo casu quilibet prædictorum rectorū de dicto maleficio cognoscens eundem de dicta percussione siquidē ipse percussor fuerit popularis & pro populari habitus secundum formam statutorum dicti cōmunis in libris ducentis cortonen̄. puniat. Et si magnas & potens idest pro magnate & potente habitus secundum formam statutorū prædictorū in libris quadringētis cortonen̄. omnino condemnet. Nec etiam eo casu cogatur primus percussus ad faciendā pacem cū tali suo percussore. Quinimmo in tali casu beneficium pacis seu etiam confessionis tali percussori quo ad dictæ pene diminutionem eidem nō proficiat quoquomodo. Sed eis non obstantibus in dicta pena ducentarū uel quadringentarū librarū iuxta distinctionem præmissam idem malefactor penitus condemnetur.

¶ De beneficio confessionis. Rub. 38.

ITem statuimus, q̄ quilibet contra quem per aliquem rectorem uel officialem cōmunis tuderti quoquomodo procederetur de aliquo maleficio vel eius occasione si ante incursionem eius contumacie, coram tali rectore uel officiali comparuerit & in ipsa sua prima comparitione & responsione sponte maleficium ipsum in iudicio confessus fuerit diminuat ei quarta pars eius pene quæ de ipso maleficio per formam statutorum dicti cōmunis sibi alias imponenda veniret. Verum si in ipsa prima comparitione & responsione nō fuerit ipsum maleficium in iudicio sponte confessus quandocūq̧ postea in ipsius causæ processu illud voluerit confiteri eo casu per talem confessionem, a pena talis maleficii nulla tenus releuetur sed nihilominus insolida & integra ipsa pena penitus condemnetur.

¶ De pena plurium maleficiorum simul cōmissorum pe eundem & q̄ in eadem p̄sona non excedat penā pecuniariam, & q̄ pena amputationis plurium digitorum non excedat penam amputationis manus vel pedis. Rubrica. 39.

ITem statuimus q̄ si in vnam uel eandem personam plures percussiones siue iniuriæ illatæ fuerint eodem tempore antequā ad actus extraneos diuertant pene omnium dictarū percussionum siue iniuriarum simul cumulatæ nō possint excedere penam pecuniariā homicidii, Si vero plures digiti suę manus uel sui pedes fuerint amputati siue debilitati eodem tempore antequā ad actus extraneos diuertatur pena ipsorum omnium digitorū simul cumulata non possit excedere in vna & eadem persona penam amputatiōis siue debilitationis totalis manus uel pedis.

¶ De pena offendentis aliquem in exercitu uel caualcata. Rub. 40.

ITem statuimus, q̄ si aliquis in exercitu uel caualcata generali offenderit aliquem puniat in duplo illius pene pecuniariæ quæ alias de dicto maleficio per formam alicuius capituli statutorum dicti cōmunis sibi imponenda veniret.

¶ De pena p̄iicientis lapidē in domū alterius & portātis archū vel balistā. Rub. 41.

ITem statuimus q̄ nullus proiiciat aliquem lapidem in domo alterius. contrafaciēs vero si de die in. xl. sol. si de nocte in centū sol. Corren̄. puniat. Quod locū habeat si talis malefactor de tali p̄iectione accusatus fuerit a Dn̄o talis domus siue ab eo q̄ ipsam habitaret. Aliter vero de hm̄oi proiectiōe c̄tra talē proiectorē minime p̄cedat. Itē q̄ nullus portet archum vel balistam sagittando per Ciuitatē tuderti ad penam. xl. sol. cortonen̄. Declarātes penas prędictas pro huiusmodi proiectionibus & sagittationibus imponendas & alia quę in præsenti capitulo dicta sunt locum habere eo casu quo fierent prædicta non irato animo siue

causa

causa offendendi. Alioquin alie pene grauiores in suis casibus secundum formam statutorum dicti communi de huiusmodi materia loquentium vendicent sibi locum.

De preliis Puerorũ & penis ipsorum lapidem proiicientium. Rubrica .xlii.

ITem Statuimus q nullus ætatis quatuordecim annorum vel ab inde infra faciat aliquod prelium. Et q Potestas teneat tpe quo tale pliũ fieret inter ipsos pueros mictere vnum ex suis Notariis & berruarios suos ad impediendũ ne tale prelium fiat. Et si quis puer proiecerit aliquem lapidem in domũ, vineam, vel ortum puniatur per Potestatem vel Capitaneum Ciuitatis predictæ, si de die in viginti sol. si de nocte in .xl. sol. corthonetii.

Qualiter quis possit se & alium defendere, & q cuilibet liceat capere homicidam & inferentem aliquod vulnus sanguinolentũ ac etiam se vlcisci in cõtinenti & de pena non succurrentis clamanti. Rubrica .xliii.

CVilibet liceat tã se quã ẽt alium contra offendentẽ vel offendere volentẽ defendere ipsiq resistere ne offendat, & si ea occasione talẽ offendẽtẽ vel offendere volentẽ offenderit nullam penam patiatur. Dum tamen talis defensio & resistentia & quæ dicta occasione fierẽt fiant cũ moderamine inculpate tutelæ. Et possit quilibet in ciuitate & comitatu Tuderti capere sine pena & in fortiam communis Tuderti ducere quemlibet qui cõmiserit aliquod homicidium vel alicui intulisset aliquã pcussionẽ cũ sanguinis offusione in dicta ciuitate vel eius comitatu. Et si dicta occasione talis capiens aliquã pcussionẽ inferret cõtra dictũ homicidã vel malefactorem nullã penã patiatur Dũmõ ex tali pcussione neq Mors neq sanguinis effusio subsequatur. Et q quolibet possit sine pena tpe quo iret ad capiendũ talẽ malefactorẽ portare arma non diuertendo ad alium locũ. Itẽ q qlibet offensus possit impune se in ipso instanti non diuertendo ad alios extraneos actus vlcisci siue vendicare non excedendo modum uindicte quæ si excesserit puniatur de eo tantum in quo ipsum excesserit prout qualitas atq quãtitas talis sui excessus exegerit. Quilibet etiam teneatur quam celerius potest succurrere ad clamantem seu postulantẽ succursum, & ipsum pro posse iuuare ne offendatur. Contrafaciens uero nisi iusta de causa tunc fuerit impeditus in decem libris corthonensium qualibet uice puniatur.

De pena offendentiũ Potestatẽ vel Capitaneũ seu alios officiales forẽses. Rub. xliiii.

ITem Statuimus q nulla psona offendat uel offendi faciat Potestatẽ capitaneũ, defensorẽ seu aliquẽ aliũ officialẽ forensem cõmunis Tuderti seu aliquẽ familiarẽ alicuius eorum dũ starent in ciuitate uel comitatu Tuderti occasione eorum officii uel ad sindicatũ uel in ueniendo siue in recedendo. Contrafaciens uero puniatur in infrascripta pena uidelicet ille qui offenderit uel offendi fecerit aliquẽ de prædictis principalibus rectoribus uel officialibus siue aliquẽ eorum Iudices militem, sotiũ siue Notariũ puniatur in quadruplo eius penę quæ cõmuniter imponeretur tali malefactori si ipsam offensam intulisset in personam alicuius de ciuitate uel comitatu Tuderti. ille uero qui offenderit uel offendi fecerit aliquẽ de domicellis siue berruariis uel aliis famulis alicuius ipsorum rectorem siue officialium puniatur in duplo eius penæ qua talis malefactor per formam statutorum dicti cõmunis de ipso maleficio puniretur si offendisset aliquem de ciuitate uel cõitatu Tuderti. Qui aũt balistrauerit uel saggittauerit siue balistrari uel saggittari fecerit aliquẽ quatrellũ, uel stralẽ aut aliquẽ lapidẽ piecerit cõtra aliquẽ de prædictis rectoribus uel officialibus siue famulis ad palatiũ siue domũ habitatiõis ipsorum uel alterius eorum in ducentis

libris cort. puniatur. Et si dictam condemnationem infra decem dies ,a, die ipsius late siue facte condemnationis in antea numerandos nõ soluerit cum effectu ei manus ,a, brachio amputet. Et in huiusmodi casibus de dictis offensionibus & qualibet eaꝝ siquidem illate seu illata fuerint seu fuerit cõtra dictũ Potestatem vel aliquẽ de ipsius officialibus seu familiaribus cognoscat dictus Capitaneus. Et versa vice potestas predictus cognoscat de dictis offensionibus & qualibet earũ contra ipsum Capitaneũ vel aliquẽ de suis officialibus siue familiaribus illatis vel illata. Et si cõtigerit tũc non esse in Ciuitate Tuderti Potestatem & Capitaneum cognoscat de predictis ille quem Domini priores populi Tudertini duxerint ordinandum.

¶ De pena offendentium Aduocatum vel procuratorẽ vel scriptorẽ vel arrẽgatorẽ vel aliquẽ ciuem Tudertinum officialem cõmunis Tuderti citra mortẽ. Rubrica .xlv.

ITem Statuimus ꝙ quicunqꝫ offenderit seu offendi fecerit citra mortem dicto vel facto aliquem Aduocatũ vel Procuratorẽ occasione alicuius aduocationis vel ꝓcurationis quam fecerit ad petitionem alicuius contra aliquẽ puniat̃ in duplo eius penæ quæ secũdũ formã alicuius capituli statutoꝝ dicti cõmunis imponeretur de hmõi maleficio si cõmicteret̃ in alium tudertinũ. Et in eadẽ pena puniatur ẽt ille q offenderit vel offendi fecerit aliquẽ statutariũ, scriptorem vel dictatorẽ ipsoꝝ statutoꝝ aut arrengatorẽ uel aliquẽ officialẽ dicti cõmunis ciuẽ tudertinũ causa siue occasione ipsius officii. Et de predictis offensionibus factis, dictis occasionibus uel aliqua earum stetur & credatur iuramento talis offensi cum sex testibus deponentibus de publica fama.

¶ De pena homicidii commissi per magnatem in popularẽ & per popularem in magnatem. Rubrica .xlvi.

ITem Statuimus ꝙ quicũqꝫ magnas & potens de ciuitate vel comitatu Tuderti idest qui secundum formã statutorum dicti cõmunis tuderti sit habitus pro magnate & potẽte occiderit uel occidi fecerit aliquẽ ciuẽ uel comitatensem tuderti habitũ pro populari secũdũ formam statutoꝝ dicti cõmunis, uel, e contra aliqs ciuis uel comitatensis tuderti habitus pro populari secundũ formã statutoꝝ predictoꝝ aliquẽ de predictis ciuibus uel comitatẽsibus habitis pro magnatibus & potentibus secundũ formã dictoꝝ statutoꝝ occiderit uel occidi fecerit siquidem talis Malefactor capi poterit amputet̃ ei caput ,a, spatulis ita ꝙ penitus moriatur. Si uero capi non poterit in amputatione capitis & bonoꝝ suoꝝ omniũ destructione amissione & publicatione condemnetur, Et nihilominus ipso iure omnia ipsa bona ex tẽpore dictæ sententiæ promulgate in hoc casu uigore & fictione presentis capituli publicata & acquisita esse & fuisse intelligãtur ipsi communi tuderti. Saluis semper aliis capitulis statutorum dicti communis per que de huiusmodi homicidiis in certis specialibus casibus impunitas est permissa seu de quibus specialiter & expressim pena duntaxat pecuniaria imponenda ueniret que in suis casibus uendicet sibi locum presenti capitulo non obstante.

¶ De pena magnatis occidentis magnatem & popularis popularem. Rubrica .xlvii.

ITem statuimus ꝙ si aliqs de ciuitate vel comitatu Tuderti magnas & potẽs .i. ꝓ magnate & potẽte habitus ꝑ formã statutoꝝ cõmunis Tuderti occiderit uel occidi fecerit aliquem magnatẽ & potẽte de dicta Ciuitate uel comitatu idest ꝓ magnate & potẽte habitũ secũdum formã statutorũ ꝑdictoꝝ in mille libris cort. puniatur dũmodo in prima sua cõparitione

143

& responsione maleficiũ ipsum fuerit in Iudicio sponte confessus. Et ꝙ nihilominus talis homicida nõ obstante ꝙ dictam cõdẽpnationẽ soluerit stare & morari debeat ꝑ quinq; annos ꝯtinuos extra ciuitatẽ & comitatũ tuderti, & de ipsa ciuitate & comitatu discedere statim post duos dies a die solutionis predictæ ipsa die dictæ solutionis in dicto termino dictoꝝ duoꝝ dieꝝ nõ cõputata. Et si contigerit ꝙ infra dictũ Quinquenniũ dictus homicida uenerit ad dictam ciuitatem vel comitatũ eiusdẽ eo casu dictũ quinquenniũ ex die dicti sui aduentus & talis eius inobedientiæ de nouo & ex integro reinchoetur, ac ẽt pro qualibet vice dicti sui aduentus dicteq; suę inobedientiæ penam centũ libraꝝ deñ. cort. ipso facto incurrat. Quæ omnia in dicta sententia & condẽnatione specialiter & expressim debeant contineri. Ceteꝝ si dictus homicida in prima sua comparitione & respõsione ipm maleficiũ nõ fuerit in Iudicio spõte ꝯfessus, eo casu talis homicida cõdẽnet̃ & cõdẽnari dẽat in libris mille & ducẽtis deñ. cort. Quam penã si dictus homicida in quolibet dictoꝝ casuũ cũ effectu nõ soluerit infra triginta dies ex die ipsius late sententiæ in antea numerandos ipsa die dicte late sententiæ in dicto termino minime cõputata eidem caput a spatulis amputet̃ ita ꝙ penitus moriat̃. Et si in forciã dicti cõmunis talis homicida ante ipsam cõdẽnationẽ nõ veniret sed cõtumax fuerit eo casu in mille & ducẽtis libris similiter condemnet̃. Et ꝙ si eas cũ effectu nõ soluerit infra triginta dies a die qua in fortiã dicti cõmunis peruenerit in antea numerandos eidẽ caput a spatulis ãputet̃ ita ꝙ penitus moriatur. Et nihilominus in hoc casu ꝑ eandẽ sententiã omnia eius bona publicent̃ & applicẽtur dicto cõmuni. Q᷑ ꝙ ipsa omnia bona in hoc casu lata dicta sententia destruantur & deuastẽtur, & deinde postea ꝑ cõmuni ꝑdicto tã destructa quã ẽt nõ destructa actualiter apprehendantur & capiantur. Quæ quidem bona nihilominus vigore & fictione ꝑsentis capituli in casu proxime precedẽti ex die talis sententiæ promulgate sint & esse intelligantur ipso iure dicto cõmuni effectualiter acquisita, & pro sic acquisitis in dicto casu censeantur & habeantur post dictam condẽnationẽ. Et eadẽ per omnia obseruentur & locũ hẽant si aliqs de ciuitate vel comitatu Tuderti pro populari habitus secundum formã statutoꝝ dicti cõmunis occiderit vel occidi fecerit aliquẽ de ciuitate vel comitatu predictis habitũ pro populari secundũ formã statutoꝝ predictoꝝ. Saluis semꝑ in quolibet ꝑdictoꝝ casuũ aliis capitulis statutoꝝ dicti cõmunis per que in suis specialibus casibus aliter reperiretur dispositũ & ꝓuisum que in suis casibus locũ habeant presenti capitulo non obstante.

¶ De pena homicidii commissi per quemcunq; in ueneri die veneris sancti. Rubrica .xlviii.

CVm uenerabilis dies ueneris sancti in quo pro salute humani generis dominus Noster Iesus Christus extitit crucifixus in maxima reuerentia & deuotione haberi debeat ab omnibus christianis, Statuimus ꝙ siquis de ciuitate uel comitatu tuderti in dicto die occiderit uel occidi fecerit aliquem de dictis ciuitate & comitatu ultimo supplicio condẽnetur ita ꝙ siue ante ipsam sententiam siue quandocunq; postea in forciam cõmunis tuderti peruenerit eidẽ caput, a, spatulis amputetur ita ꝙ pennitus moriatur. Necnon omnia eius bona siue talis homicida in forciam dicti comunis peruenerit ante condemnationem predictã uel nõ per eandem sententiam cõmuni predicto publicentur & applicentur ac etiam destruantur & sic destructa & nõ destructa deueniant in dictum cõmune. Et nihilominus ipso iure ex tempore dicte sentẽtiæ promulgate auctoritate & fictione presentis capituli ipsa bona dicto cõmuni publicata & acquisita fuisse intelligãtur, & pro sic acquisitis habeantur & reputentur post condemnationem predictã.

¶ De pena homicidii commissi in infrascriptis locis. Rubrica. xlviiii.

ITem Statuimus q Quicunq; de ciuitate uel comitatu tuderti occiderit uel occidi fecerit aliquẽ de ciuitate uel comitatu predictis in aliquo de Palatiis cõmunis Tuderti siue in Platea dicti cõmunis siue in domibus in quibus Domini Priores populi presentes uel futuri p eorũ officio exercẽdo morã traherent, siue in aliqua ecclesia ciuitatis uel comitatus Tuderti, aut in Aliqua domo ipsius occisi siue sua habitatione uel in alia quacunq; possessione propria uel cõducta ipsius occisi posita in ciuitate uel comitatu Tuderti, seu in foro uel in Nundinis que fierent in dictis ciuitate uel comitatu si capi poterit eidẽ Malefactori caput, a, Spatulis amputetur ita q penitus moriatur. Et si capi non poterit sed contumax fuerit in amputatione sui capitis debeat condemnari ac etiam in amissione, publicatione & destructione omniũ suorum bonorũ, quæ quidẽ bona lata dicta sententia in hoc casu destruãtur & deguastentur & sic destructa uel non destructa deueniant actualiter in dictum cõmune, & nihilominus in hoc casu dicta bona ex tempore dictæ late sententiæ ipso iure & fictione presentis capituli dicto cõmuni intelligãtur esse & fuisse effectualiter acquisita & pro sic acquisitis habeantur & censeantur post condemnationẽ predictam, Ita tamen q hæc locum non habeant si talis Malefactor cõmunionem habeat cum tali occiso in domo uel in re alia in qua eum occiderit uel occidi fecerit, sed si in ea habitabant simul siue artem uel Mercaturam exercebãt seu si eam simul conduxerant, Sed in hiis casibus & quolibet eorum alie pene statuarie dicti cõmunis uendicent sibi locum presenti capitulo non obstãte.

¶ De pena occidentis uel occidi facientis aliquẽ occasione Arrengie uel officii cõmunis aduocationis el procurationis. Rub. L.

ITẽ Statuimus q si aliquis de ciuitate uel comitatu Tuderti occiderit uel occidi fecerit aliquem de dicta ciuitate uel eius comitatu causa uel occasione alicuius arrengie facte per talem occisum in aliquo cõsilio publico uel priuato dicti cõmunis, siue causa uel occasione alicuius officii dicti cõmunis administrati per ipsum occisum ubicunq;, quoquomodocũq;, & quãdocunq;, seu ratione uel occasione alicuius aduocationis uel procurationis factæ uel prestite per talem occisum contra talem occisorem uel occidi facientem si capi poterit & haberi, tali malefactori caput, a, spatulis debeat amputari ita q penitus moriatur. Et si capi non poterit in amputatione sui capitis debeat condemnari, ac etiam in amissione, publicatione & destructione omniũ suorũ bonorum. Quæ bona lata tali sententia in hoc casu destruantur & deuastentur, & deinde sic destructa ac non destructa per dictũ commune actualiter apprehẽdãtur & capiantur & nihilominus auctoritate & fictione presentis capituli ipsa bona ex tempore promulgationis talis sentẽtiæ in hoc casu dicto cõmuni ipso iure acquisita esse & fuisse intelligãtur & sint, & pro sic acquisitis habeantur & censeantur post condemnationem predictam.

¶ De pena occidentis aliquem in re ipsius occisoris. Rub. li.

ITẽ Statuimus q si aliqs de ciuitate uel comitatu Tuderti occiderit aliquẽ uel occidi fecerit in domo habitatiõis sui occisoris uel occidi faciẽtis uel in apotechã in qua artẽ exerceat uel mercetur ipse occisor uel occidi faciens si de die in quatricẽtis libris cort. si uero de Nocte in tricẽtis libris cort. puniatur. Et in dicto casu associãs & auxiliãs ipsum occisorẽ uel occidi faciẽtẽ in dimidia dictaꝝ penarũ debeat cõdẽnari. Et si talis Malefactor talẽ penã nõ soluerit nõ propterea occidatur, sed tã diu in carceribus dicti cõmunis detineatur donec eã soluerit cũ effectu. Saluo semper capitulo posito sub Rubrica de pena intrãtis domũ alterius a cui per presens capitulum nolumus in aliquo derogari. Ita tñ q quæ dicta sunt locum non hẽant si talis occisus in eadẽ domo una cũ tali eũ occidẽte siue occidi mãdãte tũc tporis habitabat seu si in eadẽ apotecha una cũ eo artẽ vl mercaturã exercebat quo casu alie pẽe statuarie dci cõmunis vẽdicẽt sibi locũ,

145

¶ De pena occidentis aliquem absq; dolo & lata culpa. Rubrica .lii.

ITem Statuimus q; si aliquis de ciuitate vel comitatu Tuderti occiderit aliquē de dicta ciuitate vel eius comitatu absq; animo & proposito occidēdi, & nō procedēte aliqua eius fraude vel lata culpa, eo casu talis occisor in tricentis libris cort. seu in minori pena arbitrio iudicātis cōsideratis qualitate talis facti & conditionibus psonaꝝ tā ipsius occisoris quā ipsius occisi & aliis circunstantiis opportunis. Ita tñ q; ipsa pena non possit minui a centū libris infra. Quam penam si talis occisor nō soluerit nō ppterea occidat', sed tā diu in carceribus cōmunis Tuderti retineatur reclusus donec ipsam penam dicto communi soluerit cum effectu.

¶ De pena occidentis vel offendentis aliquem ad domum propriam sue habitationis siue ad Apotecham ipsius occisi vel offensi. Rubrica .liii.

ITem Statuimus q; si aliquis magnas & potēs de ciuitate vel comitatu Tuderti habitus pro magnate & potēte secū dū formā statutoꝝ cōmunis Tuderti occiderit vel occidi fecerit Aliquem de dicta ciuitate vel comitatu eiusdē ex forma statutoꝝ dicti cōmunis habitū p magnate & potente vel alias qualitercūq; offenderit seu offendi fecerit ad domū ppriā sue habitationis talis occisi vel aliter offensi seu ad apothecā in qua artē exerceat vel mercet' talis occisus vl' alias offensus siquidem ante latam sententiā in fortiam dicti cōmunis peruenerit puniat' in duplo eius penæ quæ alias cōmuniter de tali maleficio p formā statutoꝝ dicti cōmunis sibi imponēda veniret. Et si talis occisor vel occidi faciēs penā pdictaā nō soluerit cū effectu infra triginta dies a die ipsius late sententiæ numerandos ipsa die dictæ late sententiæ in dicto termino minime cōputata amputet' ei caput a spatulis ita q; penitus moriat'. Et si in dicti cōmunis fortiā nō peruenerit ante dictam sententiam, sed contumax fuerit eo casu similiter in penam dicti dupli debeat condempnari cū adiectione infrascripta v3. q; si unquam peruenerit in fortiam dicti cōmunis & dictam penam non soluerit infra triginta dies a die in qua in fortiam dicti cōmunis peruenerit in antea numerandos sibi caput a spatulis dēat amputari ita q; penitus moriat', ac ēt in amissione, publicatione & destructione omnium suoꝝ bonorū. Quequidē bona nihilominus ex die dictæ late sententię in hoc casu vigore & fictione pñtis capituli dicto cōmuni acqsita esse & fuisse intelligātur & sint, & ea pro sic acquisitis haberi & reputari censemus post condēnationē pdictam. Et q; dicta bona in hoc casu postquam dicta sententia condēnatoria lata fuerit destruātur & deuastentur & deinde tam destructa quam nō destructa pro dicto cōmuni capiantur & apprehendantur. Ita tñ q; predicta locū nō habeant si talis occisor uel occidi faciens siue offendens uel offendi faciēs & pdictus occisus uel offensus in tali domo simul cōmunione habeant uel in ea simul habitabant aut simul in predicta apotecha suam artem uel mercaturam exercebant. Quibus casibus & quolibet eoꝝ alia pena statutaria uendicet sibi locū. Declarantes q; predicta & quodlibet predictoꝝ facta esse seu factū fuerit prope ipsam domū vel apotecham esse intelligantur siue intelligatur ad domū uel apotecham predictas, si facta fuerint seu factū fuerit ppe ipsam domum uel apotecham saltē p mediam pticham ad mensuram ptice cōmunis Tuderti siue ppinquius Que omnia ēt pro populari dicte ciuitatis uel comitatus Tuderti & pro populari habito secundum formam statutoꝝ tuderti occidente siue occidi faciente uel aliter offendente uel offendi faciente alteꝝ popularē dicte ciuitatis uel comitatus eiusdem & pro populari habitū secundū formam statutorum dicti communis uolumus obseruari.

¶ Quod statuta loquentia contra occisorem locum habeant contra facientem occidi. Rubrica .liiii.

ITem statuimus ꝙ oia & singula capitula huius statuti ędita contra homicidā & contēta in eis locū habeant etiam cōtra illū cuius mandato siue ad cuius instantiā uel peticionē ipsum homicidium fuerit perpetratum, saluis semper omnibus aliis capitulis in suis casibus quibus per presens capitulū in nihilo uolumus derogari.

De pena facientis Aliquem per Assassinū offendi & assassini offendentis & receptantis eundem. Rub. lv.

ITem Statuimus ꝙ Nullus aliquem in ciuitate uel comitatu Tuderti offendi faciat per aliquem assassinum in persona uel rebus, contrafaciens in quadruplo eius penæ quæ alias imponeretur pro tali delicto ex forma statutorū cōmunis Tuderti puniatur. Talis uero assassinus si occiderit uel vulnus sanguinolētum intulerit furcis suspendatur per gulam ita ꝙ penitus moriatur, Si autem alias offensiones reales uel personales fecerit puniatur Talis assassinus in quatruplo penæ quæ alias per formā statutorū dicti cōmunis imponeretur. Et nihilominus ꝑpetuo sit infamis, & intelligatur & censeatur assassinus quicunq; pro aliquo pecuniario premio aliquod maleficiū ad alterius peticionem cōmiserit. Et si dictā penam talis assassinus non soluerit infra decem dies, a, die ipsius late sententiæ & non sciētiæ in antea numerandos ipsa die ipsius late sentētię in dicto termino minime cōputata eidē manus dextra amputetur ita ꝙ ab eius brachio totaliter separetur. Nullus quoq; audeat aliquē de dicto assassinatu crimine disfamatū uel suspectum modo aliquo receptare, Cōtrafaciens uero condēnetur ultra penam in qua de tali maleficio alias imponenda ueniret ēt in ea pena in qua deberet puniri talis forensis seu in qua talis exbannitus condēnatus erat dicto cōmuni Tuderti. Nihilomininus talis associans puniatur de tali sua associatione secundū formā statutorum dicti cōmunis, & qui contrafecerit uice qualibet in centū libris cort. puniatur pro quolibet sic disfamato uel suspecto receptato per eum.

De pena ducētis forensem uel exbānitū uel condēnatū cōmunis Tuderti pro maleficio ad aliquod maleficiū cōmictēdū. Rub. lvi.

ITem Statuimus ꝙ Nullus secum ducat aliquem forensem uel exbannitū & condēnatū cōmunis tuderti pro maleficio ad aliquod maleficiū cōmictendū. Contrafaciens uero cōdemnetur ultra penam in qua de tali maleficio alias imponēda ueniret etiam in ea pena in qua deberet puniri talis forensis seu in qua dictus exbannitus condemnatus erat cōmuni tuderti. Et nihilominus talis assotians puniatur de tali sua associatione secundū formam statutorum cōmunis tuderti quod de tali maleficio loqueretur.

De pena Tudertini occidentis uel offendentis aliquem tudertinum extra districtum tuderti. Rubrica. lvii.

ITem Statuimus ꝙ si aliquis de ciuitate uel comitatu tuderti occiderit uel alio modo offenderit uel occidit aut offendi fecerit aliquem ciuē uel comitatiuū tudertinū extra districtū & territorium tudertinum puniatur ac si eum occidisset uel offendisset aut occidi uel offendi fecisset in dicta ciuitate uel comitatu tuderti non obstante ꝙ de tali maleficio fuerit condemnatus in terra uel loco in quo uel qua seu in eius territorio vel districtu tale maleficiū cōmisisset siue comitti fecisset.

De pena ciuis occidentis forensem. Rub. lviii

ISem statuimus ad hoc ut culpabiles de aliquo predictorum maleficiorum diu latere nō possint, q̄ quecunq̄ persona primo manifestauerit potestati siue capitaneo ciuitatis tuderti siue dominis prioribus populi tudertini aliquē culpabilem de aliquo predictorum maleficiorum si ipsa p̄sona particeps fuerit talis criminis ex nunc omnis pena quam dicta de causa incurrisset seu incurrere posset remictetur eidem nec de tali crimine cognosci seu procedi de cetero ualeat contra eum si autem eiusdem particeps non fuerit habere debeat pro suo premio de pecunia dicti cōmunis tricentas libras cort. quas camerarius cameræ dicti cōmunis eidem de pecunia dicti cōmunis soluere teneatur, & nihilominus eius nomen perpetuo teneatur secretum.

Quod puniatur suppositus pro nō supposito cōspirante. Rub. lxxxviiii.

ITem Statuimus q̄ si contigerit alioquē [redacted] curiæ seculari cōmunis tuderti in ciuilibus & criminalibus cōmictere aliquod maleficiū de contentis in suprascriptis capitulis proxime p̄cedentibus uel aliquo eorundē puniatur eius filius suppositus curiæ seculari dicti cōmunis pro tali suo patre nō supposito taliter delinquente, & pater suppositus pro tali eius filio non supposito taliter delinquente, ac etiam frater carnalis suppositus pro tali eius fratre carnali non supposito taliter delinquente, & si ipsi pater & frater suppositi ut dictū est curiæ dicti cōmunis fuerint cōscii uel participes de cōmissis per talem eius patrem, filium siue fratrē carnalem nō

suppositũ ut supra dictũ est dictæ curiæ seculari cõmunis tuderti taliter ut pmictitur delinquẽte

Quod omnia statuta loq̃ntia cõtra cõspirãtes bãdiant̃ & iurent̃. Rub. lxxxx.

Item statuimus q̃ potestas & capitaneus & eorũ iudices maleficiorũ in primo cõsilio quod fieret tẽpore eorũ regiminis iurare teneantur observare effectualiter & ad plenũ omni & singula suprascripta capitula statutorũ loquentia de pena elevantiũ rumorem vel tumultũ & coniuratiorẽ facientiũ & alia huiusmodi in eisdem capitulis cõtenta. Et etiã teneantur ipsi domini potestas & capitaneus predicta omnia capitula & contenta in eis publice bãniri facere per ciuitatẽ tuderti in locis solitis & consuetis palã semel infra mensem primũ eorũ regiminis.

De pena gerentis se pro capitaneo alicuius partis tenentis, sigillũ & se addunãtis vel scribẽtis ad eius petitionẽ. Rub. .lxxxxi.

Item statuimus q̃ nulla persona cuiuscunq; status vel cõditionis existat in ciuitate vel comitatu tuderti se gerat pro capitaneo alicuius partis gelfe vel gebelline ad penã quingentarum librarũ cort. pro qualibet vice, Nullus etiã ad petitionẽ talis capitanei se addunet in loco aliquo ad penã vigintiquinq; librarũ cort. pro quolibet & qualibet vice. Et q̃ de p̃dictis potestas & capitaneus ciuitatis tuderti & quilibet ipsorũ teneantur & debeant inquirere ad petitionem cuislibet & reptos culpabiles punire vt dictũ est. Nullus etiã scribat aliquas literas pro parte talis capitanei ad penã vigintiquinq; librarũ cort. pro quolibet & qualibet vice. Itẽ nullus audeat vel p̃sumat tenere apud se aliquod sigillũ alicuius partis ghelfe & gebelline, contrafaciens vero in quingentis libris cort vice qualibet puniatur. Et q̃ nullus artifex audeat vel presumat facere aliquod sigillũ alicuius partis ghelfe vel gebelline. Contrafaciens vero in libris centũ cort. puniatur vice qualibet, & predicta banniãtur primo mense regiminis dictorũ dñorũ potestatis & capitanei per dictã ciuitatẽ tuderti in locis solitis per publicũ preconem dicti cõmunis

De pena facientis aliquem rumorem. Rubrica. .lxxxxii.

Item statuimus q̃ Nullus rumorẽ faciat in ciuitate tuderti vociferando siue gridando ad arma ad arma seu moriantur vel uiuãt ghelfi uel gebellini nec aliquã suspitionẽ, tumultũ uel seditionẽ inducat in dicta ciuitate uel eius comitatu. Qui uero cõtrafecerit in aliquo p̃dictorũ, a, decẽ libris usq; in centũ libras cort. uice qualibet puniatur arbitrio potestatis seu capitanei ciuitatis p̃dictæ de tali maleficio cognoscentis cõsideratis facti qualitate & cõditione persone talis malefactoris & aliis cicũstãtiis opportunis. Si uero ex tali rumore, clamore, suspitione, tumultu uel seditione status pacificus ciuitatis siue eius comitatus turbaretur seu ledaretur seu uerisimiliter turbari uel ledi possit, eo casu talis malefactor puniatur per dictũ potestatẽ seu capitaneũ de ipso maleficio cognosentẽ tã realiter quã ẽt personaliter secundũ formã statutorũ de hac materia loquẽtiũ & ubi ipsum statũ de huiusmodi maleficio specialiter nõ disponeret, possit & debeat puniri arbitrio ipsius potestatis seu capitanei de tali maleficio cognoscẽtis tam realiter & p̃sonaliter quam etiam p̃sonaliter tm̃ uel etiam realiter tantum cõsideratis qualitate talis facti & cõditione p̃sone talis malefactoris & aliis circunstantiis opportunis. Itẽ quod nullus possit uel debeat dicere uel exclamare q̃ uiuat uel moriatur aliq̃a specialis p̃sona uel uniuersitas ad penam centum librarũ cort. pro quolibet & uice qualibet, & si potestas uel capitaneus in predictis fuerit negligẽs per sindicum qui eum sindicare habebit in mille libris cort. cõdemnetur tẽpore sui sindicatus, quas camerarius dicti cõmunis debeat de suo salario retinere, & dicti potestas & capitaneus & quilibet eorũ teneantur & debeant de omnibus & singulis supradictis cognoscere & procedere per accusationẽ denũciationẽ & inq̃sitionẽ & omni mõ, uia & iure q̃bus eis melius uidebitur cõuenire. Et si in p̃dictis potestas & capitaneus fuerint negligẽtes defensor cõmunis tuderti qui pro tẽpo-

re fuerit de omnibus & singulis supradictis possit, teneatur & debeat per accusationē, denunciationē, vel inquisitionē procedere, & reptos culpabiles condēnare secundū formā predictā, & nihilominus defensor ipse denūciare debeat camerario cameræ cōmunis tuderti q de salario dicti potestatis vel capitanei taliter negligētis retineat eas penas quas incurrisset occasione predicta.

De pena rebellantis fortilitias. Rub. .lxxxxiii.

Item ne obstaculū aut impedimētū generali & libero regimini cōmunis tuderti obiiciatur seu obici possit, statuimus q quilibet de ciuitate vel comitatu tuderti habens turrim, palatiū castrum vel ecclesiā seu cassarū vel quācunq aliā fortilitiā teneat & debeat statim postquā de hoc fuerit reqsitius, a, dominis potestate, capitaneo vel defensore ciuitatis tuderti illā vel illud eis tradere & de ipso vel ipsa expellere omnes qui ipsam vel ipsum tunc tenerent ad penā aueris et personæ arbitrio predictorū potestatis, & capitanei siue defensoris nō obstante aliquo capitulo statutorū dicti cōmunis in cōtrariū loquente. Itē q nulla fortilitia alicuius personæ specialis custodiatur expensis cōmunis tuderti uel in ea alique expense fiant per ipsum cōmune, nisi deliberaretur per consiliū generale dicti cōmunis in quo intersint adminus ducēti cōsiliarii dicti cōsilii, & si potestas uel capitaneus in predictis fuerit negligens condēnetur in ducentis libris cort. tēpore sui sindicatus per sindicum eiusdem.

De pena euntis ad aliquem locum ad stipendium cōtra infrarcriptam formam. Rub. .lxxxxiiii.

Item statuimus q nullus de ciuitate uel comitatu tuderti audeat uel presumat ire ad aliquā, ciuitatē, castrū uel locū ad aliquod stipendiū alicuius cōmunis, ciuitatis, castri, loci seu specialis personæ, a, quatraginta miliaribus citra uersus ipsam ciuitatē tuderti cū salario seu mercede uel sine sub pena cuilibet cōtrafacientis ducētarū librarū cort. si iuerit æques, & centū librarū cort. si iuerit pedes, & nihilominus quicūq cōtra dictā formā iuisset teneatur & debeat se ab ipso stipendio separare & inde discedere infra quinq dies proxime secutoros, a, die bannimēti de hoc mictendi ipsa die bannimēti in dicto termino minime cōputata, ac etiā prius prout placuerit dominis prioribus populi tuderti, alioquin ultra aliam dictā penā si æques ibi fuerit puniatur in libris cētū & si pedes in libris quinquaginta cort. & q super predictis contra huiusmodi personas cōtrafaciētes sufficiat probatio publice famæ cū aliquibus inditiis & probabilibus argumentis, & q dicti potestas & capitaneus & quilibet eorū teneantur contrafaciētes in predictis penis cōdemnare & ipsas penas ab eis exigere infra quindecim dies, a, die late sententiæ in antea numerādos sub penis predictis, & predicta ipsi potestas, & capitaneus teneantur & debeant banniri facere per publicos pcones cōmunis tuderti ad duas tubas p ipsam ciuitatē in locis solitis quādocūque dictis dominis prioribus uidebitur & placebit. Ad pdictorū aūt obseruationē obilgari noluimus aliquē qui iuisset æques uel pedes ad aliquā uel aliquē de dictis terris uel locis ad stipendiū siue seruitiū alicuius Rectoris uel officialis eiusdē terræ uel loci, cuiquidē cū licētia dominorum priorū pdictorū impune liceat ad talē terrā uel locum in dicto casu accedere ibiq esse donec ipsum regimen & officiū fuerit terminatū, Illis etiā exceptis ab obseruatione pdictorū qui essent exbanniti & cōdemnati uel cōdēnati tm̄ cōmunis tuderti pro aliquo maleficio, a, centū libris supra nō cōputato in dicta summa quarto q incurrisset pp ipsam cōdemnationem nō solutā donec videlicet camerario cameræ dicti cōmuis integraliter tales cōdemnationes solute nō fuerint, & q dicti potestas & capitaneus & quilibet eorū teneantur & debeant saltim bis quolibet mēse sui regiminis de pdictis generalē inqsitionē facere tā publice quā secrete & de ipsis ppósse ueritatē inuenir omni mō & uia qbus magis & melius eisdē uisū fuerit expedir, & subseqnter reptos culpabiles pdictis pēis punire sub pena librarū cētū cort. p quolibet eorū ꝯtrafaciētes & qlibet uice.

¶ De pena acceptantis aliquod regimen uel officium absq; licentia dominorũ prioꝝ. Rub. .lxxxxv.

ITem statuimus ꝙ nullus de ciuitate vel comitatu tuderti acceptet aliquod regimen siue officiũ alicuius ciuitatis, terræ vel loci nisi de expressa licẽtia dñorũ priorũ populi tudertini quã licentiã si talis electus tale regimen siue officiũ uoluerit acceptare ipsi domini priores ei dare & cõcedere teneantur, receptis tñ prius solẽni promissione, a, tali electo idoneis fideiussoribus de tali regimine seu officio bene & legaliter exercendo, si quis vero preter uel cõtra formã p̃dictã tale regimen seu officiũ acceptauerit in libris centũ cort. uice qualibet puniatur.

¶ De pena impetrantis priuilegium contra libertatem cõmunis tuderti. Rub. lxxxxvi.

PRo libertatẽ honore franchitia & statu pacifico cõmunis & populi tudertini, statuimus ꝙ nullus audeat impetrare aliquod rescriptũ seu priuilegiũ quod esset contra libertatẽ, franchitiã & iurisdictionẽ cõmunis & populi tudertini seu artiũ & artificiũ ciuitatis tuderti uel cõtra statũ pacificũ ciuitatis & comitatus tuderti, & maxime per quod ipsum cõmune tuderti impediretur sibi de rectoribus & officiliabus quibuscũq; more solito prouidere siue pp quod ipsi rectores uel officiales nõ possint libere suum regimen & officiũ exercere iuxta formam suæ electionis & statutorũ dicti cõmunis & prout hactenus cõsueuerũt. Et si quid incõtrarium fieret impetratũ tale rescriptũ siue priuilegiũ seruandũ nõ sit per aliquẽ rectorẽ siue officialẽ dicti cõmunis, & si talis impetrans nõ esset supposius tẽporali iurisditioni dicti cõmunis teneantur eius promixiores cõsanguinei usq; in tertiũ gradũ inclusiue p eo penã debitã soluere in quã talis impetrans incurrisset si subiectus foret iurisdictioni dicti cõmunis. Et ꝙ potestas & capitaneus ciuitatis p̃dictæ ad predictoꝝ obseruationẽ teneantur ad penã quingentarũ librarũ pro quolibet eorũ cõtrafaciente. Quod capitulũ ceteris aliis capitulis statutorũ dicti cõmunis uolumus p̃ualere. Salua semper ecclesistica libertate cui per p̃sens capitulũ uel aliquod aliud statutũ dicti cõmunis non intendimus neq; volumus in Aliquo derogari.

¶ De pena exercentis Iurisdictionem uel officium in ciuitate uel comitatu tuderti & ꝙ nulla lis agitetur extra curias rectoꝝ & officialium ciuitatis tuderti. Rub. .lxxxxvii.

ITem statuimus ꝙ omnes & singulæ causæ lites cõtrauersiæ & questiones tã ciuiles quã criminales & tã meræ quã mixte quæ de cetero uerterentur uel erũt inter quascunq; p̃sonas ciuitatis uel comitatus tuderti in ipsa ciuitate tm̃ & corã Rectoribus & officialibus cõmunis tuderti possint & debeant examinari, cognosci, decidi & terminari, & ꝙ nullus suscipiat uel acceptet in ciuitate uel comitatu tuderti aliquã iurisdictionẽ in aliqua uel super aliqua causa, lite uel questione nec aliquã capitaneriã uel castellaniatiã uel aliud quodcunq; officium ab aliqua cõmunitate uel uniuersitate hominum dictæ ciuitatis uel eius comitatus, uel ab alia speciali persona pro ea uel eius nomine suscipiat uel acceptet, nec in ipsa uel pro ipsa cõmunitate uel uniuersitate aliquã iurisdictionẽ uel officium administret uel gerat absq; expressa licentia & auctoritate dicti cõmunis tuderti, contrafaciẽs uero in libris mille deñ. cort. uice qualibet puniatur. Et ꝙ nulla de dictis cõmitatibus uel uniuersitatibus siue aliqua specialis p̃sona cõtra formã p̃dictam aliquẽ eligat uel assumat sine dicti cõmunis tuderti licẽtia & assensu, & insuper sic electo ex talis electione nullum ius penitus acquiratur, & ꝙ ptextu & uigore talis electionis gesserit ipso iure sit nullum, & ꝙ nulla vniuersitas uel cõmunitas comitatus p̃dicti siue singularis p̃sona corã taliter electo audeat litigare agendo uel defendendo nec eidẽ ut officiali obedire, cõtrafaciẽs vero

166

In aliquo predictorũ casuum si fuerit uniuersitas alicuius castri comitatus ꝑdicti in libris quingentis & si alicuius uillæ in libris ducẽtis, specialis uera persona in libris quinquaginta cort. uice qualibet puniatur, & ꝙ potestas & capitaneus ciuitatis tuderti quolibet mense eoꝝ regiminis teneantur de ꝑdictis omnibus & singulis sollicite & diligẽter inquirere & in uetas culpabiles in ꝑdictis penis punire sub uinculo iuramẽti & ad penã quingentaꝝ librarũ cort. pro quolibet eoꝝ cõtrafaciẽte, ita tñ ꝙ ꝑdicta locũ nõ habeant in hiis qui eligerẽtur arbitri seu arbitratores & amicabiles cõpositores sup aliqua causa lite uel q̃stione ciuili quæ uerteretur uel uerti posset inter quascunq; ꝑsonas, loca, collegia uel uniuersitates ciuitatis uel comitatus tuderti, nec etiã in patronis causarũ iurisperitis & aliis quibuscunq; ꝑsonis patrocinantibus in quacunq; curia tudertina pro quacunq; uniuersitate, loco, collegio uel speciali ꝑsona corã quocunq; Rectore seu officiciali ciuitatis ꝑdictæ ecclesiastico uel seculari seu corã quocunq; arbitro seu arbitratore, liceat quoq; cuilibet uniuersitati comitatus ꝑdicti nõ obstantibus ꝑdictis uel aliquo ꝑdictoꝝ sibi eligere & ordinare unũ uel plures sindicos ex Massariis ꝓpriis ipsius castri uel uillæ prout eis placuerit ad parẽdum ꝓceptis potestatis & capitanei & cuiuslibet ipsoꝝ & alterius officialis forẽsis dicti cõmunis tuderti pro ipsa uniuersitate & eius nomine & ad denunciadũ maleficia & alia faciẽda secundũ formã statutorũ dicti cõmunis, & etiam ad facta propria & negocia ipsius uniuersitatis, & generaliter ad omnia alia quæ ꝑ formã alicuius capituli statutoꝝ dicti cõmunis nõ repirent̃ ꝓhibita.

¶ Quod fiat liber in quo scribantur nobiles & potentes de comitatu & de modo satis dandi per eos. Rubrica. .lxxxxviii.

ITem statuimus ꝙ dñi priores populi tudertini qui pro tẽpore fuerint teneantur & debeant vinculo iuramenti fieri facere quendã librũ in quo scribantur nobiles, magnates & potentes comitatus tuderti, & ꝙ dñs capitaneus qui nũc est, & pro tẽpore fuerit teneat̃ & debeat primo mense sui rgiminis corã se facere cõparere oẽs & singulos nobiles magnates & potentes predictos in dicto libro scriptos & ab eis & quolibet eorũ promissionẽ ac idoneos fideiussores ciues tudertinos recipere de stando & parendo mandatis ipsius dñi capitanei & cõmunis tuderti, & ꝙ ipsi uel aliquis ipsorũ non faciant nec fieri faciant aliquid cõtra formã capituli proxime ꝓcedentis, & ꝙ non recetabunt nec receptari facient aliquẽ exbannitũ & condẽnatũ cõmunis tuderti pro maleficio. Quodq; facient & curabunt sic & taliter ꝙ in eorũ fortilitiis & locis aliis per ipsorũ familiares & vassallos nõ receptabuntur aliqui de exbãnitis & condẽnatis ꝑdictis, & ꝙ plene & effectualiter actendent, facient & obseruabunt omnia & singula quæ actendere, facere & obseruare tenentur ex forma cuiuscunq; capitulis statutorũ, ordinamentoꝝ uel reformationum dicti cõmunis sub pæna & ad pænã duorum milliũ librarum cort. pro quolibet eoꝝ cõtrafaciente & qualibet uice, seu minori arbitrio dicti domini capitanei imponẽda, cõsideratis facti qualitate & conditione persone talis delinquentis & aliis circunstantiis opportunis.

¶ De obſuatiõe pacis dudũ factę inter ghelfos & gebellinos. Rub. .lxxxxviiii.

ITem statutuimus pro bono & pacificico statu ciuitatis tuderti pro obseruatiõe pacis olim factæ inter ghelfos & gebellinos ciuitatis predictæ ꝙ nullus audeat uel presumat vindictã assumere realiter vel personaliter offendendo de iniuria vel offensa facta inter gebellinos & ghelfos, a tẽpore nobilis viri dñi nini de Ptholomeis de senis olim potestatis ciuitatis tuderti citra, si quis vero cõtrafecerit homicidium cõmictẽdo bonis suis omnibus cõmuni tuderti publicatis quãdocunq; in fortiam ipsius cõmunis peruenerit eidẽ caput a spatulis amputet̃ ita ꝙ penitus moriatur, nihilominus eius liberi per lineã masculinam descendentes vsq; in tertiam gene

rationem talis malefactoris bonis omnibus spoliati perpetuo bando dicti cõis subiaceant. De aliis uero offensionibus puniatur talis malefactor in quadruplo eius pene quæ als de tali offensa per formam statutorũ dicti cõmunis sibi imponenda ueniret.

❡De pacis obseruandis. Rub. 100.

ITem statuimus ꝙ omnes paces & concordiæ olim factæ inter ciues & comitatenses tuderti tpe potestarie dñi Pholomei, de Senis olim & tunc potestatis ciuitatis tuderti & capitanearia dñi Simonis dñi Iuglefredi olim & tunc capitanei ciuitatis eiusdẽ. Et gñaliter omnes alie paces & concordiæ olim factæ inter dictos ciues & comitatenses tuderti scriptæ per quẽcunq; Notarium. Et quæ in futurum fierent sint & perpetuo perseuerent firmæ & ratæ. Et ꝙ contra eas aliquid quoquomodo opponi nõ possit. Et qui contrafecerit cõdemnetur cõmuni tuderti in duplo penæ contentæ in instrumento pacis inde confecto.

❡De pena derobbantis uel ignem mittentis tempore prælii & de emenda facienda tunc temporis derobbato. Rub. 101.

NEmo in prelio quod de cætero fieret in ciuitate uel comitatu tuderti. (Quod Deus auertat) seu tpe ipsius prelii domũ siue apothecã alterius audeat derobbare. Cõtrafaciens vero in lib. ducẽtis corto. puniat & dãnum ipsum in duplũ resarciat & emẽdet & qui tale dãnũ passus fuerit ẽm taxationem & declarationẽ fiendam per iurm eius ꝙ passus fuerit tale dãnũ. Et si talis malefactor tale dãnum nõ poterit reficere seu resarcire puniat arbitrio Potestatis uel Capitanei ciuitatis prædictæ de tali maleficio cognoscentis. Itẽ ꝙ quicũq; tpe, dicti prælii fecerit in dictis ciuitate uel comitatu aliquod incendium ex quo siue ꝑ quod aliqua domus uel res alia cõburerentur tali incendiario quãcũq; in fortiam cõis Tuderti peruenerit caput, a spatulis amputetur, ita ꝙ penitus moriatur. Et nihilominus tali dãnum passo ad integ am emendationẽ talis dãni cõdẽnetur. Et ꝙ in quolibet prædictorũ casuum de prædictis omnibus per eundẽ processum contra tales malefactores cognosci, ac per eandem sniam possint & debeant condẽnari non obstante iure aliquo incontrarium loquente.

❡De pena intrantium domum alterius & ꝙ liceat dño domus intrantem certis modis offendere sine pena. Rub. 102.

ITem statuimus, ꝙ si quis intrauerit domum alterius uel quã alr habitaret cõtra volũtatem talis dñi siue habitatoris puniat ꝑ talem introitũ qualibet vice in. xxv. lib. corto. Et ꝙ tunc talis dñs siue habitator possit talẽ intrantem offendere sine pena dumtamen citra mortẽ siue mẽbri abscissionẽ uel debilitationẽ. Quod si ex tali offensione mors seu membri abscissio siue eius debilitatio fuerit subsecuta, eo casu talis offẽsor puniat in dimidia eius pena in qua als de tali offensione puniretur per formam alicuius capituli statutoꝝ dicti cõis. Dũmodo si de die non excedat penam quadringentaꝝ lib. corto. Et si de nocte non excedat tricentaꝝ lib. corto. nisi talis malefactor in talẽ domum intrasset aio & ꝓposito furandi siue adulterium cõmittendi. Quibus casibus & quolibet eorum dominus siue habitator talis domus de qualibet offensa quam tunc in ipsa domo tali malefactori inferret ab omni pena totaliter sit exemptus, ꝙ autem quis dicta de causa v3, pro furto vel adulterio in dicta domo cõmittendo ingressus fuerit sufficiat probatio. x. testium deponentium de publica fama. Quæ omnia similiter locum habeant. Si quis in aliam rem immobilem intrauerit contra voluntatem domini ipsius rei vel eius qui eam detineret ex conducto. Saluis capitulis loquentibus cõtra eos qui uim expulsiuam siue inquietatiuam cõmitterent in possessionibus siue de possessionibus alienis que in suis casibus obseruentur.

¶ De pena capientis hominem liberum & facientis fieri aliquem contractū uel distractum per vim & metum, & Notarii scribentis instrumentū perinde factū, & in quibus casibus quis possit impune capi. Rub. 103.

HOminem liberum nullus capere & detinere audeat uiolenter. Et qui contra fecerit si quidem per spatium temporis unius terzareccie in libris quingētis cortonēn. puniat. Et si ipsum captū detinuerit ultra quā per vnū diē puniat pro quolibet die quo eū taliter detinuerit ultra dictā penā in lib. c. cortonē. Si aūt talem captum detinuerit per minus spatium quā vnius terzareccie puniatur minori pena arbitrio iudicantis consideratis facti qualitate ac conditione personæ talis malefactoris & aliis circūstantiis opportunis. quæ omnia ēt contra eū qui talem captum ad petitionē talis capientis scienter receptauerit uendicēt sibi locum. Insuper si talis capiens vel receptans robbariam uel aliam quamcūq; iniuriam uel offensam intulerit contra taliter captū puniatur etiam de tali maleficio ultra dictam penā in ea pena quę de ipso maleficio per formā alicuius capituli statutoꝝ cōis tuderti imponeretur. Possit tñ quilibet impune capere & captum detinere quēlibet derobbatorē, homicidā, incendiarium, violatorē & quēlibet aliū malefactorem cōmittentē maleficium sanguinis uel aliud atrox siue graue crimen. Ac ēt quēlibet exbanditum & cōdēnatum dicti cōis pro maleficio. Saluo capitulo sub Rub. ꝙ cuilibet liceat capere exbanditū &c. Dūmodo talis capiens ipm malefactorem infra tertiam diē post talē capturā inclusiue representet in fortiam dicti cōis. Possit ēt quilibet impune capere quēlibet mandato potestatis vel capitanei uel alterius officialis dicti cōis iurisdictionem hñtis. Sane quicūq; per uim uel metum ab aliquo aliquē ꝯtractum uel distractū, promissionē uel remissionem extorserit cōdēnet dicto cōi tuderti in quadruplo eius sūmæ siue extimationis uel ualoris eius rei quæ in tali contractu, distractu, ꝓmissione uel remissione cōtineret. Notarius uero qui de prædictis uel aliquo prædictoꝝ aliquod instrm uel scripturā quācūq; scienter scripserit siue fecerit puniat in ea quātitate seu extimatione valore eius rei quę in tali cōtractu, distractu, promissione & remissione cōtinet. Et nihilominus talis cōtractus, distractus, promissio siue remissio nō ualeat ipso iure. Et ꝙ dicti Potestas & capitaneus & quilibet ipsoꝝ qui inde fuerit requisitus teneant ad petitionē cuiuslibet cuius intersit facere tale instrm & oēm scripturam dicta occasione confectā cancellari & cassari. Et quicquid eius vigore traditū, solutum uel factum fuerit reddi & restitui & in statū pristinum reponi & reduci. Quæ oia præterquā quantū ad dictaꝝ penaꝝ impositionē trahi volumus nō solum ad futura sed ēt ad præterita nōdum per sniam siue amicabilē cōpositionē decisa. Et ad fidē faciendam de tali vi siue metu sufficiat ꝓ plena & legittima ꝓbōne habeat testimoniū sex testiū fidedignoꝝ deponentiū de publica fama. Et in dicto casu possit crialr & ciuiliter simul cōtra talē malefactorem procedi, & sup utraq; uia per eandē sniam talis malefactor possit & debeat condēnari nō obstante iure aliquo quod incontrarium loqueretur. Hoc intellecto ꝙ ea quæ supra in pñti capitulo dicta sunt locū nō habeant nec habere intelligantur in illo qui ab aliquo fuerit inuentus de nocte dare dānū in aliqua uinea siue orto quē quidē nō obstantibus prædictis impune liceat cuilibet inuentori capere captumq; detinere. Et etiam eidem de rebus suis quas tunc taliter inuentus apud se haberet auferre pro pignore, & loco pignoris dicti dāni. Dummodo post psam capturā infra tertiam diē inclusiue ipsum ducat in fortiam dicti Potestatis seu Capitanei. Et ad probandum de tali inuentione sufficiat testimonium saltim duorum fidedignorum testium deponentium de publica fama cum iuramento ipsius inuentoris siue domini vel laboratoris siue custodis talis vineæ siue orti.

¶ De pena inferentis alicui uiolentiam expulsiuam vel compulsiuam. Rub. 104.

ITem statuimus, ꝙ nullus per se uel aliū aliquē sua possessiōe alicuius rei imobilis priuet vel spoliet eundē de ipsa possessiōe v3, expellēdo seu ēt ad ipsam dimittēdā per metū & terrorē

cogendo. Qui uero cōtrafecerit ad restōnem & reintegrationē possessionis prædictæ taliter ea spoliato siue priuato & omnis sui dāni & interesse refectionem. Et nihilominus cōi tuderti in duplū extimationis talis rei uice qualibet condēnetur. Ita tñ ꝙ ipsa pena dicto cōmuni applicanda summam quingentarū librarū cortoneñ. non transgrediatur nec esse possit citra uel infra summā quinquaginta librarum dictæ monetæ. Et in dicto casu possit contra talem malefactorem simul procedi tam ciuiliter quā criminaliter & super utroqꝫ per eandem sententiam possit & debeat condēnari non obstante aliquo iure incontrarium loquente.

¶ De pena inferentis alicui violentiam turbatiuam vel inquietatiuam & ꝙ accusatus de hmōi maleficio non teneatur dare fideiussorē. Rub. 105.

ITem statuimus ꝙ nullus per se uel alium alterius tenutam siue possessionem alicuius rei immobilis molestet uel inquietet aut in ea vim aliquam turbatiuam seu inquietatiuam inferat seu inferri faciat. Qui uero contrafecerit tali molestato seu inquietato ad dimittendam eandem ipsam tenutam siue possessionem pacifice & quiete ac libere habere & tenere & ad reficiēdum sibi omne suum dānum & interesse. Et nihilominus cōmuni tuderti in uera extimatione ipsius rei molestatæ uel inquietatæ uice qualibet condēnetur. Dū modo ipsa pena dicto cōmuni applicanda quantitatem centum librarū cortoneñ. non transcendat seu excedat nec esse possit citra uel infra summam. xxv. librarum cortoneñ. Et in dicto casu possit procedi contra talem malefactorem simul ciuiliter & criminaliter & per eandem sententiā super utroqꝫ possit & debeat condēnari. Non obstante iure aliquo quod incontrarium loqueretur. Decernentes & declarantes ꝙ taliter accusati uel inquisiti non teneantur dare aliquem fideiussorem causa uel occasione talis accusationis uel inquisitionis. Ita tamen ꝙ tam accusatori quā accusato uel inquisito si de tali uiolentia fuerit inquisitus liceat infrascriptas renūciationes facere quandocūqꝫ voluerint siue voluerit ante responsionem ipsius rei uel infra decem dies post ipsam responsionem ipsa die dictę responsionis in dicto termino minime computata vꝫ per talem accusatorem ipsi accusationi & per talem accusatum uel inquisitū omni suo iuri quod habere se diceret in re ipsa. Qua renunciatione ab alterutra dictarū partium facta ut dictum est iudex qui de tali accusa cognosceret interloquendo pronunciet & pronunciare teneatur super ipsa accusatione uel inquisitione non esse vlterius procedendum. Hoc etiam intellecto ꝙ talis accusatus uel inquisitus qui semel dicto modo renunciauerit alterius renunciare non possit nec eius prætextu, a pena in aliquo releuetur.

¶ De pena inferentis alicui uiolentiā in re mobili seu se mouenti. Rub. 106.

ITem statuimus ꝙ nullus inferat alicui in tenuta & possessiōe alicuius rei mobilis seu se mouentis aliquā violentiā. Qui contrafecerit condēnet̃ uiolentiam ipsam passo ad restitutionē & reintegrationem sue detemptionis seu possessionis dictæ rei cū integra refectione sui dāni & interesse & cōi tuderti in vera ipsius extimatiōe dūmodo ipsa pena dicto cōi applicanda nō possit esse citra vel infra sūmā |cētū sol. corton. saluo semꝑ statuto loquēte de crimine robbarię, & de pena derobbantis, cui per pñs capitulū non intendimus neqꝫ volumus in aliquo derogari. Et in dicto casu cōtra talem malefactorē procedi simul valeat tam ciuiliter quā etiam criminaliter & super vtraqꝫ per eandem sententiam idem malefactor possit & debeat condēnari non obstante iure aliquo quod incontrarium loqueretur.

¶ De pena intrantis tenutam datam contra eum. Rub. 107.

ITem statuimus ꝙ nullus debitor cōtra quē suo creditori res aliqua auctoritate curiæ alicuius iudicis siue officialis cōis tuderti decreta seu consignata fuerit in tenutam pro aliquo pecuniario credito in rem ipsam intret contra voluntatem sui creditoris siue post prohibitionem sibi factam ex parte talis iudicis siue officialis ad petitionem talis sui creditoris. Et si contrafecerit qualibet vice dicto cōmuni in libris decem cortoneñ. puniatur.

¶ De pena euntis in rem alterius post prohibitionem sibi factam. Rubrica. 108.

ITem statuimus ꝙ nullus uadat vel mittat per rem alterius postquã fuerit sibi prohibitũ nisi de iure sibi liceat. Et qui contrafecerit in. xx. lib. Cortonen. uice qualibet puniatur. Et de tali prohibitione stetur iuramento talis accusatoris. Si vero talis accusatus negauerit rem esse vel fuisse talis accusatoris sufficiat ipsi accusatori instrumentum emptionis vel alterius legittimę acquisitionis talis rei cum iuraméto sui laboratoris asserentis se pro tali accusatore & eius nomine rem ipsam laborare, tenere & possidere seu si probaret per unum testem deponentem de possessione talis accusatoris. Si uero talis accusator legittimo modo de suo dominio siue possessione probauerit, eo casu talis accusatus propter suam negationem puniatur in duplum pene prædictæ.

¶ De pena prohibentis vel minantis rem laborari vel aliquem offendentis occasione laboritii uel alicuius alienationis, & de modo probandi. Rub. 109.

ITem statuimus ꝙ nullus colonum, partiarium alicuius siue inquilinũ uel emphiteotam siue alium quécunqꝫ rem aliquam immobilem pro aliquo seu alterius nomine quocũqꝫ detinentem vel laborantẽ molestet, vexet uel inquietet dicto vel facto, directe uel indirecte expresse uel tacite per se uel alium quoquomodo ad hoc ut talis colonus, inquilinus, emphiteota, laborator seu tenimẽtarius rem ipsam colere, habitare, vsufructuare, gubernare uel tenere nõ audeat, contrafaciens vero in libris quingentis denĩ. cortonen. cõmuni tuderti uice qualibet condénetur. Et si dicta de causa uel occasione talis res inculta siue inhabitata remaneret totaliter seu pro parte seu ꝙ solita pensio, redditus, obuentio siue fructus ex ea uel ob eam percepta siue perceptis non fuerit, condẽnetur talis malefactor ultra penam prędictam domino siue possessori talis rei & etiam tali inquilino, colono, emphiteotę uel alio tenimentario & cuilibet alteri cuius interesset in quadruplo totius sui dãni & interesse. Quod quilibet eorum dicta de causa passus esset. Si quis uero dicto vel facto qualitercũ ꝙ alium offenderit vel offendi fecerit ex eo ꝙ ipse offensus rem aliquam ipsius offensi siue ad ipsum offensum alteri pertinentem alteri vendiderit, donauerit, locauerit, cõmodauerit aut quouis alio titulo in alium transtulerit siue alii quoquomodo concesserit seu talis rei emptorem, conductorem, vel quouis alio titulo receptorem, ex eo ꝙ ipsam rem emerit, conduxerit vel alio quouis titulo receperit, puniatur in quolibet dictorum casuum & qualibet vice in quadrupli eius pena quæ alś de tali maleficio per formam statutorum cõmunis Tuderti imponeretur. Et nihilominus in quolibet dictorum casuum per ipsum iudicãtem eidem malefactori inhibeatur & expresse pręcipiatur ne de cætero similia audeat perpetrare sub cominatione dictarum penarum & aliarum suo arbitrio eidem imponẽdarum. Et si quis postquã de tal bus maleficiis uel aliquo eorum punitus fuerit simile maleficium iterato cõmiserit puniatur iterũ pro qualibet vice in pena suprascripta, & etiam grauius arbitrio iudicantis, consideratis semper in prędictis talis facti qualitate & conditione personę talis malefactoris & aliis circũstantiis opportunis. Et ad faciendum fidem de prædictis maleficiis & quolibet eorum sufficiat testimoniũ quinqꝫ testium fidedignorũ deponentium de publica fama. Et ꝙ potestas & capitaneus & quilibet eorum de prędictis maleficiis & quolibet eorũ teneantur diligenter & sollicite inquirere & inuestigare modis omnibus quibus poterunt, & repertos culpabiles in penis prædictis punire. Si quis vero eorum in prędictis vel aliquo prædictorum negligens fuerit pena librarum quingentarum cortonẽ. ipso facto se nouerit incursurum.

¶ De pena Sindicorum & Cõmunitatum non denunciantium Minas & violentias inferendas. Rub. 110.

Item

ITem Statuimus ꝙ quilibet Sindicus cuiuslibet castri vel ville comitatus Tuderti teneat͂ & debeat denũciare & referre in his scriptis dño Potestati vel Capitaneo ciuitatis tuderti quẽlibet cõmictentẽ seu cõmicti facientẽ in tenuta talis castri vel ville, cuius ipse esset sindicus aliquam violentiã de hiis de q̃bus fit mẽtio supra in capitulo quod incipit hominẽ liberꝝ extra posito sub rubrica de pe pena capiẽtis hominẽ liberꝝ &c. Et in alio capitulo quod incipit. Item statuimus ꝙ nullus p se vel alium aliquẽ in possessione alterius rei &c. Posito sub rubrica de pena inferentis alicui violentiã ex pulsiuã &c. Et in alio capitulo quod incipit. Itẽ statuimus ꝙ nullus per se vel aliũ alterius tenutã &c. Et in alio capitulo proxime precedenti quod incipit. Item statuimus ꝙ nullus colonũ &c. positũ sub rubrica de pena prohibentis vel minantis rẽ laborari &c. infra triginta dies, a, die commissionis predictoꝝ maleficioꝝ vel alicuius eoꝝ siue. a, die qua verisimiliter scire potuerit & debuerit ipsa maleficia siue ipm maleficiũ in dicto loco perpetrata siue perpetratũ fuisse in añtea numerandos. Si vero talis sindicus in dictis denũciationibus morosus siue negligens esset puniatur in libris decẽ cort. pro qualibet vice & pro quolibet tali maleficio per eũ nõ denũciato ut dictũ est. Et nihilominus eo casu teneat͂ & debeat quilibet uir habitator talis castri uel uille & ẽt quicũꝙ ciuis Tudertinus ibi cõtinue habitans cũ sua familia similem denũciationẽ & relationẽ facere infra alios triginta dies post p̄dictos alios triginta dies elapsos inmediate sequẽtes. Qua denũciatione facta per aliquẽ ex eis nullã penã dicta occasione talis uniuersitas patiat͂. Alioqn dictis terminis elapsis q̃libet talis habitator ipsius castri uel uille qui fuerit ætatis legitime ac sanus mente & corpore puniatur ꝑ quolibet tali maleficio non denunciato ut p̄dicitur in decẽ sol. cort. Ita tñ ꝙ dicta occasione si in aliqua domo plures quã duo in ipso castro uel uilla simul habitauerint non possint nisi pro duobus puniri. Cui penæ nullam personam miserabilem uolumus subiacere.

Quod suppositus puniatur pro non supposito minas uel violentias inferente. Rubrica .cxi.

ITem Statuimus ꝙ si q̃s Tudertinus nõ suppositus iurisdictioni cõmunis tuderti in ciuilibus & criminalibus cõtra aliquẽ tudertinũ suppositũ iurisdictioni p̄dictæ cõmiserit aliqd̃ de p̄dictis maleficiis cõtẽtis in p̄cedẽtibus capitulis de q̃bus fit mẽtio in capitulo supra [illegible] p̄cedẽti teneatur eius ꝓximior cõsanguineus masculus ex linea paterna vsq̃ in secũdũ [illegible] subiectus iurisdictioni p̄dicte dicti cõmunis ꝑ tali eius consanguineo nõ subiecto penã soluere quæ eidẽ de tali maleficio imponeret͂ si dicte iurisdictioni esset subiectus. Salua semp ecclesiastica libertate. Cui ꝑ p̄ñs capitulũ nõ intendimus neq̃ uolumus in aliquo derogari.

De pena corrũpẽtis vel corrũpere attẽtãtis carnalr̃ aliquã honesta mulierẽ. Et ꝙ in hoc casu magnates magis puniant͂. Et ꝙ capiẽs talẽ mulierẽ in uxorẽ totalr̃ sit impunis. Rub. .cxii.

ITem Statuimus ꝙ nullus uiolẽter carnaliter corrũpat seu corrũpere attẽtet aliquã honestã mulierẽ. Qui aũt cõtrafecerit si fuerit popularis idest ꝑ populari habitus secũdũ formam statutoꝝ dicti cõmunis & talis mulier fuerit nupta siue uirgo in q̃ngẽtis libris cort. puniat͂ & eadẽ pena locũ hẽat ꝑ quolibet incestu ẽt si iũgeretur cũ adulterio & hoc idẽ locũ hẽat in sacrilegio admisso cũ moniali si uidua in libris tricẽtis cort. Si aũt nõ uiolẽter puniatur inmediate dictaꝝ penaꝝ in quolibet casuũ p̄dictoꝝ. Et ꝙ in dictis casibus & quolibet eoꝝ ꝯtra talẽ malefactorẽ sufficiat ꝓbatio q̃tuor testiũ deponẽtiũ de publica fama cũ aliq̃bus ꝓbabilibus & ue risimilibus inditiis, ꝓsũptionibus siue ꝯiecturis. Si uero talis malefactor fuerit magnas & potẽs de ciuitate uel comitatu tuderti idest ꝑ magnate & potente habitus & reputatus secũ dũ formã

statutorum dicti cōmunis & talis mulier fuerit filia, soror uel uxor alicuius popularis ciuitatis uel comitatus tuderti idest pro populari habitus secūdum formam statutorū predictorum puniatur in quolibet dictorum casuum induplo dictarum penarum, quod duplū hoc casu fictione & potestate presentis capituli haberi & esse decernimus loco simpli, Si autē predicta maleficia uel aliquod eorū cōmissa fuerint seu cōmissum fuerit intra domū habitationis talis mulieris puniatur talis malefactor in quolibet dictorū casuū in centum libris cort. ultra penas supradictas, & nihilominus puniatur de aliis excessibus quos tūc in ipsa domo cōmisisset secundum formam statutorū dicti cōmunis, Ita tamen ꝙ gubernator potestas siue capitaneus ciuitatis tuderti uel aliquis eorū siue alicuius eorū iudex nō possint nec debeāt de ꝑdictis maleficiis uel aliquo eorū cognoscere uel ꝓcedere nisi per uiā accusationis & denunciationis facte de dicti maleficiis uel aliquo eorū per ipsam mulierē seu per eius maritū Patrē filiū, matrē uel fratrē carnalē si ipsos uel aliquē ipsorū talis mulier hēret, alioquin per proximiorē cōsanguineum ipsius usq; in secūdum gradum inclusiue ex linea materna seu paterna, Seu hiis deficientibus per quemcunq; alium ꝓximiorem consanguineum ex paterna seu materna linea. Quodq; nullus sindicus alicuius castri uel uillæ dicti comitatus neq; aliquis alius qui ꝑ formā statutorū dicti cōmunis teneret denunciare maleficia ad denunciā suum huiusmodi maleficia teneatur, & si denunciauerint eorū denunciationes nō admitterē neq; sup eis ꝓcedi possit uel debeat quoquō. Hoc intellecto ꝙ si tale maleficiū fuerit ꝑ eis aliquā uirginē siue uiduā ꝑpetratū & talis malefactor eā in uxorē acceperit de cōsensu cōsanguineorum talis mulieris, eo casu talis malefactor nec de tali maleficio nec de introhitu quē qualitercumq; fecisset dicta de causa in domo habitationis talis mulieris, nec ēt de ꝑcussionibus per eundem in talē mulierē tūc tēporis dicta occasione illatis ullatenus puniat. Quinimmo & si talis malefactor tpe ipsius matrimonii cōtracti exbānitus & cōdēnatus uel condēnatus tm̄ de tali maleficio extitisset eo casu rebādiatur & liberet ab ipsis bando & cōdēnatione. Et ꝙ ad eius petitionem tale bandum, talisq; cōdēnatio absq; aliqua solutiōe uel aliquo eius sumptu debeat cancellari. Et predicta omnia dicti Potestas & Capitaneus ad petitionē talis exbanniti & cōdēnati seu condēnati tm̄ in casu ꝑdicto fieri & exequi facere teneantur. Ceterū si tale matrimonium ad petitionē talis malefactoris fuerit postmodū pronūciatū & declaratū esse & fuisse nullū ex aliqua iusta causa, eo casu ꝑdictis nō obstātibus, nec ēt aliquo lapsu tēporis talis malefactor de omnibus predictis maleficiis puniatur. Quod capitulū omnibus aliis capitulis statutorum dicti communis & cuilibet alii iuri in contrarium loquenti uolumus preualere,

De sodomitis & eorum pena. Rubrica .cxiii.

ITem Statuimus ꝙ Potestas & capitaneus ciuitatis Tuderti & quilibet eorū teneant sub secundo mēse eorū regiminis facere inquisitionem solēnē cōtra oēs & singulos nefandā libidinē cū masculis exercēres eorūq; lenones. Et sup ipsa inquisitione debeāt examinare adminus quinquaginta Testes fidedignos de ciuitate Tuderti & repertos culpabiles propalare & manifestare debeant in publica cōcione, Necnō eorū quēlibet in quingentis libris cort. condēnare. Et si talis condemnatus ipsam cōdēnationem soluere nō potuerit ligatis membris genitalibus fustigetur per ciuitatem Tuderti, Et deinde de dicta ciuitate & eius districtu eiciatur. Adeo ꝙ ad dictam ciuitatem uel eius districtum imperpetuū nō redeat sub pena predicta. Et ꝙ contra talē malefactorem procedi possit & debeat ad torturā si de ipso maleficio probatū fuerit cōtra eum saltem per sex testes de publica fama, seu si contra eum esset indicia quæ de iure sufficiant ad ipsam questionem seu torturam habendam.

De Hereticis & Sismaticis & eorum receptatoribus. Rubrica .cxiiii.

NUllus hereticus siue sismaticus cuiuscūq; generis seu cognitiōis cēseatur audeat stare seu morā trahere in ciuitate uel comitatu Tuderti, nec aliquā eū in dictis ciuitate uel comi

catu audeat receptare. Contrafacientem vero per Potestatem seu Capitaneũ dicte ciuitatis penis legitimis plactendum esse censemus.

De pena blasfemantes Deum vel sanctos. Rubrica .cxv.

ITem Statuimus ꝙ nullus audeat vel presumat maledicere uel blasfemare Deũ uel Beatam Mariã Virginẽ aut aliquẽ sanctũ uel sanctã dei aliquo mõ uel causa cõtrafaciẽs uero blasfemando uel maledicẽdo Deũ uel beatã uirginẽ Mariam in libris centũ cort. & si aliquẽ sanctum uel sanctam Dei in quinquaginta libris uice qualibet puniatur. Et quilibet possit talẽ accusare & denunciare. Et nomẽ ipsius accusatoris & denũciatoris teneatur secretũ, & habeat medietatem banni predicti quod ex eius denũciatione uel accusatione in cameram communis Tuderti peruenerit. Quam penam si talis Malefactor soluere non poterit seu aliquo tempore postea in fortiam dicti communis tuderti peruenerit seu fuerit amputetur ei lingua. Et ꝙ Potestas & Capitaneus ciuitatis Tuderti teneantur de predictis inquirere quolibet mense & culpabiles repertos in penis predictis punire.

De pena iurantis per Corpus, Sanguinem uel alia Membra Christi Matris uel sanctorum eius. Rubrica .cxvi.

ITem Statuimus ꝙ nulla persona de cetero iuret per budellos per fecata uentrechios uel alia interiora siue uiscera omnipotentis Dei domini nostri Iesu Christi uel beate Marie uirginis matris eius, Contrafaciens uero in quolibet dictorum casuum in libris decẽ cort. uice qualibet puniatur. Et si aliquo de predictis modis iurauerit contra reuerentiã alicuius sanctorũ uel sanctarum Dei uel per corpus siue sanguinẽ uel clauellos omnipotẽtis Dei dñi nostri Iesu Christi seu per alia huiusmodi pro quolibet tali maleficio in quadraginta sol. cort. puniatur. Quarum penarum medietas sit communis Tuderti & alia sit denunciatoris siue accusatoris. Et dicte pene duplicentur in quolibet dictoꝝ casuũ si predicta uel aliquod predictoꝝ commissa fuerint siue commissum fuerit aliquo de infrascriptis diebus uidelicet. In die Natiuitatis domini nostri Iesu Christi vel eius vigilia uel in die Veneris Sancti uel in die Paschatis Resurrectionis dñi nři Iesu Christi, uel eius uigilia. Quod si dictã penã in quolibet dictoꝝ casuũ talis malefactor non soluerit infra decẽ dies, a, die talis cõdẽnationis de eo facte ipsa die dicte facte condẽnationis in dicto termino minime cõputata publice fustigetur per omnes stratas ciuitatis Tuderti. Et de predictis quilibet valeat accusare & denunciare: & habeat medietatem banni, quod ex eius denunciatione vel accusatione in cameram dicti communis peruenerit.

De ordine Cipporum & secretorũ custodum contra iurantes per Corpus uel aliqua Mẽbra Christi Matris uel Sanctoꝝ. Rub. cxvii

ITem Statuimus vt cõtẽta in pcedẽtibus duobus pxime caplis cessent ꝙ in palatiis dñoꝝ Potestas & Capitanei ciuitatis Tuderti & quolibet eoꝝ & in q̃libet ecclesia ciuitatis tuderti expẽsis cõmunis Tuderti fiet q̃dã Cippus de ligno cũ claui & serratura. Quã clauẽ cuiusl3 dictoꝝ palatio ꝵ camerarius camere dicti cõmunis. Et cuiuslibet dicte ecclesie sacerdos ipsius ecclesie penes se dẽat ꝯseruare. Et ꝙ dñi priores populi qui pro tpe fuerint eligant in q̃libet parrochia ecclesie dicte ciuitatis & in eo numero q eis videbiť expedire secretos custodes. Quorũ cuilibet dẽant dare expensis dicti cõmunis quoddã sigillũ p unum qui custodes iurent assignare omnes & singulos qui contrafecerint in aliquo predictorum hoc modo uidelicet. In quadam cedula sigillata dicto sigillo scribant nomẽ illius quem cognouerint contrafacere in aliquo predictorum. Et ꝙ quicunq̧ inuentus fuerit scriptus in ipsa cedula sigillata vt supra dictum est.

Siquidem quod maledixerit vel blasfemauerit Deum vel beatissimã Mariã virginẽ in sol. centũ, & aliquẽ sanctũ & sanctam Dei in sol. quadraginta. Sed si ideo quod iurauerit cõtra reuerentiam Dei vel beatissime Marie virginis in sol. viginti. Et si contra reuerentiã alicuius sancti vel sancte dei in sol. decẽ cort. absq; alia probatione vice quaribet puniatur. Et si de predictis Maleficiis talis malefactor in dicta cedula scriptus fuerit legitime per testes conuictus puniatur penis in dictis capitulis comprehensis. Et ꝙ dicti rectores & quilibet eoꝝ quolibet die dominico mictant vnũ ex Notariis maleficioꝝ sue curie ad quãlibet dictaꝝ ecclesiaꝝ & quẽlibet cippum facient aperiri. Et si aliqs ex ipsis Notariis aliquẽ ibi inuenerit vt supra dr scriptũ scribat nomen eius & ipsam cedulã dilaniet, ita ꝙ nullus eam possit legere. Faciant et dicti rectores qualibet die dominica cippũ sui palatii aperiri. Et si aliquis ibi inuentus scriptus fuerit vt dictum est simili modo de eo procedatur vt superius continetur. Et ꝙ dicti domini priores predicta sollicite fieri facere teneantur vinculo iuramenti. Quam penam contrafaciens si non soluerit fustigetur circũ circha p plateam ciuitatis Tuderti. Et ꝑdicta dicti rectores publice p dictam ciuitatẽ in locis consuetis banniri facere teneantur saltẽ semel quolibet mense sui regiminis.

De pena frangentis carceres communis Tuderti. Rubrica cxviii.

ITem Statuimus ꝙ nullus audeat uel presumat frangere seu frangi facere carceres communis Tuderti. Cõtrafaciẽtẽ uero si tũc temporis non fuerit in ipso carcere carceratus bonis suis omnibus cõmuni Tuderti publicatis, capitis supplicio plectẽdũ esse decernimus Si aũt talis malefactor tũc tẽporis in ipso carcere fuerit carceratus in quatrignentis libris corr. puniatur. Quam penam si soluere non potuerit tamdiu in ipso carcere detineatur reclusus donec eam soluerit cum effectu.

De pena custodum carcerum inferentium iniuriam aliquibus carceratis uel aliquid accipientium ab eisdem. Rubrica cxviiii.

ITem Statuimus ꝙ nullus ex custodibus siue supstitibus carceꝝ cõmunis Tuderti possit vel debeat aliquam pecunie quantitatẽ uel rem aliam per se uel per interpositam personam extorquere uel accipere seu extorqui uel accipi facere directe uel per obliquũ aut pati uel permictere ꝙ per alium extorquatur aut accipiatur quoquomodo ab aliquo in ipsis carceribus carcerato. Nec alicui eoꝝ aliquã iniuriam, molestiam uexationẽ uel offensionẽ quacũq; de causa siue occasione inferre uel inferri facere seu pati uel pmictere ꝙ per aliquẽ inferatur. Liceat tamẽ dictis custodibus siue supstitibus, a qualibet psona que in dictis carceribus detrusa siue reclusa fuerit tempore quo in ipsos carceres introduceretur uel de ipsis eximeretur aut extraheretur accipere duodecim denarios tantum pro oleo in ipsis carceribus opportuno. Quilibet aũt dictorum custodum siue superstitum contrafaciens siue fieri faciens seu patiens uel permictens in quolibet casuũ ꝑdictoꝝ penã sol. xxxx. corr. incurrat uice qlibet ipso facto. Saluis aliis capitulis statutorum dicti cõmunis de hmõi maleficii maiores penas imponẽtibus. Et nihilominus talis custos siue supstes cohereeat omnibus remediis opportunis ad petitionẽ talis carcerati eiusq; pcuratoris siue sanguinei p dñm Potestatẽ siue capitaneũ ciuitatis Tuderti & p quẽlibet eoꝝ qui inde fuerit reqsitus ad restituẽdũ duplicatũ tali carcerato qcquid ab eo taliter accepisset uel extortisset seu accipi uel extorqri fecisset seu pmisisset uel passus esset. Et de ꝑdictis stet & credatur sacramento talis carcerati siue sui pcuratoris uel cõsanguinei. Itẽ ꝙ domini Priores Populi Tudertini qui pro tempore fuerint in ipso officio prioratus quandocũq; expediens fuerit teneãtur & debeant pponere in cõsilio populi dicti cõmunis in quo intersint adminus ducẽti ꝯsiliarii dicti cõ

silii, quid placet ipsi cōsilio prouidere de electione custodū siue superstitū carcerꝝ dicti cōmunis. Ita tamen ꝙ ipsa custodia cōmicti siue deputari non possit nec debeat quoquomodo alicui qui ipsi cōmuni Tuderti obligatus esset in aliqua pecunie quātitate causa alicuius condemnationis de eo facte pro aliquo maleficio seu quacunqꝫ alia ratione vel causa. Et ꝙ ad dictum officiū nemo eligi vel deputari possit nisi per dictum consilium. Et si secus factum fuerit non teneat ipso iure. Et insuper dicti domini Priores qui preter vel contra dictam formam aliquem ad dictū officium elegissent vel deputassent seu eligi vel deputari permisissent vel passi fuissent penam librarum vigintiquinqꝫ corthonensium pro eorum quolibet incurrāt vice qualibet ipso facto. Et ꝙ Notarius reformationum dicti communis predicta omnia ipsis dominis Prioribus in principio eorum officii ad notitiam ipsorum reducere teneatur.

De cautione prestanda per superstites carcerum, & de pena ipsorum non reassignantium carceratos. Rubrica .cxx.

Item Statuimus ꝙ sup̄stites siue custodes carcerꝝ cōmunis Tuderti tp̄e cōductionis dictorꝫ carcerum teneatur & debeāt solēniter ꝓmictere & ꝑ idoneos fideiussores cauere ac iurare ad sancta Dei Euāgelia scripturis corporaliter manu tactis de omnibus & singulis quos in ipsis carceribus tūc tp̄oris inuenerint carceratos seu qui in eis carcerabūtur durante ipsorꝫ officio bene, diligenter, fideliter, & sollicite custodiēdis & saluandis & de eis reassignandis & exhibendis ad mādatū dictorꝫ dominorꝫ Potestatis & Capitanei ciuitatis Tuderti, ac ēt dominorū priorū populi Tudertini. Necnon de omnibus & singulis aliis adimplendis & obseruādis circha ipsum officium ad quæ & prout tenentur secundū statuta dicti cōmunis sub penis tam in presenti capitulo quam ēt in aliis capitulis statutorū dicti cōmunis cōtentis. Quodqꝫ dicti superstites siue custodes pro quolibet tali carcerato quē non reassignauerint ut predicitur q vltimo supplicio pure, simpliciter & precise fuerit cōdēnatus puniatur in libris mille & quignentis cort. Sed si in defectum duntaxat solutiōis alicuius pecuniarie pene talis carceratus vltimo supplicio veniebat plectendus eo casu talis sup̄stites siue custodes pro tali carcerato in simili pecuniaria pena plectātur in qua talis carceratus principaliter fuerat condemnatus. Quas penas si tales superstites siue custodes non soluerint cum effectu in quolibet casuū predictorꝫ simile vltimū suppliciū patiantur. Quod idem carceratus principaliter & primo loco siue secundario & in defectum solutionis dicte pecuniarie pene fuisset passurus &c. Si talis carceratus condemnatus fuerat in amissione alicuius membri sui corporis pure, simpliciter & præcise puniantur eo casu tales superstites siue custodes in quolibet dictorꝫ casuū in libris q̄trignētis cort. Si vero secū dario & in defectū solutionis alicuius pecuniarie pene duntaxat talis carceratus in amissione ipsius mēbri fuerat ꝯdēnatus eo casu talis sup̄stites siue custodes in quolibet dictorꝫ casuū simili pecuniaria pena plectātur in q̄ talis carceratus fuerat principalr̄ cōdēnatus. Quas penas si tales sup̄stites siue custodes in quolibet dictorꝫ casuū nō soluerit cū effectu punianẗ in simili suo mēbro. In reliqs aūt casibus cōdēnēẗ tales sup̄stites siue custodes in eadē pena pecuniaria in qua talis carceratus dicto cōmuni fuerat cōdēnatus. Hoc intellecto ꝙ in quolibet dictorꝫ casuū ꝑ solutionē pene ꝓdicte pecuniarie factā ab vno dictorꝫ sup̄stitum siue custodū cæteri, a, dictis eorꝫ penis liberentur & eximanẗ. Et extūc vigore & auctoritate p̄ntis capituli ab ipsis pænis ipso iure sint & esse intelligātur exēpti. Adeo ꝙ tales eorum condemnationes & etiam bādimenta de eis dicta de causa facta ad ipsorum & suorum procuratoris atqꝫ consanguineorum petitionem debeant sine aliqua alia solutione vel sumptu aliquo cancellari de quibuscunqꝫ libris communis Tuderti.

Quod inquiratur contra custodes carcerū non seruantes statuta loquentia de custodia carcerum. Rubrica .cxxi.

ITem Statuimus ꝙ Potestas & Capitaneus cõmunis Tuderti teneantur & debeant vinculo iuramenti & ad penam ducentaꝵ libraꝵ cort. pro quolibet eorum contrafaciente omnia & singula statuta suprascripta & infrascripta loquentia de presenti materia pro posse facere integraliter obseruari. Et de omnibus & singulis in eis contentis per eorum officiales solemniter inquiri facere tam in dictis carceribus quã extra prout eis videbitur conuenire tam contra superstites siue custodes dictorum carcerum quam etiam contra omnes & singulos in dictis carceribus carceratos, & repertos culpabiles penis debitis condemnare. Et ꝙ defensor ciuitatis Tuderti possit quoties ei videbitur expedire contra dictos superstites siue custodes predictorũ carcerum examinare in testes tam de carceratis in ipsis carceribus quam etiam de non carceratis. Quodq; dicti custodes siue superstites teneãntur & dẽant ad penã decẽ libraꝵ cort. in qua ꝑ eundem defensorẽ si cõtrafecerit condẽnetur eidẽ defensori ꝑ eius officiales & familiã mictere omnes & singulos carceratos pro q̄bus ipse defensor miserit quoties & q̃n ipsi defensori videbiť periculo tñ ipsius defensoris. Et sup predictis omnibus & singulis Idem defensor procedere possit breuiter, summarie & de plano sine strepitu & figura iudicii. Ita tamen ꝙ dicti supstites siue custodes non teneãtur nec cogi posse mictere ad dictũ defensorẽ aliquos carceratos qui condẽnati essent principaliter vel secũdario in ꝑditione ꝑsone vel mẽbri. Sed eos dictus defensor ꝑ suos officiales quando expediens fuerit examinari facere in dictis carceribus teneatur.

De inquisitione facienda, a, carcerato tempore sue relaxationis. Rubrica .cxxii.

ITem statuimus ꝙ domini Potestas & Capitaneus ciuitatis Tuderti & q̄libet eoꝵ q̃ñcũq; fecerint aliquẽ eximi siue relaxari de carceribus cõmunis Tuderti teneãtur talẽ quondam carceratum tꝑe sue relaxationis siue exẽptionis corã se facere ꝓsentari & ab eo diligẽter inquirere & inuestigare si superstites siue custodes dictorum carcerum vel alii in ipsis carceribus carcerati ab eodem carcerato aliquid acceperunt seu si contra eum aliquam iniuriam vel molestiam intulerunt contra formam statutorum dicti communis.

De pena custodum relaxantium contra infrascriptam formam carceratos. Rubrica .cxxiii.

ITem statuimus ꝓ superstites siue custodes carcerũ cõmunis Tuderti teneãtur & dẽant oẽs & singulos quos in eis tꝑe sue conductionis inuenerint carceratos seu q̄ ipsa cõductione durante in eis postea fuerint carcerati bene & caute custodire & saluare nec aliquẽ eoꝵ extrahere de dictis carceribus seu exire ꝑmictere siue pati sine expssa licẽtia Potestatis siue Capitanei vel alterius rectoris siue officialis de cuius mãdato aliq̄s eoꝵ ꝓ aliquo maleficio in ipsis carceribus fuisset reclusus aut sine licentia creditoris ad cuius petitionem aliquis eorum in dictis carceribus esset ꝓ aliquo pecuniario debito. Cõtrafaciẽtes vero ꝑ eoꝵ quolꝫ penã decẽ libraꝵ cort. pro quolibet quẽ cõtra vel ꝓter dictã formã de dictis carceribus extraherẽt vel exire ꝑmicterẽt incurrãt vice q̃libet ipso facto. Ita tñ ꝙ ꝓdictis nõ obstãtibus eis liceat omni tñ suo periculo cuiuscunq; casus occurrẽtis unũ vel plures de ipsis carceratis qui in ꝑditione ꝑsone vel mẽbri principaliter uel secundario nõ fuerint cõdemnati siue non fuerit cõdemnatus, nec ibi pro graui maleficio siue graui pecuniario debito detinerentur siue detineretur mictere per ciuitatem Tuderti pro elimosinis potendis recipiendis pro se & aliis carceratis.

De certis solemnitatibus & cautelis obseruandis per custodes carcerum & per camerariũ & eius Notarium circha incarceratos & relaxatione captiuoꝵ. Rubrica .cxxiiii.

Item Statuimus q supstites siue costodes carcerū cōmunis Tuderti teneant quotiescūq aliquis de mādato alicuius rectoris uel offālis dicti cōmunis micteret ad dictos carceratos quacūq rōne uel cā statim assignare & exhibere in scriptis camerario camere dicte cōmunis nomen & pnomē talis carcerati & cām sue carcerationis, & p quāta quātitate carceratus esset. Et q dictus camerarius siue notarius eius pdicta omnia scribere teneat ad petitionē dictorū superstitum siue custodū. Et q postea qū talis carceratus relaxaretur & liberaretur ab ipsis carceribus scribi faciāt p dictā camerariū uel eius notariū ipsius relaxationē & liberationē & diē ipsius relaxationis & liberationis. Et relaxatio siue liberatio aliter facta nō valeat ipso iure nec ex ea taliter relaxato emolumētū aliqd acqratur. Et q dicti supstites siue custodes pdictā formā nō seruantes p Potestatē siue Capitaneū ciuitatis Tuderti pro quolibet preter uel contra dictam formam carcerato uel relaxato in libris centum cort. condemnetur.

Quod Potestas & Capitaneus ordinamenta carcerum faciant obseruari. Rubrica .cxxv.

Item Statuimus q Potestas & Capitaneus ciuitatis Tuderti teneātur & debeāt uinculo iuramenti & pena quingētarū librarū cort. ad petitionē cuiuslibet pdicta omnia capitula de materia carceratorū loqntia plene & integraliter obseruare & obseruari facere, in qua pena qlibet eorū cōtrafaciēs p suū sindicatorē tpe sui sindicatus dēat cōdēnari. Et q defensor dicti cōmunis teneatur & dēat ad dictā penā & vinculo iuramenti de omnibus & singulis in eisdē capitulis cōprehēsis quolibet mēse inqrere & culpabiles reptos in penis debitis cōdēnare.

De pœna reproperantis iniurias offensiones uel executiones personales & de modo probandi. Rubrica cxxvi.

Item Statuimus q si quis iniuriose ac irato animo reproperauerit alicui aliquod homicidium cōmissū p quacūq psonā quomodocūq in psonā sui Patris uel matris seu cuiuscūq alterius sui ascendentis p lineam paternam uel maternā siue in personam sui filii uel filie uel alterius sui descendentis, siue in personā sui fratris uel sororis carnalis uel alterius sibi cōiuncti ex agnatitia uel cognatitia prole usq in secundū gradū inclusiue siue aliquam executionem alicuius ultimi supplicii factam auctoritate publica uigore alicuius sententie in personam alicuius de predictis uel aliud huiusmodi in centum libris corthonensium vice qualibet puniatur. Si uero taliter reproperauerit alicui abscissionem alicuius sui membri vel alicuius predictorū uel aliud enorme vulnus illatum in eum vel in aliquem de predictis seu executionem auctoritate publica factam amputatione alicuius membri ipsius vel alicuius predictorum siue grauem executionē factam citra vltimum suppliciū vigore alicuius sententiæ cōtra eū vel aliquē predictorū in libris vigintiquinque den. corthonensium vice qualibet puniatur. De repropriis dicto modo autem factis & de aliis leuioribus offensionibus siue executionibus huiusmodi illatis uel factis in personam suam vel alicuius predictorum puniatur talis reproperans, a, quadraginta sol. usque in decem libris corthonensium arbitrio Potestatis uel Capitanei ciuitatis Tuderti de tali Maleficio cognoscentis. Consideratis ipsius facti qualitate & conditionibus personarum & aliis suis debitis circunstantiis. De improperio dicto modo autem facto de uerbis contumeliosis uel iniuriosis dictis contra eum uel contra aliquem predictorum puniatur talis reproperans in uiginti solidos usque in tres libras arbitrio iudicantis, habita consideratione præmissa. Et ad fidem faciendam de homicidiis, offensionibus & executionibus suprascriptis dicto modo reproperatis sit sufficiens probatio si de ipsis uel aliquo eorum appareret publicum instrumentū

pacis inde factæ, siue sententia condemnatoria dicta de causa promulgata siue alia legitima probatio, seu huius dericiendo & si probetur saltē per quinq; testes idoneos de fama publica deponentes.

Quod processus & sententiæ facti & latæ olim contra rebelles sint cassi & cassæ, & de restitutione ipsorum, & pena repropetantis ipsis rebellibus, vel ipsorum infamiam allegantis. Rubrica. cxxvii.

CVm homines ciuitatis & comitatus tuderti olim multa tēpora retrohacta in magna discordia & seditione vicissim fuerint & permanserint inimico humani generis operante, & nunc diuina fauente clementia ad pacem, concordiam & reconciliationem redierint, idcircho pro euidenti & cōmuni cōmodo & quiete hominum dictæ ciuitatis & comitatus eiusdē & pro conseruatione & corroboratione dictæ concordiæ, reconciliationis & pacis, hac lege salubberrima duximus statuendum. Quod omnes & singuli homines tā de ciuitate & comitatu predictis quam etiā aliunde olim exbititii & rebelles dicti cōmunis qui exbanniti & condēnati apparerent in libris dicti cōmunis per quoscunq; rectores seu officiales olim dicti cōmunis seu qui ex forma quorumcunq; statutorum, ordinamentorum, decretorum, prouisionum uel reformationum dicti cōmunis iudicati & declarati fuerint pro rebellibus, exbititiis, cōdemnatis uel exbānitis dicti cōmunis cā seu occasione proditionis, coniurationis, cōspirationis, subuersionis siue turbationis pacifici status ciuitatis & comitatus predictorū factæ, tractate & ordinate per eos seu quæ facta, tractata & ordinata dicebātur aut causa uel occasione receptionis sequelæ uel cuiuscunq; fauoris per eos facti seu præstiti siue que facta uel præstita dicebatur de aliquo siue alicuius uel alicui de prędictis rebellibus, exbititiis & proditoribus dicti cōmunis sub quacunq; forma & cōceptione uerborū, a nono die mensis iulii Millesimi, tricentesimi, trigesimi secundi citra sint & esse intelligantur ipso iure, fictione, potestate & auctoritate presentis capituli, pro exēptis, absolutis & liberatis ab ipsis bānis & cōdēnationibus & penis omnibus tā personalibus quā realibus in quibus incurrissent uel incidissent siue incurrisse uel incidisse dici possent per predicta exbannimēta, sententias, statuta, ordinamēta, decreta, prouisiones uel reformatiōes siue per dicta maleficia uel aliquod eorū quæ uel quod per eos uel eorū aliquē perpetrata siue perpetratū fuissent siue fuisset siue fuisse dicebātur uel dicebatur. Liberantes & absoluētes eosdem ab ipsis omnibus exbannimentis, cōdēnationibus atq; penis, ipsasq; exbānimēta & cōdēnationes ac ēt omnia & singula prędicta statuta ordinamēta, decreta, prouisiones & reformationes contra prędictos uel aliquē prędictorū seu cōtra ipsorū parentes uel liberos tā natos quā nascituros & tam legitimos quā illegitimos siue cōtra eorū vxores seu fratres uel sorores eorūq; fautores cōplices & sequaces facta & factas sub quacūq; forma siue uerborū cōceptione & manu quorūcunq; notariorū apparerent, & ēt processus quoslibet factos dictis de causis uel aliqua ipsarū cassamus, irritamus, adnullamus & nullius efficaciæ uel ualoris ipso iure esse decernimus & declaramus, ac pro cassis, cancellatis & irritis haberi censemus, mandantes nihilominus ea omnia cassari & cancellari debere ad cuiuslibet petitionē per quencunq; officialē dicti cōmunis quem ad id domini priores populi tudertini duxerint deputādū, ipsosq; & quēlibet ipsorum ad famā, bñficia, officia & honores integrum restituimus & reintegramus, & pro in integrū restitutis & reintegratis ad ea oīa ipso iure intelligi & haberi debere auctoritate & fictiōe prēsentis capituli decernimus & declaramus. Reducētes & reponētes eosdē & quēlibet eorū in eo statu in quo erāt ante diē nouē supradictā mensis iulii, necnon ex contra nostra sciētia ratificātes, approbātes & emologantes omnia & singula facta, promissa & conuēta ipsis rebellibus & exbititiis per sindicū dicti cōmunis scripta manu iacobi, simutii & dominici magistri tudini notariorum de tuderto ita tamē quod quicunq; ex eis nō promisserit ea ad quæ per formā dictarum promissionū et cōuentionū tenebant ad petitionē dictorum dñorū priorū ea promictere teneatur

179

& generaliter oia & singula ea facere ad quae & prout tenerent̃ ẽm formã instrumẽtoꝝ p̃dictoꝝ. Preterea volumus ꝙ si aliqs p̃dictoꝝ exhibitiorum siue rebelliũ in dicta rebellione siue in statu p̃dicto decesserit ante recõciliationẽ & pacẽ p̃dictã ꝙ heres eius habeat & habere debeat omnia singula bona & iura quae olim talis exhititius siue rebellis habuerit tpe quo in dictam rebellionẽ siue in statũ predictũ incidit, & ad ipsa omnia potestate & fictione p̃sentis capituli sit & esse intelligatur in integrũ restitutus Habendo & recuperãdo ea in eo statu in quo ipsa bona erant tpe reconciliacionis & pacis predicte. Insup decernimus & mãdamus ꝙ nullus audeat vel presumat contra aliquẽ de predictis exhititiis & rebellibus uel ipsorũ sequacibus, cõplicibus seu fautoribus reproperare, proponere, opponere vel allegare in iudicio uel extra in ipsorũ uel alicuius eorũ iniuriam, cõtumeliam, uerecundiam uel infamiã aliquid de predictis. Cõtrafaciens uero aliquid de predictis extra iudiciũ iniuriose & cõtumeliose reproperãdo in vigintiquinqꝫ libris cort. vice qualibet & pro quolibet cõtra quẽ tale reproperiũ fecerit puniat̃. Si uero in iudicio opponẽdo, proponendo uel allegando in quignentis libris cort. vice qualibet puniatur. Et nihilominus talis oppositio nullatenus admictatur sed p qoelibet rectorẽ & officialẽ dicti cõmunis reiciatur omnino. Et predicta omnia singula Potestas & Capitaneus ciuitatis Tuderti teneãtur & debeant uinculo iuramenti & pena quignentarũ librarũ cort. pro quolibet eorũ plene & integraliter obseruare ac obseruari facere. Quod capitulum & omnia in eo contenta omnibus & singulis aliis statutis, ordinamentis & reformationibus dicti communis & cuilibet alio iuri in contrariũ loquenti volumus preualere.

De pena euellantis terminos & prope terminos laborantis contra infrascriptam formam: Rubrica .cxxviii.

ITem Statuimus ꝙ nullus de ciuitate vel comitatu Tuderti aliquẽ terminũ amoneat vl̃ euellat. Et qui contrafecerit puniatur pro quolibet termino amoto uel euulso & qualibet uice in quinquaginta libris cort. Item ꝙ nullus debeat laborare prope aliquem terminũ per unum pedem ad mensuram pedis cõmunis Tuderti. Qui uero contrafecerit puniatur pro qualibet uice in centũ sol. cort & de tali laboretio stetur & credatur iuramento talis accusatoris. Et nullus audeat contra ius edificare uel aliquod opus siue laboreriũ facere in re uel sup rem alterius. Et qui contrafecerit in centũ sol. cort. uice qualibet puniatur. Et nihilominus quod indebite fecerit destruatur suis sumptibus & expensis & ad statum pristinum reducatur.

De cessionibus prohibitis & pena contrafacientiũ. Rubrica .cxxviiii.

ITem Statuimus ꝙ nulla persona emat uel quouis alio alienationis titulo recipiat aliquam actionem uel ius aliquod contra aliquam p̃sonam de ciuitate uel comitatu Tuderti uel cõtra eius bona contra uel preter ipsius uoluntatẽ tunc temporis interuenientẽ preterquam in casibus infra eodem capitulo specialiter exceptuatis. Et si secus factum fuerit non teneat ipso iure. Et nihilominus talis debitor & talia eius bona contra quẽ seu contra quae bona talis alienatio facta fuerit ipso iure sit & intelligatur ac sint & esse intelligantr extunc uigore & fictione presentis capituli liberatus & absolutus & liberata & absoluta ob omni obligatiõis uinculo quo ipse uel ipsa bona tali alienanti astrictus & obligatus siue astricta & obligata fuerat siue fuerant. Nec non in libris quignentis deñ. cort. communi Tuderti talẽ actionem siue ius tali dicto modo recipiens uice qualibet condemnetur. Ceterum si talis contrafaciens nõ esset suppositus iurisdictioni dicti communis in ciuilibus & criminalibus eo casu eius proximior cõsanguineus ex paterna linea vl̃ ꝑ in secundum gradum inclusiue pro ipso non subiecto tãtãdẽ pro pena dicto

cōmuni soluere teneatur, & talis etiā nō suppositus nō audiatur nec sibi aliquod ius reddatur in aliqua curia dicti cōmunis, salua semper ecclesiastica libertate, cui per presens capitulum non intendimus in aliquo derogari, predicta tamen locū habere nolumus in casibus infrascriptis uel aliquo eorundē videlicet quando talis alienatio fieret alicui pretextu & occasione alicuius solutionis per eum factæ uigore alicuius obligationis quam pro alio in iuditio uel extra iuditiū susceperisset, quo quidē casu usq; in sumā pecuniæ taliter solute ac expēsarū & interesse talis soluētis talis alienatio impune ac licite fieri possit, liceat ēt cuilibet creditori actiōes & iura quas & quæ habet mādare & credere suo fideiussori de omni & p oi et toto eo & qd ipse fideiussor soluerit p eius principali debitore & ēt uni uel pluribus de suis debitoribus principalibus cōtra aliū vel alios correū siue cōreos debēdi ac ēt vni uel pluribus de suis fideiussoribus cōtra ipsius vel cōfideiussorē siue cōfideiussores p ea v3 . pte quā talis debbitor siue fideiussor tali creditori soluerit vltraquā sibi soluēti cōtigisset de debito qd soluisset, necnō quado talis alienatio fieret alicui psonæ cōuēte hipotecharia actiōe cōtra ipsius auctorē liceat quoq; cuilibet tpe vēditiōis vel alterius alienatiōis quā faceret dere aliqua cedere & mādare ei cui rē ipsam vēderæt uel alieāret actiōes & iura quas & quæ haberet occasione talis rei tā contra suū auctorē quā contra emphiteotā vel conductorē talis rei vigore ipsiu emphiteoticharii siue conductionis contractus, ac ēt contra quācūq; aliā psonā & in quibuscunq; bonis pro defensione illius rei duntaxat. Liceat etiā cuilibet pro dote sibi debita cessionē recipere contra quancunq; personam quæ ad ipsius solutionē teneretur. Necnō cuilibet, a, suo tutore, curatore, procuratore siue negociorū gestore liceat recipere cessionē actionum & iuriū per eum tutorio, curatorio, procuratorio siue gestorio nomine acquisitarū siue acquisitorū, & pdicta omnia nō solū in futuris sed etiā in pteritis non dū decisis, a, die videlicet septima mensis nouēbris millesimi, tricentesimiquarti, citra uendicent sibi locum.

De falsitatibus & falsariis puniendis & cohercēdis. Rub. cxxx.

ITem statuimus q quicunq; falsam monetā fabricauerit aut fabricari fecerit in ciuitate uel comitatu tuderti igne cōburetur, ita q penitus moriatur, si uero ipsam scienter expediderit aut pro ea expendenda eā apud se habuerit in ducentis libris cort. puniatur, Sed & si bonam monetā totōderit raserit aut quouis alio modo malitiose minuerit in libris ducentis similiter puniatur, & nihilominus ppetuo sit infamis. Qui vero aurū uel argentū fraudolenter & falso fabricauerit uel cōposuerit siue fabricari uel cōponi fecerit in alterius piudiciū aut falsum provero & puro vendiderit uel quouis alio titulo alicui alienauerit in libris centū cort. puniatur qualibet uice, & nihilominus ppetuo sit infamis, ac qui aurū uel argentū ab aliqua psona pro aliquo opere cōficiendo receperit, & deinde nō de ipso sed de alio non æque bono ipm opus cōstruxerit in libris centū cort. puniat. Qui aūt sciēter falsum instrumentū uel aliā falsam scripturā in alterius piudiciū cōfecerit aut cōfici fecerit, aut aliquod ue3 instrumentū siue aliquā ueram scripturam falsificauerit in libris qngenti cort. uice qualibet puniatur, & nihilominus ppeuæ infamię notā ipso iure se nouerit incursurum. Nec de cetero ad aliquod dicti cōmunis officium siue beneficiū admictatur, & si talis malefactor fuerit notarius ex tunc ipso iure ipso notariatus officio perpetuo sit & intelligatur esse priuatus quas penas si soluere nō poterit eidē manus a brachio seperet & nihilominus perpetuo sit infamis. Qui uero staturum dicti cōmunis in aliqua sui parte falsificauerit siue raserit similiter penam librarum quingētaq; ipso facto incurrat, quam si soluere nō poterit eidem manus, a, brachio amputetur, & nihilominus perpetuo sit infamis, itē quecunq; persona coram aliquo rectore uel officiale ciuitatis tuderti seu coram aliquo arbitro siue arbitratore falsum testimonium tulerit in aliqua seu super aliqua litæ, questione, uel causa in libris quingentis cort. uice qualibet puniatur. Quam penam si soluere non poterit amputet sibi lin

181

gua, & nihilhominus perpetuo sit infamis, qui autē falsum instrumentū aut testē scienter induxerit in aliqua seu super aliqua litæ causa uel questione coram potestate, capitaneo uel aliquo aliio officiale alicuius curiæ tudertinæ aut coram aliquo arbitro seu arbitratore in libris quingentis cort. pro quolibet tali instrumento uel teste uice qualibet puniatur. Si uero aliquis publicus baiulus uel preco dicti cōmunis aliquam falsam citationem, proclamationem bandum siue ambassiatā ex parte vel de mandato alicuius rectoris vel officialis alicuius curiæ tudertinæ fecerit sine alicuius de ipsis rectoribus vel officialibus falso retulerit se fecisse in preiudiciū alicuius in libris centū cort. vice qualibet puniatur, & nihilominus ꝑpetuo sit iafamis, siquis in ꝑiuditiū alterius falso mutauerit sibi nomen, pronomen, Agnomen vel cognomen seu falso & in alterius ꝑiudiciū asseruerit se esse aliunde quā sit in libris centū cort. vice qualibet puniatur. Insuper siquis scienter, deceptorie & falso submiserit & supposuerit se ipsum vel aliū vice & loco alterius & sub hac simulatione, fictione & fraude cōfici & conscribi fecerit aliquod instrumentū per aliquē notariū de aliquo uel super aliquo cōtractu vel quasi, siue distractu vel aliqua vltima voluntate puniatur tā talis submictens & suppones quā etiam talis submissus & suppositus ꝑsonaliter & realiter seu personaliter tm̄ & realiter tm̄ arbitrio iudicantis, considerantis facti qualitate & ꝑsonarum conditionibus & aliis debitis circunstantiis.

¶ De pena patefacintium credentias. Rub. .cxxxi.

ITem statuimus ꝙ potestas & capitaneus ac cæteri officiales & consiliarii cōmunis tuderti et omnes alii qui vocati fuerint ad consilia dicti cōmunis omnia & singula quæ in ipsis cōsiliis tractata, ordinata & deliberata fuerint secreta tenere & nemini propalare, quæ quidem locū habeāt in quolibet cōsil otā populi quā generali dicti cōmunis & in quolibet alio quod de mandato dñorū priorū populi tudertini fuerit addunatū in eo videlicet casu tantū quo in tali consilio per illū qui tali cōsilio tūc præesset in iuncta fuerit credentia imperpetuū vel ad tempus, & si dictus potestas uel capitaneus siue alius in dicto consilio tunc ꝑsidens cōtrafecerit in libris quingentis cort. & si alius officialis forensis in ducentis libris cort. & si consiliarius uel alius qui in ipso consilio interfuerit in libris quinquaginta cort. uice qualibet puniatur.

¶ De pena tenentis instrumentum soluto debito. Rub. cxxxii.

ITem statuimus ꝙ quilibet creditor postquā fuerit sibi satisfatū de debito teneatur ad petitionem quondam sui debitoris instrumentum ipsius debitoris sibi tradere & restituere cancellatū si illud, a, notario qui de ipso contractu rogatus fuerat in publica forma receperit & ipsius restituendi habuerit facultatē Si autē dixerit se illud amisisse & hoc suo iuramento, asseruerit ad restitutionem illius minime teneatur. Sed eo casu faciat rogitū siue in breuiaturā talis debiti cancellari, & nihilominus faciat ipsi debitori instrumentum finis & liberationis de tali debito & in ipso instrumento eidē ꝓmictat sibi tradere & restituere ipsum instrumentū quod allegaret deperditū mox postquā ipsius restituendi habuerit facultatē, & si predicta non faceret in libris decem cort. uice qualibet puniatur. Insuper si quis sciens seu qui uerisimiliter scire ꝑsumeret sibi uel auctori suo debitū esse solutū totaliter uel pro aliqua parte illud nihilominus sibi postea solui petierit puniatur in duplo eius quod sic in debite patierit sibi solui, cuius penæ medietas sit cōmunis tuderti, & alia medietas sit illius, a, quo tale in debitum petiisset, & nihilominus obseruationi omnium predictorum subiaceat.

¶ De pena Mercatoris non cancellantis credentias solutas. Rubri. cxxxiii

ITem statuimus ꝙ mercatores & cāpsores ciuitatis vel comitatus tuderti seu in ipsa ciuitate uel comitatu habitantes teneantur cassare & cancellare rationes suorum librorum in quibus scripte sunt ipsorum credentie postquā fuerit eis satsfactū ad petitionē cuiuscunqꝫ cuius inter-

esset, Quod si quis eorũ non fecerit, sed quod iam sibi solutũ esset petere & exigere nitteatur, eo casu iudex corã quo talis questio uerteretur teneatur tali mercatori uel cãpsori auferre nomine penæ duplũ eius ꝙ sic in debite petiisset, cuius penę medietas sit cõmunis tuderti & reliqua me dietas sit illius, a, quo tale in debitũ petiisset, & nihilominus ad ipsam cancellationẽ faciendam ipsum cohercеat omnibus iuris remediis opportunis ad petitionem talis conuenti.

De pena furti, guasti, incendii & robarię. Rubr. .cxxxiiii.

Item statuimus ꝙ quilibet fur, seu derobator stratarũ, & quilibet qui incendiũ siue guastũ in rebus alicuius intulerit, & quilibet cuius mandato ipsum incendiũ siue guastũ factũ fue rit puniatur realiter & psonaliter siue psonaliter tm̃ uel realiter tm̃ iuxta prouidũ arbitriũ potestatis siue capitanei ciuitatis tuderti de tali maleficio cognoscentis cõsideratis in pdictis et quolibet eorum qualitate ipsius maleficii & conditione persone talis malefactoris & aliis suis debitis circunstantiis.

De prauo Igne, & de hiis qua addictã materiã pertinet. Rub. scxxxv.

Item statuimus ꝙ quandocũ ꝙ prauus ignis accensus fuerit in ciuitate, burgis uel suburgis tuderti, quod deus auertat, domini priores populi tudertini teneantur facere pulsare cam panam grossam palatii veteris dicti cõmunis & banniri per ipsam ciuitatem ꝙ ad ipsum ignẽ extinguendũ ire debeant omnes fabri, Carpentarii, muratores, lapicidarii, fornarii, & for nachiarii tunc in ipsa ciuitate habitantes si talis ignis tunc in ipsa ciuitate accensus fuerit. Si uero in aliquo de pdictis burgis uel suburgis ꝙ eo casu illi fabri, carpentarii, muratores, lapicidarii, for narii & fornachiarii qui tunc habitaret in tali burgo uel suburgo ire teneantur ad ipsum ignẽ ex tinguendũ cum ferramentis & instrumentis opportunis sub pena cẽtũ sol. cort. pro quolibet eo rum contrafaciẽte & qualibet uice. Declarantes ꝙ omnes burgi & suburgi uie plane habeantur pro uno burgo quo ad contenta in psenti capitulo, & burgi & suburgi sanctæ Praxedis pro vno alio burgo, & plana sancti georgii & portafracta pro uno alio burgo, & burgus cupe pro uno alio burgo, extincto vero dicto igne dicti fabri, carpẽtarii, muratores, lapicidarii, fornarii, & fornachia rii habitãtes intus portas dictæ ciuitatis, si intus dictas portas contigerit talẽ ignem accendi cõ pareant corã dictis dominis prioribus personaliter & se scribi faciant, habitantes uero in dictis burgis uel suburgis cõpareant corã banderariis burgi inquo dictus ignis fuerit, & se ab eo scribi faciant. & quilibet ipsorum qui ad dictũ ignẽ extinguendum traxerit & ad eius extinctionẽ ope rã dederit habeat de pecunia dicti cõmunis pro suo labore quinq; sol. cort. preterea quia intus ci uitatẽ veterẽ & in burgo cupe, & in burgo portefacte & in plano sancti Georgii sunt pauci fa bri, carpentarii, muratores & lapicidarii adeo ꝙ non sufficerent ad refrenationẽ & reparationẽ di cti ignis decernimus ꝙ per dictos dominos priores eligantur ducenti boni populares intus por tas ciuitatis pdicte veteris & quinquaginta in burgo cupe & alii quinquaginta in burgo portafra ctæ & in dicto burgo plani sancti Georgii apti ad huiusmodi ministeriũ quiquidẽ ad sonũ dictæ cãpane pro indicatione & manifestatione dicti praui ignis pulsandæ subito ire debeant ad locũ dicti ignis cum omnibus ferramentis & instrumentis ad huiusmodi necessariis pro extinguendo ipsum ignẽ videlicet habitantes intra dictas portas ad locũ dicti ignis accensi intra dicta portas & habites in dicto burgo cupe ad locũ dicti ignis accensi in dicto burgo, & habitans in dicto bur go portefracte & in dicto plano sancti geogii ad locum dicti ignis in altero dictorum locorum ac censi, & quilibet eorũ qui fuerit negligens in pditis puniatur uice qualibet in cẽtum sol. seu mino ri pena arbitrio iudicãtis considerantis facti qualitate & conditione suæ personæ, & siquidem cõ

183

tigerit ꝙ occasione extinguēdi dicti praui ignis aliquis p̄dictoꝝ lederet̄ vel offenderet̄ in aliqua
parte sui corporis curari debeat expēsis cōmunis tuderti, nulli autē tēpore dicti praui ignis si de
nocte occurrerit liceat ire per dictā ciuitatē tuderti p̄ter psonas superius nominatas, & p̄ter illas
psonas in quarū domibus esset talis ignis seu que haberent propriā uel sue habitationis prope ip
sam domū in qua esset talis ignis per decem domos uel pauciores, & p̄ter cōsanguineos & affi-
nes illius in cuius domo seu cuius habitatione talis ignis esset accensus usq; in tertiū gradum in
clusiue, & p̄ter mulieres & etiā p̄ter fratres & nepotes carnales p̄dictorum artificum quibus ire
liceat sine pena ad ipsum ignē extinguēdum & ipsis extinguētibus auxiliandum, qui vero cōtra
fecerit in libris cētum cort. uice qualibet puniat̄. Itē si talis ignis esset de nocte intus dictas por
tas ciuitatis veteris & artifices Burgoꝝ & suburgoꝝ habētes eorum apotechas ꝓpinquas do-
mui in qua esset talis ignis ꝑ decē domos vel pauciores vt dictum est, & eoꝝ fratres, filii fratres
nepotes carnales, socii in ipsa apotecha & eoꝝ discipuli possint tunc impune intrare intus di-
ctam ciuitatē per portas uel aliunde ad succurrendū pro defensione & recuperatione rerū suarū
siue talis eorū ꝓpinqui, socii uel magistri, nulli quoq; de personis supranominatis quibus licet ire
ad extinguendū talē ignem liceat tempore dicti ignis deferre aliqua arma offendibilia nisi accep
tas uel secures defendibilia vero cerbelleria pauensem tabulatium siue targiam pro tuitione sui
corporis impune liceat tunc temporis cuilibet ipsorum deferre, si quis vero contrafecerit si fue-
rit popularis & pro populari habitus secundū formam statutorū dicti cōmunis puniatur ꝑ quo
libet ipsorū armorum offendibiliū in vigintiquinq; libris cort. Si vero fuerit magnas & potens
idest pro magnate & potente habitus secudum formam statutorū dicti cōmunis in quinquagin
ta libris cort. puniatur. si quis autem de prohibitis ire per ciuitatem tempore talis ignis de nocte
inuentus fuerit portare aliqua arma offendibilia siue fuerit popularis siue magnas & potens ut
dictū est, puniatur in duplo dictarū penarū. Volumus etiam statuētes ꝙ cōmune tuderti fieri &
fabricari faciat vncinos ferreos & alia instrumenta apta ad refrenandū & extinguendū talem
ignem qui & que destribuantur inter homines singularū parrochiarū sicut dictis dominis priori
bus visum fuerit expedire, & nihilominus per dictos dominos priores eligātur quinquaginta bo
ni populares qui sic electi tempore talis ignis subito audito dicto sono dictæ campanæ sufficien
ter muniti armis necessariis tam offendibilibus quā defendibilibus se representent coram ipsis
dominis prioribus ipsorū parituri mandatis & omnia operaturi que ab eisdem dominis priori-
bus pro conseruatione pacifici status ciuitatis & populi tudertini habuerint in mādatis & ab eis-
dem non discedant sine licentia ipsorū ad penam vigintiquinq; librarū cort. prō quolibet eorū
contrafaciente. Insuper teneātur vicini domus in qua esset accensus talis ignis subito accenso et
propalato tali igne ipsum dictis dominis prioribus notificare, & si de nocte fuerit etiam omnes,
custodes dictæ ciuitatis burgorū & suburgorum teneantur & debeant in combariis clamare &
vociferare alta uoce & dicere domus talis comburitur, sub pena uigintiquinq; sol. cort. pro quoli
bet eorum contrafaciente. Preterea uolumus ꝙ nulla persona de una domo ad aliam portet ignē
nisi in olla uel alio uaso cupo, contrafaciens uero in uiginti solidorum cort. uice qualibet condem
netur, & cuilibet liceat talē contrafacientem accusare & denunciare & eius nomen teneatur in
secreto & habeat medietatem dicti bandi quod ex eius denunciatione uel accusatione in camerā
dicti cōmunis peruenerit. decernentes insuper ꝙ dicti domini priores teneantur uinculo iuramē
ti quolibet sero per aliquod temporis interuallum ut eis uidebitur post pulsationem trine campa
ne quæ pulsatur, de sero postquā pulsationem nullus potest ire de nocte facere pulsari campanā
stantem in palatio habitationis ipsorum, ad quem sonum quilibet de dictis ciuitate, burgis & su-
burgis teneatur ignem in domo sua facere coperiri, ita & taliter ꝙ nullam, deo dante, possit lesio
nem inferre, & nihilominus custodes nocturni dictæ ciuitatis, burgorum & suburgorum uideli-
cet primi uigiles post dictum sonum per dictam ciuitatem, burgos & suburgos uidelicet custodes

dicte ciuitatis in ipsa ciuitate & custodes burgorum & suburgorũ in ipsis burgis & suburgis clament alta uoce & dicãt ꝙ qlibet cohoperiat ignem & cãdelas & lucernas custodiãt diligẽter cõtrafaciẽs uero uice qualibet in qnqꝫ sol.cort.puniat, & predicta omnia predicti dñi priores saltẽ semel tẽpore cuiuslibet prioratus baãniri faciãt binis tubis per ciuitatem, burgos, & suburgos tuderti in locis cõsuetis & ea executioni mãdari faciãt sub uinculo iuramẽti.

¶ De rapinis, furtis & aliis excessibus cõmissis tempore praui ignis. Rubrica. cxxxvi.

ITem statuimus quecunqꝫ persona tẽpore accensionis praui ignis rapuerit seu furatus fuerit uel tramauerit aliquã rem de domo ubi tunc esset talis ignis uel de aliqua domo ibi uicina & circunstãte uel aliunde ubi tales res posite essent seu alibi ubicunqꝫ dum ipse exportaret ad hoc ut cõseruarẽtur salua & illese ab ipso igne, teneatur talẽ rem reassignare & restituere cum effectu domino ipsius rei infra tertiam diẽ tũc proxime subsequentẽ. Si qs vero contrafecerit siquidẽ talis res fuerit valoris & extimationis quadraginta sol. uel ab inde supra tamqñ latro publicus furcis laqueo suspẽdatur. Si autem fuerit minoris ualoris amputetur ei manus dextra, ita ꝙ, a, brachio separetur. Nullus etiam audeat uel ꝑsumat tempore talis ignis aliquem in ꝑsonam quoquomodo offendere, contrafaciens uero puniatur in duplo pene contente in statuto de tali offensione loquente.

¶ De pena intrantis secundas portas palatiorum & limina stabulorũ potestatis & capitanei & defensoris cõtra formã ꝑsentis capi. Rub. cxxxvii

ITem statuimus ꝙ nullus ciuis, comitatensis uel incola tuderti intret limina secundæ porte palatii ueteris uel noui in quibus habitant potestas & capitaneus ciuitatis predictæ, nec limina secũdi hostii domus in qua habitat dominus defensor ciuitatis ꝑdictæ nec limina hostiorum palatiorum, stabulorum siue domorum predictorum rectorũ uel alicuius eorum, exceptis infrascriptis personis uidelicet. Medicis pro infirmitatibus curandis, & presbiteris & clericis pro ecclesiasticis sacramentis, & notariis reformationum cõmunis tuderti pro factis dicti cõmunis, & exceptis dominis prioribus populi tudertini & eorũ familiaribus, & tubbatoribus, caramellatiis & campanario & lauatricibus panorũ, & portatricibus aquẽ, & magistris & operariis opportunis ad reparationem & reformationem dictorũ palatiorũ & domus, & superstitibus dictorum palatiorũ, & meretricibus, & barbitonsoribus, & sartoribus pro eorũ ministerio exercẽdo, quibus omnibus & singulis in dictis casibus liceat in dicta palatia & domũ intrare quotiẽs fuerit opportunum & exceptis ipsis potestate & capitaneo & ipsorũ officialibus & famulis quibus & cuilibet eorũ liceat impune uicissim & simul conuersari in dictis palatiis & quolibet eorũ prout & quotiens de ipsorũ processerit uoluntate. Ac etiã eis & eorũ officialibus & familiaribus impune liceat tam principales litigatores quã ẽt testes pro aliqua causa criminali, mera uel mixta coram eis uertente introducere in dictas secundas portas pro ipsis maleficiis de quibus cognoscerent cõmodius & cautius inuestigandis & inueniendis postquã uidelicet talis accusationis, denũciationis uel inquisitiõis super qua talis causa fundaretur copia fuerit exhibita dominis prioribus predictis secundum formam statutorũ dicti cõmunis, & dũmodo in ꝑdictis uel aliquo ꝑdictorum nulla fraus cõmissa fuerit quoquomodo. Contrafaciens uero si de die puniatur in decem libris & si de nocte in quinquaginta libris cort. puniatur, & talem contra dictam formam ingredientem liceat cuilibet denunciare & accusare, & habeat medietatẽ totius eius quod dicta de cã peruenerit in cameram dicti cõmunis & eius nomen in credentia teneatur. Insuper teneantur dicti postas, & capitaneus & defensor quemlibet contra dictam formam intrantem punire in pena predictis, vꝫ. quilibet eorũ intrata contra dictam formam intus secundam portam palatii, seu

domus sue habitationis siue limina stabuli sibi deputati ad vsum suorū æquorꝝ, & si quis eorꝝ in predictis puniendis negligens fuerit puniatur per eius sindicatorē in duplo tempor. sindicatus ipsius de quibus quidem idem sindicus contra talem rectorem dicto tempore inquirere teneatur & ipsum repertū culpabilem predicta pena punire. Preterea uolumus statuētes ꝙ si circa ea quæ in presenti capitulo continentur aliqua ambiguitas siue obscuritas oriretur ꝙ dicti domini priores illam possint & debeant interpretari & declarare prout eis melius uisum fuerit cōuenire, hoc intellecto ꝙ presens capitulum locum non habeat quando in sala superiori alterius de dictis palatiis fieret consilium de licentia dictorum dominorum priorum, quo casu cuilibet de tali consilio impune liceat ad dictā salam accedere & ibi esse dicta de cā quotiēs & quādiu fuerit opportunū.

¶ De pena portantis Arma, & notificatione forensibus per hospites faciēda, & in quibus casibus deferētes ea nō puniat. Rub. .cxxxviii.

NVllus ciuis, comitatensis seu incola tudertinus deferat per ciuitatem uel comitatum tuderti aliquod gladium feritorium, stocchetum seu quadrelectum, contrafaciens uero in uigintiquinqꝫ libris cort. & in perditione ipsius gladii, stoccheri seu quadreletti uice qualibet condemnetur, nec aliquem beccharenem siue aliquam plumbarolam uel sarrechiam seu serpicham uel hiis similia, qui uero contrafecerit in libris quinquaginta deñ. cort. & in perditione ipsorum armorū vice qualibet puniatur. Nec ēt aliquis de predictis per dictam ciuitatē vel eius comitatū deferat aliqua alia arma defendibilia vel offendibilia nisi cū galerio siue capello palā pēdente ad eius spatulas seu ad collū seu si quocū qꝫ alio modo illud apud se palam portauerit eū do & redeundo ab ipsa ciuitate in eius comitatū vel extra vel de ipso comitatu vel extra ad ipsam ciuitatem veniendo Qui autem contra dictam formam portauerit pro qualibet specie ipsorum armorum offendibilium in sol. centum cort. & pro qualibet specie ipsorū armorum defendibiliū in sol. quadraginta cort. vice qualibet puniatur, & si talis contra dictam formam ea deferens esset forensis puniatur in quolibet dictorum casuū in duplo dictarum penarū. Preterea ne de predictis ipsi forenses ignorantiam pretendere possint teneātur hospitatores cū quibus uel in quorum hospitiis hospitarētur eis denunciare & notificare ne dicta arma portent, sed ea in ipso hospitio dimictant, & hospitator qui predicta non obseruauerit dictū bādum de suo proprio pro tali forense soluere teneatur. Ita tamē ꝙ de tali denunciatione & notificatione stetur & credatur iuramento talis hospitatoris, officiales vero forenses & eorū famuli & familiares impune arma quæcunqꝫ portare possint, & teneantur potestas & capitaneus ciuitati tuderti & quilibet eorum saltem quolibet die semel mictere de suis officialibus & familiaribus ad scurtandum & rimandū de deferētibus arma, & ꝙ quilibet sinat & patiatur libere ac pacifice ꝙ quolibet de dictis famulis eum rimetur & scrutetur, de armis, nec eisdem uel alicui eorū aliquam resistentiā faciat in predictis. Quodqꝫ nullus discedat uel seperetur se de loco ubi esset postquā aliquis de dictis familiaribus sibi prohibuerit ne discedat uel dixerit uade plane uel hiis similia uerba, cōtrafaciens uero potestate & fictione presentis capituli habeatur & censeatur perinde ac si tunc omnia arma tam offendibilia quā defendibilia detulisset, & tāquā ipsa omnia deferens in eo casu possit & debeat condemnari, & ꝙ nullus impediat aliquem de dictis officialibus & familiaribus quominus libere intrent in omnem locum in quem intrare uoluerint ad scrutandum ibidem de deferentibus arma contrafaciens uero in libris centum cort. vice qualibet puniatur. Item ꝙ nullus portet cultellum, affectapanem pizzutum siue puntutum maiorem vna spāna cum manica ad spannam hominis, contrafaciens uero uice qualibet puniatur in uiginti sol. cort. Itē ꝙ sindici castrorū & uillarū comitatus tuderti teneantur & debeant denunciare dicto potestati uel capitaneo omnes in eorū castris uel uillis quorum seu quarum sunt sindici seu in ipsorum uel ipsarū tenutis faciētes cō

tra contenta in hoc capitulo sub pena decem librarũ pro quolibet sindico cõtrafaciente si tale castrum uel uilla cuius ipse esset sindicus habuerit uiginti lares uel ab inde supra. Si uero, a, uiginti laribus infra in cẽtũ sol. cort. Quilibet talis sindicus predicta nõ faciẽs uice qualibet puniatur, & ꝙ quilibet admictatur ad accusandum quemlibet qui cõtra formam presentis capituli detulisset per comitatum predictum aliquod gladium feritorium, stocchetum, siue quadrelectum becchacinarem, plombarolam, serracchiem, serrapicham uel his similia arma. Et ꝙ in predictis casibus & quolibet eorum de tali inuentione, fuga, discesu siue resistentia relatio dictorum Berruariorum siue familiarium & cuiuscunq; ipsorum pro plena & ligitima probatione habeatur. Volumus tamẽ ꝙ nõ obstãte pñti capitulo quilibet magister lignarius licite & impune possit portare per ciuitatem predictam & eius comitatum acceptam & quodcunq; aliud ferramẽtum & instrumẽtum aptum ad ipsam artẽ lignaminis exercendã. Possit ẽt quilibet ciuis, comitatensis & incola Tuderti per ipsam ciuitatẽ & eius comitatũ licite & impune portare Acceptã Zappã Bidentẽ Vangham Palã vel aliud ferramẽtũ siue instrumentũ aptũ ad colendum siue laborãdum terram seu ad incidendum ligna. Liceat ẽt cuilibet forensi & aduene dum veniret de extra ciuitatẽ uel comitatũ Tuderti licite & impune usq; ad portas ipsius ciuitatis iter suum cõtinuando, ac ẽt dum discederet in eundo extra ipm comitatũ recto tramite omnia arma deferre. Possit ẽt propter inimicitiam quã haberet, cuius occasione iuste seu probabiliter & verisimiliter suspicetur & timeat & suspicari & timere possit & debeat ne psonaliter offendatur licite & impune portare arma defendibilia tm̃ p ciuitatẽ & districtum Tuderti cum apodissa tamẽ & liceẽtia domini potestatis vel capitaneis ciuitatis predicte. Quam quidem licentiam facta prius p eũ fide de tali inimicitia dicto potestati seu capitaneo. Et datis fideiussoribus idoneis de soluẽdo oẽm cõdemnationem de eo fiendam pro maleficio si quod commicteret. Teneatur idem dominus potestas siue capitaneus, a, quo per eum talis licentia petita fuerit eidem cõcedere ad penam vigintiquinq; librarum cort. pro quolibet eorum contrafaciente.

ℂ De pena Lusorum & assistentium ipsi ludo & ad ipsum mutuãtium. Rubrica .cxxxviiii.

ITem Statuimus ꝙ nullus ludat ad aliquẽ ludum taxillorum in aliquo loco dicte ciuitatis uel comitatus Tuderti, Cõtrafaciens uero si qdẽ ludendo ad ludum azardi siue ad quemcunq; alium ludum taxillorum preterquã ad aleas si qdẽ de die in vigintiquinq; libris cort. & si de nocte in libris quinquaginta cort. condemnetur. Et si talis ludus factus fuerit in aliqua domo sciente & patiente domino talis domus, eo casu talis domus discoperiatur & dispoperta teneatur per tres menses, a, die dicte condẽnationis in antea numerãdos. Ac ẽt de muris siue parietibus talis domus destrui debeant due pertice ad mensurã pertice cõmunis Tuderti. Si vero ludendo cum taxillis ad aleas siue ad schaculos si quidem de die in quatraginta sol. cort. Et si de nocte in centũ sol. cort. cõdemnetur. Et simili pena puniatur quilibet qui sciente & patiẽte aliquis de predictis ludis vetitis in domo sua vel sua habitatiõe vel in aliquo loco ab eo possesso siue detento factus fuerit. Ac ẽt quilibet ad talẽ ludum mutuans siue cõmodans aliquam pecunie quantitatem siue tabulerium vel taxillos. Et ꝙ potestas uel capitaneus ciuitatis pdicte & quilibet eorum possit facta eis fide de predictis saltem per unum testem de uisu uel per duos siue plures de fama publica deponentes torquere seu tormentare tales qui ad dictum ludum uetitum lusisse dicerentur, seu eis denarios uel tabulerium siue taxillos ad talẽ ludum mutuasse uel accommodasse seu eos in aliqua sua domo uel siue habitationis uel loco alio, a, se possesso siue detento scienter recepisse. Nec nõ tales repertos culpabiles de predictis possint ad confinia mictere ad eum locum & pro eo tempore de quo & quãdiu eis uisum fuerit cõuenire, facti qualitate & psonarũ

conditionibus

conditionibus ponderatis, ita q̄ nullus in dicta ciuitate vel eius comitatu retineat in aliqua sua domo vel sua habitatiōe siue in aliqua sua apotecha vel, a, se cōducta seu apud se aliquos taxillos ad penā cētū sol. cort. & q̄libet possit talē tenentē vel habentē accusare & habere medietatē bāni quod ex eius denūciatione vel accusatiōe in camerā dicti cōis puenerit, & quod familiares dicto rū dominorū potestatis & capitanei possint rimari & scrutari homines ac ēt domos apotechas pro dictis taxillis inueniendis, & q̄ quælibet psona libere ipsos sinat de pdictis scrutari & rimari ad beneplacitū & requisitionē ipsorum liceat tamen cuilibet impune ad aleas & schaculos lude re in plateis, stratis, viis & porticis aptis sine taxillis aūt liceat ludere ad schaculos vbicunq;, qui autē assuerit & adsisterit alicui de dictis ludis prohibitis puniatur in quolibet dictorū casuū in me dietate dictarū penarum. Hoc intellecto q̄ si quis esset productus vel vocatus in testē sup aliqua accusatione vel inquisitione porrecta seu formata contra aliquē occasione alicuius de dictis lu dis prohibitis & testificando dixerit se vidisse aliquem ad ipsum ludū ludentē seu ad ipsum lu dum videndū adsistentē, eo casu talis testis de tali suo visu siue assistentia nullatenus cōdēnetur, nec ea occasione contra eū procedi possit vel debeat quoquomodo, & teneantur predicti pote stas & capitaneus & quilibet eorum eligere secrete duos de eorum berruariis quos pre aliis puta uerint esse fideliores & legaliores ad inuestigandum & perquirendum de predictis lusoribus pro hibitis & de ipsorum receptatoribus & de mutantibus siue cōmodantibus eis denarios, tabule rium & taxillos, & eos iurare facere de tali officio bene & legaliter exercendo, quorum relatio in predictis eisdē cōmissis & quolibet eorum pro plena & legitima probatione habeatur, & insup dicti potestas & capitaneus & quilibet eoꝝ teneant̄ quolibet mense sui regiminis inq̄rere de pdi ctis & reptos culpabiles in penis pdictis cōdēnare. Itē q̄ sindici castroꝝ & villarū cōmunis tuder ti teneantur & debeant in scriptis referre & denūciare dicto domino capitaneo seu potestati om nes & singulos facientes contra pdicta vel aliquod predictorū in castris & villis quorum seu qua rum sunt sindici seu in ipsorū vel ipsarū tenutis sub pena decē librarū corr. pro quolibet tali sin dico cōtrafaciēte, si ipsum castrū uel villa cuius ipse est sindicus haberet viginti lares uel ab inde supra, si uero pauciores habuerit penā cētū sol. cort. talis sindicus ꝯtrafaciēs se nouerit incursurū.

¶ De obligationibus, contractis occasione ludi & de pena notarii huiusmodi instru mēta facientis. Rub. cxl.

ITem statuimus q̄ si quis lusor occasione alicuius ludi prohibiti p formam alicuius capituli statutorum dicti cōis se uel rem suā alicui cū quo talem ludum fecerit siue alii pro eo uel cui cūq; alii ꝯscio talis ludi occasiōe talis ludi obligauerit quocūq; mō uel cā titulo seu si alius dicta de cā uel occasione se uel rē suā pro tali luxore uel eius mandato obligauerit potestas & capi taneus ciuitatis tuderti & quilibet eorum ad requisitionem talis sic obligati siue pro quo & cuius contemplatione uel mandato talis obligatio sic contracta extiterit seu alicuius eius proximioris consanguinei teneantur facta sibi fide de pdictis saltem per unū testem de uisu & per tres de pu blica fama probantes iustrumentum siue rogitum inde confectum facere cancellari & talem ob ligationē penitus adnullari atq; cassari. Necnō talē obligatū, a tali obligatiōe & ab oi eoq; ex ea & ab eā in eius piuditiū factū uel secutū eēt seu q̄d fieri uel sequi posset indēnē totaliter facer̄ ob seruari, & nihilhominus talē obligationē recipiētē de ipso ludo cōdēnet̄ in ea pena quę de ipso lu do imponeret̄ p formā statutoꝝ dicti cōis. Et in dicto casu talis sic obligatus de dicto ludo nullā penam incurrat, nec dicta occasione contra ipsum procedi ualeat quoqūo ac ēt teneantur dicti potestas & capitaneus & q̄libet eoꝝ q inde ut pmictitur fuerit reqsitus facere cū idoneis fideius soribus pmicti ac caueri p illū qui talem obligationem per se vel aliū recepisset de nō offendēdo

in persona uel rebus illum ad cuius petitionē seu pro quo talis cancellatio & p̄dicta alia p̄cessis sent. Itē teneatur dictus potestas ptimo mense sui regiminis facere eligi per consiliū generale cōmunis tuderti duos bonos homines de qualibet parrochia dictæ ciuitatis qui in scriptis referant & assignant ipsi potestati vel capitaneo omnes & singulos ludentes ad ludum taxillorum prohibitum & mutuantes ad ipsum ludum, & ipsa relatione facta teneantur ipsi potestas & capitaneus cui talis relatio facta fuerit precipere seu precipi facere cuilibet notario ciuitatis predictæ ꝙ nō scribant aliquod instrumentum alicuius obligationis talium ludentium seu mutuātium sine presentia & consensu eorum patruum si eos habuerint. sine eorum curatorum si eos habuerint. Siue si eos non haberint sine consensu duorum proximiorum suorum consanguineorum ex linea paterna bene facientium eorum facta, & obligatio aliter facta non valeat ipso iure & nihilominus notarius contrafaciens in libris quinquaginta cortho. vice qualibet puniatur dummodo saltem per unum testem de uisu & per tres de publica fama deponentes vt supra dictum est probetur talem obligationē fuisse occasione talis ludi contractā. Et ꝙ in dicto casu talis notarius cōtrafaciēs facta fide ipsi potestati vel capitaneo saltem p̄ vnum testem de visu siue p̄ tres de publica fama probantes possit torqueri & ad confinia micti prout ipsi potestati vel capitaneo visum fuerit, cōsideratis facti qualitate & conditione suæ persone, & ꝙ nullus contra taliter obligatū siue qui obligatus esse diceretur suū patrocinium prestet in aliqua curia tudertina ad penam vigintiquinq; librarum cort. Item ꝙ sindici castrorum & villarum comitatus tuderti teneantur & debeant in scriptis refere & denunciare dicto domino potestati seu capitaneo omnes & singulos faciētes cōtra p̄dicta vel aliquo p̄dictoꝝ in villis uel castris quarū seu quorum sunt sindici siue in ipsarū uel ipsorum tenutis sub pena decē librarum cort. pro quolibet tali sindico cōtrafaciente, si ipsum castrum uel uilla cuius ipse est sindicus habuerit viginti lares uel ab inde supra, & sol. centū si habuerit pauciores, quod capitulum omnibus aliis capitulis dictorū statutorum uolumus p̄ualere.

¶ De pena ludentiū in facto natiuitatis domini nostri iesu christi siue in eius uigilia uel die sequenti. Rub. .cxli.

ITem statuimus ꝙ in die festi natiuitatis domini nostri Iesu Christi seu eius uigilia uel in die proxime subsequenti ludat ad aliquē ludū taxilloꝝ uetitum p̄ formā statutoꝝ cōmunis tuderti contrafaciens uero puniatur in duplo pene contente in statuto de hac materia loquente & potestas, & capitaneus ciuitatis tuderti & q̄libet eorū teneantur facere predicta banniri duobus diebus ante diē dicti festi natiuitatis domini ad duas tubas p̄ dictā ciuitatē in locis solitis, necnō in dicta die festiuitatis domini die noctuq; p̄ ipsam ciuitatē facere rimari & scrutari de contrafacientibus & repertos culpabiles de facto punire absq; aliquo processu uel sentētia propterea fienda uel promulganda. Item ꝙ sindicus castrorum & uillarum comitatus tuderti teneatur denunciare & in scriptis referre dictis dominis potestati & capitaneo omnes contrafacientes in ipsis castris uel uillis quorum uel quarum ipsi sunt sindici seu in ipsoꝝ uel ipsaꝝ tenutis, sub pena decē librarū cort. pro quolibet tali sindico contrafaciente, si tale castrū uel uilla cuius ipse est sindicus habuerit uiginti lares uel ab inde supra, si uero habuerit pauciores sub pena centum sol. cort.

¶ Quod nullus ribaldus ludat ad aliquē ludum taxilloꝝ super schalis siue gradibus schalaꝝ maioris ecclesiæ tudertinæ. Rub. cxlii.

ITem statuimus ꝙ nullus ribaldus ludat ad aliquē ludū taxilloꝝ super schalis siue gradibus schalaꝝ maioris eclesię tudertinę cōtrafaciēs uero fustigetur p̄ plateā cōis tuderti, p̄terea cuilibet liceat impune tales ibi ludētes balneare & sup̄ eos aquā prohicere, ac etiā cū uirga moderate & sine sanguinis effusione percutere & ipsos inde expellere non obstante statuto uel iure aliquo quod in contrarium loqueretur.

De pena offendentis petentē cassari & anullari obligationem cō-tractuū occasione ludi uel eius cōsanguineū. Rub. cxliii.

ITem statuimus ꝙ si quis offenderit uel offendi fecerit aliquem qui petierit cassationē uel annullationē fieri alicuius contractus uel cuiuscunqꝫ obligationis personalis siue realis contracte siue facte occasione ludi uel restitutionis alicuius rei dicta de causa pignorate seu deposite aut aliquem eius consanguineum usqꝫ in tertiū gradum inclusiue, & ipsa offensio dicta de causa facta fuerit puniatur in duplo pene quæ alias de tali offensione per formam statutorum dicti cōmunis imponeretur, & ad fidem faciendam ꝙ dicta de causa talis offensio facta fuerit sufficiat & pro plena probatione habeatur attestatio duoꝝ fidedignoꝝ testium de publica fama deponētium uel dictum unius testis de ueritate deponentis, & eadem pena puniatur quicunqꝫ tali offēsori ad ipsam offensionem faciendam prestiterit suum auxilium consilium & fauorem.

Quod nō possit renūciari statuto loquēti de materia ludi. Rub. cxliiii.

ITem statuimus ꝙ nulli capitulo statutorum cōmunis tuderti de materia ludi loquēte renūciari ualeat per quemcunqꝫ personam seu in contrarium aliquod pactum fieri, & si secus fiat tale pactum talisqꝫ renunciatio ipso iure non teneant etiam si ad eius corroborationē fuerit [redacted] uel pena apposita siue preceptum guarantigie factū sit, sed predictis uel aliquo eoꝝ nō obstātibus talē obligationē ipso iure decernimus fore nullā & ipsa capitula de tali materia loqntia semꝑ in suis uiribus remanerꝫ ꝑinde ac si nulla de dictis cautelis interuenisset.

Quod Rogetur dominus episcopus tudertinus ut excoriet receptatores luxorū & notarios scribentes instrumēta ludi. Rub. cxlv.

ITem statuimus ꝙ per potestatē cōmunis tuderti & per aliquos bonos uiros nomine dicti cōmunis una cum dicto potestate rogetur dominus episcopus tudertinus ex parte dicti cōmunis ꝙ gratia & amore dicti cōmunis dignetur per omnes ecclesias dictæ ciuitatis & diocesis tudertinæ ex sui parte & mandato publice moneri facere omnes & singulos receptatores ludentiū ad ludum uetitum taxillorum in dicta ciuitate & eius diocesi, quatenus, a, dicta receptione abstineant, ac atiā omnes & singulos notarios dictæ ciuitatis & diocesis ꝙ de cetero nullum instrumētum uel scripturam aliquam scribant uel faciant de aliqua obligatione fiēda occasione ludi, nec non omnes & singulos dictæ ciuitatis conscios talium acceptatorū quatenus eos infra certū terminum denuntienter rectoribus ciuitatis predictæ uel alicui eorū sub excumunicationis pena quam quiliqet talis contrafaciens ipso dicto incurrat, & deinde elapso tali termino omnes & singulos qui post talem monitionem aliquod in contrarium perpetrassent, etiā qui de cetero cōtra fecerint tāquā excōmunicatos ex tūc ꝑ omnes ipsas ecclesias publice & solēniter faciāt nūciari.

De nō faciēdo inqsitionē ultimis qndecim diebus de ꝑdictis. Rub. cxlvi.

ITem statuimus ꝙ potestas seu capitaneus ciuitatis tuderti ultimis quindecim diebus sui regiminis non possit aliquam inquisitionē facere ꝯtra aliquē ludentē seu cōtra aliqm mutuātē ad ludū uetitū taxilloꝝ seu ludū ipsum receptātē nisi prius in cōsilio gñali dicti cōmunis ꝑpalauerit eius nomē & ꝑnomē & cām ꝑꝑ quā cōtra eū inqrere uellet, & inqsitio aliter facta ualeat ipso iur̄ sed eius successor ipsam inqsitionē ex integ o & de nouo reasumare & facere teneanꝰ.

De pena euntis post tertium sonum capane. Rub. cxlvii.

Itē statuimus ꝙ nullus uadat ꝑ ciuitateē tuderti burgos uel suburgos eiusdē post tertiū sonū cāpane que pulsat de nocte seu de sero ꝑ custodia ipsius ciuitatis & ante sonū cāpane que pulsat de mane in aurora diei que uulgariter uocatur la sueggia sine licētia potestatis uel capitanei ciuitatis eiusdem, qui autem contrafecerit si sine armis in uiginti sol. corthonensium. si cum armis in

quadraginta sol.cort.puniatur,& nihilominus de portatione taliũ armoꝝ pena debitã puniatur liceat tamen fornariis & eoꝝ nuntiis & cuilibet de sua familia libere & impune ire de nocte ad pci piendũ penã,ac etiã cuilibet mulieri liceat ire de nocte impune,item cuilibet liceat ire de nocte impune ad criptam domus sue,& ab ipsa cripta usq; ad domũ suam redire,ac etiã cuilibet habẽ ti plures domos quaꝝ vna non distet ab altera ultraq; per sex domos contiguas vel quarum vna esset ex vna parte vie & altera ex opposito & nõ maioris distantie de qua supra proxime dictum est impune liceat de vna ad alterã ire quandocunq; voluerit,ac etiam suam familiam de vna ad al teram mictere,a,dicta etiã prohibitione & pena excipimus med icos quãdo irent ad curandum infirmos,& speciales occasione alicuius rei pro aliqua ægritudine opportunæ,& sacerdotes & cle ricos pro ministrandis ecclesiasticis sacramentis alicui psonæ ægrote,& notarios requisitos pp aliquam vltimam voluntatem condendã & alios ad testimoniũ dicta occasione vocatos,& ma reschalchos vocatos pp aliquod animal ægrotũ curandũ,& illos qui tale animal ducerent circũ circa per ipsam ciuitatẽ occasione suæ ægritudinis,& nuncios qui dictis de causis uel aliqua eaꝝ micterentur,item omnes qui ducerẽt bestias cum salmis in quolibet dictorũ casuũ ire possint de nocte sine pena & etiã sine lumine itẽ mercatores & sutores pannorũ in eundo pro pannis alicu ius personæ defunctæ vel dñę viduæ,item omnes qui irent pro rebus opportunis tempore mor tis alicuius persoue,vel ad inuitandum & requirendum homines pro enndo ad funus.Quibus om nibus tam cum lumine quã etiam sine lumine impnne liceat ire de nocte per dictam ciuitatẽ & eius burgos & suburgos dictis de causis & qualibet earundẽ item excipimus magistros & cornm discipulos quibus pro eorũ arte operanda impune liceat ire de nocte cum lumine & cum licentia potestatis vel capitanei dicte ciuitatis,quam quidem quilibet eorũ qui inde fuerit requisitus eis dem concedere teneatur,nisi talem licentiam fraudolentem cognouerint impetrari,nullus quoq; vadat per ciuitatem tuderti post dictũ tertium sonum campanæ,& ante pulsationem campane quæ pulsatur in aurora diei quæ uocatur la sueggia sonando cum alio instrumento,contrafaciens uero tam sonans quã quilibet qui cum ipso iuerit puniatur in quinquaginta libris cort.pro qua libet,vice si fuerit ciuis vel comitatẽsis vel incola tuderti,si uero fuerit forensis puniatur quilibet ipsoꝝ in centum libris cort.exceptis tubbatoribus & cerambellariis & aliis sonatoribus cõmu nis tuderti,quibus impune liceat ire dicto tempore cnm suis instrumentis sonare per ciuitatem predictam,burgos & suburgos eiusdem,dummodo vadant hora solita & congrua ad faciendũ matinatas,ita tamen ꝙ nullus alius possit ire cum eis,& si quis alius iret puniatur tam ipse quam quilibet predictorum cum quibus iret in quinquaginta libris corth.non obstante aliqua licentia per aliquem eis data,preterea nulla persona dicto tempore teneat apertum hostium domus suæ habitationis sub pena sol.quinq; cort.pro quolibet contrafaciente.

¶ Quod bandiatur inuentus post tertium sonum campane in capite scalarum palatiorum. Rub. cxlviii.

ITem statuimus ꝙ quicunq; inuentus fuerit ire per ciuitatem tuderti contra formam capitu li supra proxime precedentis de mane banniatur in capite scalarum palatiorum cõmunis tu derti & in ipso bannimento exprimatur nomen & pronomẽ eius & dicatur ꝙ quicunq; per didisset aliquid in tali nocte compareat coram officiali custodie dicti cõmunis cum talis inuẽtus fuerit ire de nocte,& dictus officialis teneatur fieri facere dictum bannimentum vinculo iuramẽ ti & ad penam decem librarum corr.

¶ Quod nullus transeat per aliquã postã post tertiũ sonum campanæ,& de pena celantis nomen suum. Rubri. cxlviiii.

¶ Item statuimus quod quicunque post tertium sonum campane que pulsatur de sero siue de nocte pro custodia ciuitatis tuderti contra formam statutorum dicti cõmunis transiuerit aliquem postam ubi essent positi custodes pro communi tuderti puniatur ultra aliam penam statutariã pro qualibet posta quam trãsierit in decem sol. corth. & si per ipsos custodes tunc interogatus fuerit de nomine suo & non dixerit uerum nomen, eo casu in centum sol. corthonensium pro tali transitu & mendacio puniatur ultra penam predictam.

¶ Quod nullus stipendiarius vadat post tertium sonum campanæ sine licentia. Rubrica cl.

¶ Item statuimus quod nullus stipendiarius communis tuderti uadat post tertium sonum campane per ciuitatem, burgos uel suburgos tuderti sine licentia dominorum priorum populi tudertini uel officialis custodie. qui uero contrafecerit uice qualibet puniatur in pena declarata in capitulo loquente de euntibus post dictũ tertium sonum campane, & quod dictus officialis custo sie teatur uinculo iuramenti quemlibet de predictis stipendiariis contrafacientem inuentum assignare dominis prioribus populi tudertini & eisdem in scriptis notificare quantam penam talis stipendiarius dicta de causa soluere teneretur, ad hoc ut tali stipendiario de suo stipendio tempore solutionis fien de dicta pena debeat retineri per camerarium camere dicti communis. si uero dictu sofficialis custodie negligens fuerit in predictis ipsam penã de suo proprio soluere teneatur.

¶ Quod custodes portarum teneantur ire ad eorum portã. Rub. cli.

¶ Item statuimus quod custodes portarum teneantur ire de mane ad portam eis deputatam antequam aperiatur ad custodiendũ & ibi stare & morari de nocte & de die sub pena quinque sol. cor. & eodem modo quicunque deputatus fuerit per officialem custodie ad aliquam postam seu locũ debeat ad ipsam postam siue locum ire, & inde nõ discedere sine licentia dicti officialis, ita tamẽ quod inde possit secedere cã cõmedẽdi & pro aliis necessitatibus sui corporis horis cõgruis, dummodo quã citius potuerit talis discedens reuertatur & reuerti debeat ad ipsam portã siue postam, ac etiam interim vnus de sociis suis ibi continue stet ad ipsam custodiam, donec ipsẽ reuersus fuerit ad ipsam portam siue postam.

¶ Quud nulla persona prestet aliquod impedimentum in portis claudendis & aperiendis. Rubrica clii.

ITem statuimus quod nulla persona audeat vel presumat aliquam resistentiã vel impedimentum siue obstaculũ aliquod facere hiis qui deputati fuerint ad claudendũ & aperiendũ portas siue cancellos ciuitatis, burgorum uel suburgorũ tuderti quominus libere aperiri & claudi possint contrafaciens vero in libris vigintiquinque cort. puniatur, & in maiori & in minori arbitrio officialis custodie, consideratis facti qualitate & conditione persone talis malefactoris.

¶ Quod custodes teneanẽ ire ad custodiã cũ armis infrascriptis. Rub. .cliii.

ITem statuimus quod quilibet custos tam ad denarios quã ad caput dicinas teneatur ire ad custodiam faciendam si mandatum ei fuerit hora condecenti & ordita per officialem custodie cõmunis tuderti, & coram eo se presentare cum infrascriptis armis, videlicet spada, cultello, cerbellaria, tabulario & lancea siue ipsius lancie cum mazza tam ferrata quam lignea siue cum manmaria mãnarese, falciõe siue accepta vel hiis similbus, et si nõ cõparuerit cũ pdictis armis puniatẽ per officialẽ custodie p quolibet dictorum armorum sibi deficiẽtium in sex denarios, & si ad dictam

custodiam ullo modo iuerit in quinq; sol.cort.puniatur,& si iuerit & nõ cõparuerit in prima uocatione in sex denarios cort.puniatur.

Quod quilibet custos teneatur obedire officiali custodie & stare ad postã sibi assignata,& q nõ pmictãt aliquẽ trãsire sine noie sibi assignato. Rub. cliiii.

ITem statuimus q quilibet custos teneatur officiali custodiæ & qui loco eius fuerit obedirẽ & ad postam siue locũ sibi assignatũ ire,& inde nõ discedere usq; ad campanã que pulsatur de mane ad penam quinq; sol.cort.seu maiorem uel minorẽ penam ipsius officialis arbitrio imponendam,consideratis qualitate talis inobedientie & conditione personæ talis inobedientis,& q dicti custodes non permictant transire aliquem sine nomine eis assignato per officialem predictum,& si contra eorũ uoluntatem aliquis transiuerit debeant de mane sequenti taliter transeuntẽ denũciare dicto officiali ad penã decẽ sol.cort.siue maiorẽ penã arbitrio officialis pdicti.

Quod custos cui assignatũ fuerit nomen debeat ipsum nomen tenere secretum. Rub. clv.

ITem statuimus q quilibet custos cui per officialem custodię fuerit assignatum nomen teneatur ipsum nomen secretũ tenere & nemini pandere sine licentia dicti officialis custodiæ sub pena vigintiquinq; librarum cort.

Quot custodes sint soliciti ad custodiam & de pena contrafacientium. Rub. .clvi.

ITem statuimus q omnes custodes qui positi erunt ad custodiendum aliquem locũ siue postam debeant bene & sollicite custodire,& q saltem unus ipsorum adminus debeat continue uigilare ad penã duodecim denariorũ cort.& custodibus turrium respondere saltẽ tertia uice postquã uocati fuerint ad penã sex denariorũ cort. p quolibet ipsorũ custodũ ɔtrafaciente.

Quot nulla persona intret subtus uel supra portas nec per aliquem murum ciuitatis tuderti. Rubrica clvii.

ITem statuimus q nulla persona audeat intrare uel exire ciuitatem tuderti subtus uel supra portam dum esset clausa uel per aliquem murum ipsius ciuitatis,& qui contrafecerit si quidem antequam pulsaretur campana ultima cum retocchis in libris centum cort.puniatur,& si postquam pulsata fuerit dicta campana dicto modo in ducentis libris cort. puniatur,si qs uero intrauerit suburgũ dicte ciuitatis aliunde quã per cancellos de nocte puniatur in uiginti libris pro,qulibet,uice qui autem aliquem burgum dicte ciuitatis intrauerit noctis tempore aliunde quam per portam in centum libris corthonensium puniatur.

Quot quilibet clauennarius claudat & aperiat portas horis cõgruis & nõ prius. Rub. clviii.

Item statuimus q quilibet clauennarius portarum ciuitatis tuderti debeat quemlibet portã claudere & aperire horis congruis & consuetis sub pena uiginti sol.corth.& q ante horam congruam & consuetam nullam aperiat sine licentia dominorum priorum populi tudertini sub pena sol.centum siue maiori uel minori pena arbitrio officialis custodie imponenda, considerata qualitate facti& condictione talis contrafacientis.

¶ Quod nullus Custos nocturnus ducat aliquem secum qui non sit de custodibus. Rubrica .clviiii.

ITem Statuimus ꝙ nullus custos nocturnus audeat ducere secũ per ciuitatem burgos & suburgos Tuderti aliquẽ q nõ sit ad custodiã deputatus, sine licẽtia officialis custodie cũ nomine vel sine nomine. Et qui cõtrafecerit in quinqꝫ sol. cort. puniatur, seu etiam in maiori pena arbitrio dicti officialis, cõsideratis qualitate facti, & conditionibus personarum tam ipsius custodis quam eius quem secum duxerit contra formam predictam.

¶ De officio superstituum Burgorum & suburgorum circa custodiam nocturnam. Rubrica .clx.

ITem Statuimus ꝙ superstites Burgoꝝ & suburgoꝝ ciuitatis Tuderti teneantur & debeant vinculo iuramẽti ponere custodes in locis cõsuetis & ordinatis, horis cõgruis. Et saltẽ bis qualibet nocte ire ad perquirendũ de ipsis custodibus si sunt in locis ṗdictis & si porte ciuitatis sunt bene clause vel nõ. Et si quẽ defectũ inuenerint in ṗdictis seu inuenerint aliquẽ ire de nocte vel tenere aperta hostia domus sue habitationis teneantur die proxime subsequenti de mane predicta denunciare & referre officiali custodie ad penam decem sol. corthonensiũ pro quolibet eorum contrafaciente.

¶ De pena facientis falo contra infrascriptam formam. Rubrica .clxi.

ITem Statuimus ꝙ nullus audeat uel ṗsumat de aliquibus nouitatibus conflictibus seu aduentu alicuius Dñi vel Baroni in ciuitate vel comitatu tuderti facere aliqđ falo vel aliqđ signum gaudii, nec asti ludere siue burgo dare nec aliqd aliud facere pp quod posset aliqua murmuratio seu seditio in dicta ciuitate oriri. Et q ꝯtrafecerit in libris cẽtũ cort. puniatur, Et predicta faciat Potestas bãniri p ciuitatẽ tuderti in locis cõsuetis saltẽ semel primo mẽse sui regiminis, possit tñ quilibet facere falo & gaudiũ ostẽdere qñ fuerit falo sup Palatio cõmunis tuderti aut quando bannitũ esset hoc ex parte potestatis vel capitanei ciuitatis predicte.

¶ De pena destruentis Muros ciuitatis & ꝙ proponatur de refectione murorum Burgorum. Rubrica .clxii.

ITem statuimus ꝙ Potestas & capitaneus ciuitatis tuderti teneantur cogere quemlibet qui muros ciuitatis predicte destruxisset in aliqua eorum parte aut aliquos lapides inde extraxisset, ꝙ ipsum murum statim reficiat suis expensis. Et quilibet habens hostium siue foramen aliquod in aliquo muro dicte ciuitatis, statim teneatur ipsum claudere & murare cũ lapidibus calce & arena in ea grossitudine in qua prius erat ad penam centum librarum cort. Item ꝙ nulla persona habeat vel habere intelligatur ius aliquod in aliquo muro dicte ciuitatis aliqua ratione vel causa. Et si quis tale ius allegauerit nullatenus audiatur. Et ꝙ domini Priores populi tudertini teneantur facere proponi tempore cuiuslibet capitanei dicte ciuitatis in consilio populi ꝙ muri burgorum dicte ciuitatis integraliter reficiantur & remurentur.

¶ De pena deuastantis Siluas communis. Rubrica .clxiii.

¶ Item Statuimus ꝙ nullus laboret aut quoquomõ deuastet siue laborari vel deuastari faciat siluas aut alias possessiones cõmunis tuderti & maxime a fossato riabre versus mõtem martem

ad penam decem librarũ cort.& ꝙ quilibet contrafacientẽ valeat denunciare & accusare & habeat medietatẽ penæ quæ ex sua denunciatione vel accusatione dicta de cã ꝑuenerit in camerã dicti cõis, ita tñ ꝙ hoc capitulũ nõ ꝑiudicet habẽtibus possessiones suas in dicto montemarte.

De pena laborantis terras de quibus fuit questio inter cõmune tuderti & dominum Aldrouandrũ. .Rub. .clxiiii.

ITem statuimus ꝙ nulla persona audeat vel ꝑsumat in terris & possessionibus de qbus dudũ viguit & viget questio inter cõmune tuderti ex vna parte, & dominũ aldrouandrũ de canali & eius successores ex parte altera, laborare seu laborari facere cũ bestiis vel sine bestiis. Si quis vero contrafecerit cũ bobus & aliis bestiis laborando in ꝓditione dictarũ bestiarũ penitus condemnetur, Si autẽ sine bestiis laborãdo in vigintiquiuꝙ libris cort. uice qualibet puniatur, & cuilibet liceat ipsis laborantibus auferre ipsas bestias cũ quibus ipsas possessiones coluerint, dũmõ eas postea infra secundã diẽ camerario cõmunis tuderti pro ipso cõmuni adsignet, quarũ bestiarũ seu æstimationis ipsarũ medietas per eundẽ camerariũ tradatur ipsis captoribus & assignatoribus, & alia medietas sit dicti cõmunis, volumus insuper ꝙ domini priores populi tudertini perquirant & perquiri facere teneantur per publica bannimenta & omnibus aliis modis quibus eis videbitur de possessionibus quas ipsum cõmune habet & dudũ habuit, a, castro quatriusꝙ ad castrũ marsciani & de aliis possessionibus ubicũꝙ sitis ad ipm cõmune ꝑtinẽtibus quæ forẽt ꝑ aliũ occupate, & ipsis repertis procurẽt adeo ꝙ per ipsum cõmune recuperẽtur, possideãtur & usufructẽtur, & maxime cũ de registro bonoꝝ dicti cõmunis reperiantur incise & extracte quædam carte in quibus cõtinebãtur bona quæ ipsum cõmune solitum est haber, a, dicto castro quatri usꝙ ad dictum castrum marsciani.

De pena non perficientis opus cõmunis. Rubrica. clxv.

ITem statuimus ꝙ si aliquod opus siue laboritiũ ad coptimũ uel alio modo fuerit alicui locatum per cõmune tuderti, & ille cui locatũ fuerit illud non perfecerit aut in dicto opere uel laborerio fraudẽ cõmiserit in centũ sol. cort. puniatur, & nihilominus ad illud perficiendũ ac etiam resarciendũ dicto cõmuni in duplo omne damnũ quod dicta de causa incurrisset uel passus esset omnibus iuris remediis effectualiter compellatur.

De pena occidentis uel vulnerãtis animal alicuius. Rub. clxvi.

ITem statuimus ꝙ nulla persona occidat uel vulneret aliquod animal alicuius, qui uero contrafecerit siquidẽ occidendo condemnetur dñio talis animalis in integra & uera estimatione talis animalis, ac etiam cõmuni tuderti ultra dictã condẽnationẽ condemnetur in medietate ipsius estimationis, dummõ ipsa pena dicto cõmuni applicanda exscedere nõ possit summam quinquaginta librarũ cort. Si aũt vulnerando siquidẽ ex ipso vulnere tale animal totaliter effectum esset inutile similiter ꝓdicta omnia & singula uendicent sibi locum, Ita tñ ꝙ in eo casu tale animal sit & esse debeat talis malefactoris, Si uero ex tali vulnere tale animal nullo modo inutile factum fuerit eo casu si ipsum animal fuerit æquus condemnetur talis ꝑcussor domino talis æqui in libris decẽ cort. & si fuerit bos uel asinus seu alia bestia grossa cõdemnetur eidẽ domino talis bestiæ in sol. centũ cort. & si fuerit alia minuta bestia in sol. xx. cort. domino talis bestiæ cõdemnetur & nihilominus in hoc casu condẽnetur dicto cõmuni in dimidia dictarũ, penaꝝ & ꝓdicta omnia per eundẽ processum & per eandẽ sententiam possint & debeant expediri ad beneplacitũ domini talis bestiæ in quolibet casuum predictorum.

De pena capientis columbos & de hiis ad dictam

materiā pertinentibus. Rub. clxvii.

ITem statuimus q͏̄ nulla persona capiat uel capi faciat aliquē columbū domesticū uel turrisciatiū ad aliquam eschaturam uel aiolū uel ad aliquē laqueū seu alio quocunq͏̄ ingenio, & qui contrafecerit pro quolibet columbo sic capto condemnetur cōmuni tuderti in quadraginta sol. cort. & ei qui tale damnū passus fuerit ad restitutionē & emendationē talis damni integraliter condēnetur, & ad faciendū fidem de predictis sufficiat sacramentū talis domini usq͏̄ in quantitatē & numerū duoꝝ columboꝝ, a duobus vero columbis supra sufficiat dictū trium testiū fidedignoꝝ deponētiū de publica fama, itē nullus possit tenere aiolū uł aliquod instrumētū aptum ad capiēdum colūbos, a die carnispriuii usq͏̄ ad festum omniū sanctoꝝ sub pena quadraginta sol. cort. Itē nullus possit occidere aliquē columbum alienum seu percutere uel cōtra eū sagittare ad penam uiginti. sol. cort. pro quolibet columbo, itē si aliquis pizzicharolus repertus fuerit habere columbos aliquos ad vendendum, & aliquis qui haberet colombariam & columbos petierit ab ipso pizzicharolo unde ipse habuerit siue, a quo, teneat͏̄ ipse pizzicharolus eidē pandere, a quo emit quod si nō fecerit in quadraginta sol. cort. puniatur itē si in tenuta alicuius castri uel ville fuerint capti aliqui columbi de aliqua columbaria sindicus & homines talis castri uel uille teneātur in fortiam dicti cōmunis presentare uel saltem in scriptis denuntiare dicto capitaneo uel potestati ciuitatis tuderti talē capientē, quod si nō fecerint teneatur vniuersitas talis castri uel uille in cuius tenuta tales columbi capti fuissent ipsum damnum emendare illi cuius essent columbi predicti.

Quod laboratores teneant͏̄ obseruare pacta. Rub. clxviii.

ITem statuimus q͏̄ potestas & capitaneus ciuitatis tuderti teneant͏̄ omnibus iuris remediis opportunis cogere laboratores terraꝝ alienaꝝ, custodes siluaꝝ alienaꝝ, & omnes qui alienas possessiones teneant ad coptimum uel ad aliquē certum redditum, obuentionē uel prouentum obseruare & ad implere omnia per eos promissa ipsis suis locatoribus. Nec eisdē de rebus ipsis aliquā litē, questionē cōtrouersiā mouere audeant uel referre, & qui cōtrafecerit in libris uigintiquinq͏̄ cort. puniatur, & eadē pena puniatur ille qui scienter & contra veritatē, assereret aliquē in re aliqua secum cōmunionem habere.

De pena facientium coniurationem de non laborando terras, & de modo seruando in faciēdo eas laborari p̱ hoīes comitatus. Rub. clxviiii.

ITem statuimus q͏̄ si aliqui de aliquo castro uel uilla comitatus tuderti simul fecerint aliquā legē uel cōiurationē de nō laborando terras alicuius ciuis uel comitatēsis tuderti potestas & capitaneus ciuitatis prædictæ & quilibet eoꝝ coram quo querela de predictis ex posita fuerit teneant͏̄ quēlibet predictoꝝ in decē libras cort. cōdemnare, & si quis habens aliquas suas terras in aliqua parte comitatus predicti non posset inuenire laboratorē, qui ipsas terras laboret dicti rectores & etiā iudex extraordinarioꝝ cōmunis tuderti, & quilibet eorum qui inde fuerit requisitus teneantur ad petitionē eius qui habuerit tales terras ipsas laborari facere, a laboratoribus circunstantibus, qui laboratores de ipsis terris habeant partē fructuum, cōdecentē, cōsiderata cōsuetudine illus loci & qualitate ipsarum terrarum, & si homines illius castri vel ville in cuius tenuta posite sunt teles terre absentauerint se, a dicto loco homines alterius loci magis propinqui dictis terris teneantur ipsas terras laborare secundum modum predictum & q͏̄ omnes laboratores terrarum alienarum teneantur congruis temporibus notificare suis locatoribus siue illis, a qbus aliquas terras ad laborandum receperint q͏̄ vadant vel mictant ad uidendam fieri messem uel uindemiam uel quācunq͏̄ aliam recollectam fructuum super talibus terris penden-

tium, ac etiam bachituram grani seu bladi inde percepti, qui autem contrafecerit in viginti sol. cort. puniatur. Que omnia locum habeant etiam in terris assignatis ex primo uel secūdo decreto alicui creditori contra suum debitorem per curiā tuderti seu quas aliqs creditor ex potestate & licentia sibi, a suo debitore p publicū instrumentū cōcessa, & in casu per formā statutorū dicti cōmunis nō reprobato, sua auctoritate apprehenderit pro aliquo debito pecuniario, dū modo ante omnia de & super pdictis exqsitū fuit & obtentum consilium ciuiū tudertinorū habentium in eadem tenuta terras suas, utrū videlicet tales terre sint laborande per dictos agricultores circunstantes uel non ita tamen q ille qui hoc peteret nō intersit huiusmodi deliberationi, & si quidē p ipsos ciues deliberatū fuerit, q per homines talis comitatus laborentur, eo casu teneantur homines talis vniuersitatis ipsas laborare, & illis qui in dictis tenutis tales terras habuerint respōdere de fructibus ipsarū terrarum put decēs fuerit habita cōsideratione pmissa, & nihilominus homines talis cōmunitatis si in ipsis teris laborādis postquā eis iniūctū fuerit p aliquē dictorum rectorum siue officialium fuerint negligentes condēnētur domino uel quasi domino ipsarū terrarum in soldecī cort. pro quolibet quartingho ipsarum terrarum ad mēsurā quartinghi cōmunis tuderti.

De pena exercentiū pcurationē cōtra infrascriptā formā. Rub. clxx.

Item statuimus q nullus in aliqua lite, cā, questione ciuili uel criminali, mera uel mixta corā aliquo iudice vel officiale cōmunis tuderti iurisdictione habente, possit vel debeat alicuius procurationis, actoriæ vel curæ officiū exercere pro quacunq psona nisi talis p qua & eius nomine tale officium exerceret sit sibi cōiuncta ex genere cōsanguinitatis vel affinitatis usq in quartū gradū inclusiue vel nisi talis pcurator, actor siue curator esset scriptus in matricula notariorum ciuitatis tuderti, contrafaciens vero in vigintiquinq libris cort. puniatur, nullus quoq rector siue officialis cōmunis tuderti talē pcuratorē, actorē vel curatorē audiat vel admictat in aliqua uel super aliqua lite, questione uel causa contra formam predictam postquam sibi predicta fuerint intimata sub pena predicta.

De pena patrocinantis alicui suis expensis pro certo salario in casu duntaxat victoriæ obtinende. Rub. clxxi.

Item statuimus q nullus aduocatus, pcurator vel quiuis alius audeat uel psumat pacisci cū aliquo de ciuitate vel comitatu tuderti habentē aliquā litē, cām, questionē vel controuersiā in aliqua curia tudertina de ipsa lite, cā, questione siue controuersia suis sumptibus psequenda & peragenda pro aliquo certo salario per eū habendo & pcipiendo demū in casu & euētu uictoriæ & nō aliter siue prius, sub pena librarū quinq cort. & q cuilibet liceat talē delinquentē denūciare & accusare & habere debeat medietatē totius eius quod dicta de cā, ex sua denunciatione & accusatione in cameram cōmunis tuderti deuenerit, quæ omnia potestas & capitaneus dictæ ciuitatis & quilibet ipsorū p ipsam ciuitatē publice bāniri facere teneantur saltē semel tpe sui regiminis sub pena librarum quinquaginta pro quolibet eorum contrafaciente.

De pena notarii non scripti in matricula exercētis artem. Rubrica clxxii.

Item statuimus q nullus notarius qui non fuerit admissus & approbatus secundum formam statutorum cōmunis tuderti de hac materia loquentium, ac etiam scriptus in matricula notariorum ciuitatis tuderti exercere possit artem notariæ in ciuitate uel comitatu tuderti, cōtrafaciens uero in viginti quinq libris cort. puniatur, & predicta potestas & capitaneus ciuitatis predictæ quolibet mense sui regiminis per ipsam ciuitatē publice banniri facere teneātur, ita tamen q predicta non uendicent sibi locum in notariis forensibus qui sunt uel de cetero fuerint in aliquo officio dicti communis quantum ad ea uidelicet quæ ad ipsorum officium pertinuerint.

De pena ducentis forensem uel ultra quatuor homines secum occasione alicuius questionis. Rubrica clxxiii.

Item statuimus q nullus occasione alicuius litis, causæ uel questionis quam haberet cum alio

quo, in aliqua curia tudertina secum ducat siue uenire faciat ad ipsam curiam ipsa occasione ali quem forensem uel ultra quatuor homines de ciuitate uel comitatu tuderti, & qui contrafecerit in decem libris cort. uice qualibet puniatur.

¶ De pena filii molestantis patrem. Rubrica clxxiiii.

ITem statuimus quod si quis habet aliquem filiũ mancipatum cui dederit aliquã partẽ suorum bonorum potestas & capitaneus ciuitatis tuderti & quilibet eorum ad requisitionẽ ipsius patris cogere teneantur omnibus iuris remediis opportunis talẽ filium vt ipsum patrẽ non molestet in aliis suis bonis & quod sit cõtentus de ipsa parte sibi, a, dicto suo patre cõcessa, si vero talis filius cõtrafecerit ad uoluntatẽ talis sui patris puniatur, & si talis filius offenderit patrẽ suũ percutiendo eum in eius psona, absque sanguinis effusione vel membri debilitatione puniatur ad voluntatẽ ipsius patris, & nihilominus talis filius priuetur omnibus bonis sibi per ipsum suũ patrẽ cõcessis & assignatis, quæ in casu pdicto potestate & fictione psentis capituli ipso facto & iure dicto suo patri applicentur & eius dominiũ reuertantur, sed & si eũ offenderit auferendo eidem aliquid de bonis suis, eo casu de tali maleficio puniatur ad arbitrium dicti sui patris & nihilominus quicquid de ipsius bonis eidẽ abstulerit sibi restituere teneatur, & de pdictis & quolibet prædictorum stetur iuramento ipsius patris absque alia pbatione, & pdicta dicti potestas & capitaneus & quilibet eorũ ad requisitionẽ talis patris obseruari facere integraliter & effectualiter teneantur ad penam centũ librarum cort. pro quolibet eorum contrafaciente.

¶ De pena comitatũ non denuntiantiũ malefic'a. Rub. .clxxv.

ITem statuimus quod quælibet vniuersitas castrorum & villarum comitatus tuderti per suũ sindicum siue massarium ad hoc legitime deputatũ teneatur & debeat omnia & singula maleficia quæ comictentur in suis castris & villis seu infra eorũ tenutas vel cõfinia, de quibus per formam alicuius capituli statutorũ cõmunis tuderti deberet solui pena, a, decẽ libris supra in scriptis referre ac denuntiare potestati vel capitaneo ciuitatis tuderti, exprimendo in huiusmodi denũtiatiõe nomina & pnomina ipsorũ malefactorum & loca vñ sunt ac loca & cõfinia ipsorum maleficiorum ppetratorũ, ac ẽt utrum ipse malefactor sit popularis idest p populari habitus sm formam statutorũ dicti cõmunis, an vero magnas & potens idest pro magnate & potente habitus secundũ formã statutorum pdictorũ, & similiter de persona quæ per talẽ denuntiatũ diceretur offensa vtrum sit popularis an magnas & potens vt dictũ est, quam quidẽ denunciationẽ iuxta formam pmissam facere teneantur infra sextũ diẽ, a, die perpetrationis talis maleficii in antea inumerandos ipso die in dicto termino sex dierum minime cõputata, vniuersitas vero talis castri vel villę pdicta nõ seruans puniatur secundum infrascriptũ modũ videlicet vt si ipsum castrũ vel villa habuerint quinquaginta lares puniatur in medietate quantitatis penæ imposite ipsi malefactori per formã statutorũ dicti cõmunis de tali maleficio non denuntiato vt dictũ est, sed si habuerit vltra quinquaginta lares cõdemnetur in maiori quantitate dictæ dimidię prout pro rata contigerit ad rationẽ prædictã. si uero pauciores habuerit cõdenetur in minori quãtitate dicte dimidie prout pro rata cõtigerit ad rationẽ predictã, dũmodo in aliquo dictorum casuũ dicta quantitas non transgrediatur quãtitatẽ penæ imposite tali malefactori per formã dictorum statutorum de tali maleficio loquentium, cæterum si de tali maleficio nõ denunciato ut pdicitur imponenda veniret per formã statutorum dicti cõmunis pure, simpliciter & precise pena ultimi supplicii, eo casu talis uniuersitas cõdemnetur in libris sexcentis corr. Si uero alia pena corporalis, citra mortẽ, imponenda ueniret pure, simpliciter & precise, eo casu ipsa uniuersitas in libris tricentis corr. puniatur, sindicus uero uel massarius ad denuntiandum ipsa maleficia deputatus, ut dictum est soluat de sua propria pecunia medietatem quantitatis pene imposite ipsi malefactori per formam dictorum statutorum pro quolibet tali maleficio non denuntiato per eum, dummodo pro nullo

maleficio ipsa pena excedat vel excedere possit quantitatem vigintiquinq; librarũ, verũ tamen si pro tali maleficio nõ denuntiato per eũ ipsi malefactori pure, simpliciter & precise pena psonalis fuisset imposita per formã statutoꝝ predictorum eo casu ipse sindicus vel massarius in vigintiquinq; libras cort. puniatur. Preterea volumus ꝙ si aliquod de dictis maleficiis infra dictũ terminum sex dierum denuntiatum non fuerit ut dictum est, teneantur omnes viri ibidem habitantes cum sua familia tempore ipsius cõmissi maleficii similem denuntiã facere infra alios sex dies & si negligens fuerit puniatur quilibet talium habitantium qui sit legitime ætatis & sane mentis & corporis in sol. quadraginta cort. pro quolibet tali maleficio nõ denũtiato, si ipsum maleficiũ fuerit sanguinolẽtũ seu si de eo imposita fuerit ipsi malefactori pena quinquaginta librarum uel ab inde supra alias in sol. decem cort. pro eorum quolibet puniatur, ali vero denuntiatione facta per unum ex eis in infra dictum secundum terminum tam dicta uniuersitas quam cæteri singulares homines eiusdem vniuersitatis excepto duntaxat tali sindico & massario ad denuntiationem huiusmodi deputato, a, dicta pena totaliter sint exẽpti, hoc intelleto ꝙ quilibet censeatur deputatus legitimus sindicus ad predicta si ipse pro sindico talis vniuersitatis se gesserit, adiicientes ꝙ si talis sindicus aliquod maleficiũ denuntiare obmiserit primo ab eo recepta & prehabita cautione in demnitatis suæ sueq; vniuersitatis pro ipso maleficio non denuntiando, & eo prætextu ea͡ꝝ intentione ut ipsa maleficia non denuntiet condemnetur tam ipsa sindicus quã cæteri de ipsa vniuersitate conscii & participes talis fraudis inter eos omnes vltra alias penas predictas ipsi sindico & uniuersitati imponendas occasione talis denuntiationis obmisse & in medietate dictarũ penarũ :& da eas soluẽdas talis sindicus & ꝑdicti alii fraudis cõscii & participes de sua propria pecunia teneantur & cõpellantur, ita tamen ꝙ dicta pena dicte dimidie in nullo casu excedere uel transcendere possit penã tricentarũ libraꝝ cort. Quodq; talem ꝓmissionem & cautionem faciens dicto sindico puniatur pro quolibet maleficio dicta de causa nõ denuntiato in libris quinquaginta cort. & nihilominus de ipso maleficio cuius denuntiatio taliter obmissa fuerit pena debita puniatur, & ꝙ quilibet talem sindicũ & alios singulares homines dicte fraudis conscios atq; participes denuntiare & accusare possit, & habeat libras vigintiquinq; cort. de suma condemnationis quæ ex sua denuntiatione & accusatione dicta occasione in cameram dicti cõmunis ꝑuenerit, & de ꝑdictis omnibus & singulis dicti potestas & capitaneus & ꝗlibet eoꝝ quolibet mẽse sui regiminis inqrere teneanť, & reptos culpabiles in pẽis ꝑdictis debeãt ꝯdẽnaꝛ.

De pena vniuersitatum nõ capientium malefactores, seu receptantiũ exbãnitos. Rub. clxxvi,

TEnetur quelibet vniuersitatis hominũ, castroꝝ, & villarũ comitatus tuderti sollicite & pro posse ꝓsequi & capere quẽlibet malefactorẽ cõmictentẽ aliquod maleficiũ in dictis castris vel villis siue infra ipsoꝝ vel ipsaꝝ tenutas seu cõfinia, maxime si de tali maleficio rumor insurrexisset, & ipsum uel ipsos malefactorẽ seu malefactores captũ uel captos ducere & repesentare in fortiã potestatis uel capitanei ciuitatis tuderti & cõmunis ꝑdicti infra secundã diẽ post dictã capturã ipsa die talis capture in dicto termino dictoꝝ duoꝝ dieꝝ minime cõputata, et si in predictis fuerit negligẽs puniatur quelibet uniuersitas in cuius castro uel uilla siue infra eius cõfinia uel tenuta ipsum maleficiũ fuerit ꝑpetratũ pro quolibet tali malefactore non capto uel non repsentato ut dictũ est in dimidia eius penæ in qua ꝑ formã statutoꝝ dicti communis talis malefactor cõdenatus fuisset, & hoc si talis uniuersitas habuerit quinquaginta lares uel ab inde supra, si uero, a, qnquaginta laribus infra nõ tñ pauciores uiginti laribus puniatur in tertia pte, dicte pene. Si aũt habuerit, a, uiginti laribus infra nõ tñ pauciores decẽ puniatur in quarta parte dicte pene, & si, a, decẽ laribus infra non tñ pauciores quinq; puniatur in sexta parte penæ, & si

ab inde infra puniatur in octaua parte pene pdicte, dummodo in nullo casuum pdictorum talis pena vniuersitati dicta de cā imponenda excedere possit summā quinqꝫ librarum corthonensiū Verum si talis malefactor in pena vltimi supplicii per formā statutorum dicti cōmunis condēnandus ueniret, eo casu si talis uniuersitas habuerit quinquaginta lares uel ab inde supra puniat in sexcentis libris cort. Si vero habuerit pauciores lares eo casu talis uniuersitas puniatur secundū distinctionē larium supradictam prout pro rata contigerit de dictis sexcentis libris. Ita tamē ꝙ si talis malefactor se representauerit antequā per formam statutoꝝ dicti cōmunis contumax esset, eo casu talis uniuersitas ab omni pena predicta penitus sit exempta, & si qua robbaria cōmicteretur in aliquo de dictis castris uel uillis seu infra tenutas uel confinia alicuius ipsorū siue ipsarū & talis derobbator captus & in fortiam dicti cōmunis representatus fuerit de aliis malefactoribus ut dictū est, eo casu talis uniuersitas occasione talis robbarie in nihilo teneatur, uerum si homines talis uniuersitatis talem derobatorem nō ceperint neqꝫ representauerint ut dictū est, eo, casu talis uniuersitas teneatur ad emendationē talium rerū derobatarū, decernentes ꝙ ad solutionē dictarum penarum in quoliqet casuū predictorū, & ad dictarum rerū derobbatarū emēdationē teneātur omnes habitatores talis castri uel uille qui sit ætatis legitimæ & sanementis & corpore, & qui tunc temporis, a, talis castro seu uilla absentes non fuerint. Et nulla uniuersitas alicuius castri uel uille dicti comitatus, aut aliqua specialis persona scienter in suo castro uel uilla siue in domo sua uel suæ habitationis receptet aut stare permictat aliquē exbannitū & condēnatum cōmunis tuderti seu condēnatū tantū pro aliquo maleficio in pena ultimi supplicii siue abscissionis alicuius memsiri pure, simpliciter & precise seu conditionaliter & indefectū alicuius pene pecuniarie non solute site in aliqua pecuniaria summa tm̄, a, centū libris supra, dūmodo talis condēnatus ipsam condemnationem nō soluerit, ac etiā, a, die talis codēnationis elapsi fuerint: decē dies ipsa die dicte latæ sententie condēnatorie in dictis decē diebus minime cōputata. uniuersitas uero contrafaciens in centū sol. cort. pro quolibet lari ipsius uniuersitatis uel loci tam massarioꝝ quā nobiliū & sergentū & aliorū ibidem cū sua familia habitantiū, & ꝙ dicta receptatio scienter facta fuerit probetur seu probari possit per tres testes deponentes de publica fama uel de ipsorum propria credulitate munita probabilibus & uerisimilibus & psumptionibus coniecturis seu inditiis de quibus an probabilia & uerisimilia sint resideat in prouido arbitrio iudicantis, consideratis circa pdicta qualitate facti & conditionibus personarum tam ipsius receptantis quā receptati & aliis suis debitis circunstantiis, & ꝙ ipse iudex super pdictis inuestigandis possit procedere put sibi uidebitur expedire, ad hoc ut reperiatur ueritas de predictis pterea quicunqꝫ appensate & fraudolenter in alterius puditiū operatus fuerit ꝙ aliqs de predictis exbannitis & condēnatis tantū receptaretur in aliquo de pdictis locis prohibitus puniatur pro quolibet & qualibet uice in centū libris cort. ac etiā ipso iure sit & intelligatur infamis, & easdē penas incurrat qcunqꝫ fuerit taliter receptatus. Insuper statuimus ꝙ nulla persona in ciuitate vel comitatu tuderti scienter assotiet aliquē de pdictis exbannitis & condemnatis vel condēnatis tantū sub pena libraꝝ quinquaginta cort. Et ꝙ si scienter dicta associatio facta sit sufficiat probatio supra proxime dicta contra receptantes eosdem, & ꝙ de & sup predictis dicti potestas & capitaneus & qlibet eoꝝ possint & debeant cognosere atqꝫ procedere, & repertos culpabiles saltem secundū formam presentis capituli dictis penis punire.

¶ Quod liceat cuilibet capere exbannitum & de salario capientium & apostantium exbannitos. Rubrica .clxxvii.

¶ Item statuimus ꝙ cuilibet liceat capere in ciuitate uel comitatu tuderti quemlibet exbannitum & condemnatū cōmunis tuderti seu condemnatū tantū pro maleficio, dūmodo infra secū

dam diem, a, die talis capture, in antea numerandam eum ducat & representet in fortiam dicti cõmunis, ipsa die dicte capture in dicto termino minime cõputata. Qui capiens & representans ut dictũ est habeat & habere debeat pro suo p̃mio, a, dicto cõmuni duos sol. pro quolibet libra, condẽnationis talis capti & rep̃sentati ut dictũ ẽ, si talis sic captus & rep̃sentatus fuerit pure simpliciter & p̃cise in aliqua pena pecuniaria condẽnatus, si uero in pena ultimi supplicii fuerit condemnatus pure, simpliciter & p̃cise siue cõditionaliter & in defectũ alicuius pene pecuniariæ nõ solute soluendo nõ fuerit, eo casu habeat talis capiens & rep̃sentans eundẽ ut dictũ est libras quinquaginta cort. & si cõdẽnatus fuerit in amputatione siue abscissione alicuius sui mẽbri pure simpliciter & precise siue conditionaliter & in defectũ alicuius pene pecuniarie non solute & soluẽdo nõ fuerit, eo casu talis capiẽs & rep̃sentãs eundẽ ut dictũ est, habeat libras uigintiq̃nq; cort. que omniã indicãte siue appostãte aliquẽ de p̃dictis, si talis indicatus siue appostatus dicta de cã captus & ductus fuerit in fortiã dicti cõmunis uendicent sibi locũ, & q̃ potestas & capitaneus ciuitatis p̃dicte & q̃libet eorũ qui inde inde fuerit req̃situs teneãtur & debeant ad petitionẽ talis indicantis siue appostantis & cuiuslibet alterius familiã mittere ad capiendũ & in dictis cõmunis fortiã ducendũ quẽlibet exbannitũ siue condẽnatũ dicti cõmunis sub pena librarũ centum cort. & q̃ quilibet etiã exbannitus & condẽnatus seu condẽnatus tantũ possit aliũ similẽ exbannitum & cõdẽnatũ seu condẽnatũ tantũ in dictis ciuitate & comitatu capere dũmodo talẽ captũ infra dictũ terminũ ducat & representet in fortiã dicti cõmunis uidelicet nobilis nobilẽ, sergẽs sergentẽ, massarius massariũ, & popularis ciuis popularẽ ciuẽ, & si nobilis exbannitus & codẽnatus siue condẽnatus tantũ p̃sonaliter aut pecunialiter aliũ nobilẽ in simili pena exbãnitũ & cõdemnatũ seu condẽnatũ tm̃ in dicti ciuitate & comitatu ceperit & in fortiã dicti cõmunis duxerit & rep̃sentauerit, ut dictũ est, eo casu condẽnatio talis capientis & rẽp̃sentantis cassari & cancellari debeat de omnibus libris dicti cõmunis ad ipsius req̃sitionẽ & uoluntatẽ. Si uero condẽnatio talis capti & reprensentati esset minor quã condẽnatio talis capientis & rep̃sentantis, eo casu cõdemnatio talis capientis & rep̃sentantis usq; in cõcurrentẽ quantitatẽ cõdemnationis talis capti & rep̃sentati similiter cassari & cancellari debeat, & in residuo firma remaneat. Si uero cõdemnatio talis capti & rep̃sentati esset minor quã cõdẽnatio talis capientis & rep̃sentãtis, eo casu habeat & habere debeat talis capiens & rep̃sentans, a, dicto cõmuni tuderti duos sol. p̃ qualibet & de qualibet libra in qua cõdẽnatio talis capti & cõdẽnationẽ ipsius capientis excederet. Et nihilominus ipsius capientis condenatio totaliter cassetur & cancelletur de omnibus libris dicti cõmunis. Hoc intellecto & declarato q̃ ea que supra in p̃senti capitulo sunt statuta de dicto premio concedendo exbãnito & cõdẽnato seu condẽnato tm̃ pro maleficio capienti & rep̃sentanti in fortiã dicti cõmunis alium exbãnitum & condẽnatum seu cõdẽnatum tm̃ pro maleficio pure simpliciter & p̃cise in aliqua pecuniaria quãtitate locum habeant & habere intelligãtur eo casu duntaxat quo talis sic ut p̃mictitur captus & r̃p̃sentatus si sua condẽnatio maior fuerit uel talis sic capiens & rep̃sentans eundẽ, si ipsius capientis & rep̃sentantis cõdẽnatio maior fuerit suã cõdẽnationẽ soluerit camerario dicti cõmunis infra triginta dies, a, die rep̃sentationis p̃dicte in antea numerandos ipsa diæ dictæ rep̃sentationis in dicto termino triginta dierũ minime cõputata, alioquin talis capiẽs & rep̃sentans nullum ex dicta captura & rep̃sentatione p̃mium cõsequatur, sed quilibet ipsorũ in carceribus dicti cõmunis detineatur donec suã condẽnationẽ soluerit uel donec una ex ipsis condẽnata que maior sit dicto camerario soluta fuerit cũ effectu, quo casu quilibet eorũ, a, dictis carceribus eximatur & liberetur, ac etiam beneficium de quo ut p̃mictitur uendicent sibi locum. Verũ si talis captus & rep̃sentatus ut dictum est pure, simpliciter & precise seu conditionaliter & in defectum solutionis alicuius pecuniariæ penæ fuerit ultimo supplicio condẽnatus siue in ascissione uel amputatione alicuius sui membri & post talem capturã & representationẽ executio talis sue condemnationis in eius p̃sona facta fuerit, eo casu cõdenatio

capientis & representantis similem personalē penā contineat, sed si contineat penā pecuniariam cuiuscunq; summe existat usq; in quātitatē librarum mille cort. inclusiue de omnibus libris dicti comunis debeat cācellari atq; cassari ad eius requisitionē & uolūtatē, & idē p omnia intelligatur de ciue populari exbānito & condēnato seu condēnato tm̄ capiēte & repsentante aliū ciuē popularē exbānitū & condēnatū siue condēnatū tantum & de sergēte exbānito & cōdēnato siue condēnato tm̄ capiēte & repsentāte aliū sergētē exbānitū & cōdēnatū siue ɔdēnatū tm̄ & de massario exbānito & cōdēnato siue cōdēnato tm̄ capiēte & repsentāte aliū massariū exbānitū & cōdemnatū seu condēnatū tm̄, ac ēt habeāt locū p̄dicta omnia si aliqs exbannitus & condēnatus siue condemnatus tantū minoris siue inferioris status & conditionis ceperit & repsentauerit aliū exbannitū & condemnatū siue condemnatū tantū maioris siue superioris status siue conditionis videlicet massarius sergentē siue nobilem uel ciuem, sergens nobilē uel ciuem popularis ciuis nobilē, non aūt, e contra, sergens nobilē siue ciuis massariū uel ciuis siue nobilis sergentē, uel nobilis ciuem popularē capere & repsentare possit, quo ad hoc ne ex ipsa captura & representatione ab ipso cōmuni tuderti, aliquid consequatur. Hoc etiā intellecto & declarato q̄ ea que supradicta sunt de p̄mio concedendo propter dictā indicationem siue appostaturā, siue propter dictā capturam & representationē, in aliquo casuū predictorū locū non habeant in indicante uel appostante siue in capiente & representante aliquē suum correm eiusdē facinoris illū videlicet cū quo simul maleficium ipsum ꝑpetrasset simpliciter uel accessorie cuius occasione ipsi ambo exbanniti & condemnati fuissent siue condēnati tātū nec etiā locum habeant in exbannitis & cōdemnatis siue condēnatis tātū pro districta palatii siue pp contēptū mandati uel pro damno dato, seu pro eo quod ad aliqd̄ cōsiliū dicti cōis nō uenerit, nec in indicāte siue appostāte uel capiēte & repsentante aliquā feminam siue cecum uel mente captum siue furiosum seu quencunq; alium exbannitum & condenatum aut exbannitum tantum uel condēnatum tantum dicti communis pro aliquo maleficio in. x. libris uel abinde infra, aut infra decē dies post ipsam condēnationé factā de tali condemnato, saluis aliis capitulis statutorum dicti cōmuuis de huiusmodi materia loquentibus, quem in suis casibus vendicent sibi locum presenti capitulo non obstante.

¶ Qui exbanniti possint impune offendi & qui non. Rub. .clxxviii.

ITem statuimus q̄ si quis offenderit aliquē exbannitum & condēnatum siue exbannitū tantum uel condēnatū tantum cōmunis tuderti pro homicidio proditione falsitate, robbaria at fiumine furto, seditione priuato carcere, pro mēbro truncato siue debilitato, siue pro stupro cōmisso con masculo uel alio graui maleficio nullam penam patiatur, & si offenderetur exbannitus & condēnatus siue exbannitus tantum vel condēnatus tantū dicti cōmunis pro alio maleficio, a, centum libris supra puniatur talis offendens in quarta parte penæ que p formā alicuius capituli statutoꝝ dicti cōmunis de tali offensa alias imponenda ueniret, hoc intellecto q̄ predicta uel aliquod p̄dictoꝝ non uendicent sibi loco in offendente illum cum quo ante ipsam offensam ipse offendens pacem fecisset de aliqua offensione vel iniuria, quo casu talis offendēs puniatur perinde ac si talis offensus exbannitus siue condēnatus nō esset, nec in offendente patrē uel matrē vel alium eius ascendentē siue filium uel filiā vel alium eius descendentem vel aliquē eius cōsanguineum ex paterna vel materna linea sibi coniunctum vsq; in secundum gradum inclusiue, nec ēt in marito offendente vxorē siue socerum vel socrum vel e contra in q̄bus q̄dem casibus & quolibet eoꝝ puniat talis offendēs hoc modo videlicet de homicidio in tota ea pena qua & prout puniret si talis interfectus & exbānitus seu cōdemnatus nō esset, de aliis vero offensiōibus puniat talis offensor in dimidia penæ que alias de tali offensiōe sibi imponéda veniret per formam alicuius capituli statutorum dicti communis, si talis offensus exbānitus & cōdē

natus non esset, ita tamē q̄ p̄dicta locum non habeant in exbannitis pro districta palatii siue tur batione tenutæ vel pro damno dato, in quibus quidem casibus offendens aliquem de p̄dictis pretextu talis exbannimenti uel condemnationis, a, pena nullatenus releuetur.

¶ De pena patrocinantis pro aliquo exbānito. Rub. clxxviiii.

ITem statuimus q̄ nullus audeat uel presumat patrociuari in aliqua curia tudertina super ali qua lite causa uel questione ciuili uel criminali, mera uel mixta pro aliquo exbannito & con demnato cōmunis tuderti pro aliquo maleficio pro cuius indicatione uel appostatione secū dum formam capituli suprapositi sub rubrica, q̄ cuilibet liceat capere exbannitum, & de salario capientis & appostantis exbannitos, indicans siue appostans ipsum exbannitum uel condemna tum occasione indicationis uel appostationis deberet recipere aliquid, a, dicto cōmuni contrafa ciens uero in centū libris cotthonensiū vice qualibet puniatur.

¶ Quod proponatur in consilio populi de executione contra exbannitos facien da & de modo & ordine seruando. Rub. clxxx.

ITem statuimus q̄ domini priores popoli, qui pro tempore fuerint in ipso officio prioratus teneantur & debeant uinculo iuramenti proponi facere per dominum capitaneum populi prima ebdomada eoꝝ prioratus, q̄ ipse capitaneus in ipso cōsilio ad ipsorū dominorꝫ prio rum petitionem proponere teneatur q̄ placeat ipsi cōsilio prouidere super executione fienda per comune tuderti contra exbānitos & condemnatos cōmunis tuderti pro aliquo maleficio seu cō demnatos tantū & in eorū bonis, ita tamen q̄ in ipso consilio nihil valeat prouideri pro execu tione predicta nisi ipsa executio que per dictū consilium prouideretur inciperet & fieret prius cō tra decem ad plus de dictis exbannitis & condemnatis siue cōdemnatis tantū qui sint maiores magnates & potentes de ciuitate uel comitatu tuderti quorū nominatio & declaratio residear in prouisione & deliberatione dicti consilii, & dummodo semper ipsa executio incipiatur & fiat contra maiorem & potentiorem ipsoꝝ decem, & quicquid per ipsum consiliū circha dictam exe cutionem, seruata tamen forma predicta fuerit ordinatū prouisum & reformatū, dictus domi nus capitaneus ad penam quingentarum librarum cort. teneatur exequi cū effectu, quorū decē executione facta simul ordo seruetur in omnibus aliis exbānitis & condemnatis siue condemna tis tantū dicti cōmunis videlicet q̄ contra maiores & potentiores de decem in decem ipsa execu tio semper incipiatur & fiat.

¶ De non rebandiendis exbannitos nisi certa forma seruata. Rub. clxxxi.

ITem statuimus q̄ nulla persona possit rebandiri vel de bando eximi, nec eius condemnatio aliquo colore quesito cancellari, tolli, suspendi uel quomodolibet prorogari per aliquod cō siliū dicti cōmunis nisi prius talis persone exbannite condemnatio camerario cōmunis tu derti soluta fuerit cū effectu, & q̄ nullus rector vel officialis dicti cōmunis possit vel debeat de p̄ dictis aliquam propositam facere, nec fieri facere vel permictere in aliquo consilio dicti cōmunis contrafaciens vero in quingentis libris den. cort. uice qualibet puniatur. Et nullus notarius con tra formam precictam audeat talem propositam scribere, nullus etiā audeat arrēgare uel ad par titum ponere uel alio modo pro tali condemnato uel exbannito aliquid dicere qui uero contra fecerit in quinquaginta lib. den. corthonensium uice qualibet condemnetur, & nihilominus quic quid in contrarium factum fuerit, & q̄ ex eo uel ob id fuerit subsecutum non teneat ipso iure, & q̄ nullus condemnatus dicti cōmunis pro aliquo maleficio habeat uel habere possit aliquod offi

cium,

cium beneficium seu commodum ab ipso communi, nisi prius vere soluerit suam condemnatio nem dicto camerario cum effectu. Et si quid contra fieret sit irritum & inane condemnatis occa sionem districte siue per contemptum mandati vel pro damno dato dumtaxat exceptis.

¶ Quod exbanniti & condemnati pro molestatione tenute habeantur pro reb an ditis & liberatis si fuerint concordes cum suis creditoribus. Rub. clxxxii.

ITem statuimus ꝙ si quis fuerit exbannitis & condẽnatus siue condẽnatus tantum commu nis tuderti occasione molestationis alicuius tenute date siue concesse contra eum in ali qua sua re alicui suo creditori per curiam tudertinã pro aliquo pecuniario debito, & post ea cum tali suo creditore concordauerit ex tunc ipso iure habeatur & intelligatur liberatus & ab solutus, a tali bando & condemnatione, & nihilominus ad eius petitionem tale suum bannũ & talis eius condemnatio debeat cancellari atq̧ cassari de omnibus libris dicti communis.

¶ De pena assamentis [redacted] infrascriptã formã. Rub. clxxxiii.

NVllus possit [redacted] sine presen tia & consensu patris legitimi & naturalis siue naturalis tantũ dicte talis puelle si eũ ha beret vel si patrem non haberet sine presentia & consensu suorũ fratruũ carnaliũ mas culorũ q̃ ætatem excesserint pupillarem & matris vel saltem dictorum suorum fratruũ si eos haberet, & si non habuerit patrem neq̧ fratres carnales masculos vnũ vel plures ætatis predicte sine presentia & consensu duorũ suorum proximiorum consanguineorum ætatis predicte mas culorũ coniunctoꝝ eidem puelle vsq̧ in quartum gradum inclusiue ex linea paterna ipsius puel le, ac etiam sine presentia & consensu curatoris ipsius si curatorem haberet, & q̃ contrafecerit in libris centũ corthonen. vice qualibet puniatur, & si dos sibi data vel promissa pro tali puella ex cederet quantitatem dictarũ centũ librarum puniatur vltra dictam penam vsq̧ in summam di cte dotis sibi date vel promisse, teneanť tamen dicti eius consanguinei atq̧ curator & q̃libet ip soꝝ ipsi pulle nubere volenti consentire, si talis eius vir cui nubere vellet fuerit sibi decens ac bo ne cõditionis, veꝝ si tali matrimonio noluerint interesse seu si eidẽ puelle suum assensum i ipso matrimonio absq̧ aliqua iusta & rationabili causa prebere noluerit, eo casu tale matrimonium impune ac licite in dei nomine cõtrahatur & cõtrahi valeat non obstante predictorum uel alte rius eorum absentia vel dissensu.

¶ De lanaiolis. Rub. clxxxiiii.

ITẽ statuimus ꝙ nulla p̃sona audeat vel p̃sumat facere uel fieri faceř aliquẽ pãnũ de lana in quo sit aliqua mixtura pili bouini, assimini, caprini vel ædini siue alicuius incalcinature, ne q̧ ipsum pannũ sic mixtũ vendere uel uendi facere, & ꝙ lanam bactutam uel non bactu tam, filatam uel non filatam, tinctam uel non tinctam in q̃ esset mixtura dictoꝝ piloꝝ uel alicu ius ipsorũ non uendat uel uendi faciat, si q̃s uero cõtrafecerit in predictis uel aliquo predictoꝝ in decem libris corthonẽn. uice q̃libet puniať, & nihilominus perdat pannũ & lanam predictam q̃ pannus & lana sic inuenti cũ mixtura pili predicti deneť hospitali charitatis communis tuderti, Item ꝙ nulla persona possit nec debeat tingere de luco aliq̃d genus dictorũ piloꝝ sub dicta pe na, possit tamen q̃libet laborare & laborari facere pannos de lana pecudina, montonina castra tina, & agnina, & ꝙ in dicto pãno uel lana nõ possit mictere seu laborare siue laborari facere ali quã cardaturã nisi esset de suo ꝑprio laborerio & ope, possit tñ i dicto laborerio mictere carda turã frãciscã cuiuscũq̧ laborerii sit, si q̃s aũt ꝯtrafecerit resarciẽs mataratia i ip̃is mataratiis iue nerit lanã seu capomãnã & ip̃am sibi r̃tinuerit, & eius loco i ip̃a matararia pilũ ĩmiserit puniať in dicta pena decẽ lib. corth. & nihilominus tale dãnũ emẽdet, & ꝙ de p̃dictis & quolibet p̃dicto rũ consules lanaiolorũ teneãť & debeant uinculo iuramenti & ad penam quadraginta sol. cor thonẽn. ꝑ quolibet adminus ter in ãno inter homines dicte artis solemnẽ inquisitionẽ faceř de

facientibus contra predicta vel aliqd predictorum & q̃mlibet repertum culpabilem denunciare potestati vel Capitaneo dicte Ciuitatis qui eũ scd̃m formam presentis capituli condemnet, & ad predicta teneantur dicti potestas, & Capitaneus & quilibet eorum qui inde fuerit requisitus sub vinculo iuraméti ad penã uigintiq̃nq; librax̧ deñ. corth. aliquo in contrariũ nõ obstãte.

¶ De pena portantis pannum ad valcandum extra comitatum tuderti. Rub. clxxxv.

¶ Item statuimus q̄ nullus portet vel portari faciat aliq̃m pannũ ad valcandũ extra comitatũ tuderti ad penã decẽ sol. corth. p quolibet cõtra faciẽte, & q̄ potestas & capitaneus ciuitatis tuderti predicta bãniri faciãt p ciuitatem tuderti, saltem semel infra primũ mẽsem sui regiminis.

¶ De forma electionis officialis damnorum datorum & viarum pontium & fontium. Rub. clxxxvi

ITem statuimus q̄ domini Priores populi Tudertini qui pro tempore fuerint teneantur & debeant facere addunare de mense Ianuarii consules illarum artium. Qui per formam, Statutorum dicti communis debent adesse electionibus dominorũ priorum dicti populi Et vna cum ipsis consulibus, & ipsi consules vna cum ipsis dominis prioribus eligere & nominare vnum bonum & expertum officialem literatum. Qui secum habere debeat duos notarios, vnum æquum & quatuor berruarios, qui officialis habeat officium damnorum datorum & apsationis viarum, fontium & pontium ciuitatis & comitatus Tuderti cum salario pactis & conditionibus de quibus & prout ipsis dominis Prioribus & consulibus visum fuerit conuenire. Qui officialis teneatur & debeat facere eligi per quamlibet communitatem & vniuersitatem singulorum castrorum & singularum villarum dicti comitatus, & etiam infra senatus Ciuitatis Tuderti custodes secretos qui denuncient quemlibet damnum dantem in quibuscunq; bonis existentibus in locis eis commissis & assignatis. Et generaliter omnia faciant ad quæ & prout tenerentur per formam statutorum dicti communis.

¶ De modo procedendi super libellis damnorũ datox̧. Rub. clxxxvii.

ITem Statuimus q̄ quandocunq; aliquis aliquem accusauerit de dãno dato q̄ diceret sibi datum teneatur & debeat idem accusans in ipsa porrectione talis accusationis ipsam accusationem dimictere penes vnũ de notariis curie malefitiox̧ communis tuderti vel apud aliũ q ad huiusmodi officiũ fuerit deputatus, quam accusationem idem notarius siue officialis infilzare teneatur & ea sic porrecta & infilzata possit super ea expensis tamen ipsius accusantis ante iuramentũ calũnie, seu respõsionem ipsius accusati vnica citatio fieri de tali accusato & non vltra, qui q̃dem accusatus si in termino dictę citationis comparuerit cogat᷑ per iudicem malefitiorũ uel aliũ officialem q de ipsa accusatione cognosceret ipsi accusationi respondere, si uero in dicto termino non comparuerit non possit amplius super ipsa accusatione procedi, nisi prius de calũnia super accusatione per ipsum accusatorem fuerit prestitũ iuramentũ, sed eo iuramento prestito super ipsa accusatione procedat᷑ scd̃m formam statutox̧ dicti communis, & si secus factũ fuerit talis processus non teneat ipso iure quinimmo talis accusatus ab instantia dicte causa liberet᷑, & iudex uel officialis q contra uel preter dictam formam contra talem accusatũ processerit, & notarius qui talem processum scripserit in uigintiq̃nq; libris corth. pro eorũ quolibet tempore eorũ sindicatus per ipsorũ sindicatorem condemnet᷑. Et nihilominus talis accusator, q contra uel preter dictam formam contra predictũ accusatũ procedi fecerit eidem accusato in uiginti sol. corthonensiũ per officialem quemcunq; dicti communis iurisdictionem habentem. Qui de hoc per talem accusatum requisitus fuerit condemnetur.

¶ De pena dãnũ dãtis cũ bestiis uel aliis animalibus in r̃bus alterius & q̄ liceat moderate uerberare custodes bestiarum damnum dantium. Rub. clxxxviii.

ITem statuimus q̄ si aliqđ animal alicuius damnū intulerit in blado vinea, canape, orto cāneto, silua, groco vel salceto alicuius pñte vel absente dño talis aīalis, puniaᵗ dñs talis aīalis in penis infrascriptis, videlicet, pro equo vel mulo si de die in sol. x. cortho. si de nocte in viginti sol. ꝑ boue vel somario in tribus sol. si de die si vero de nocte in quinq; sol. ꝑ porcho si dānū dederit in groco de die vel nocte in. x. sol. si vero in vinea dū sunt ibi vue, si qđē de die in sol. viginti, & si de nocte in sol. q̄draginta. Et q̄ supra proxime dictū est de porcho damnū dante in vinea dū sunt ibi vue similiter & in cane vendicet sibi locū, si autem in blado, canape, orto, caneto, silua vel salceto vel in vinea dū nō sunt ibi vue in tribus sol. si de die, si vero de nocte in q̄nq; sol. ꝑ capra in. 4. sol. & ꝑ pecude in duobus deñ. pro pullo gallinacea in tribus deñ. pro ocha vel anetra in sex den. Et si plura fuerint pro quolibet tali animali pena integra persoluaᵗ, s̄m distinctionem & uarietatem predictam, si q̄s uero occiderit porcū uel pullū gallinaceū, ocham uel anetram in re sua uel, a se possessa siue conducta dū in ea sibi damnū inferret nullam penam patiatur, dūmodo tale animal mortuū restituat illi cuius esset ipsa die uel seq̄nti qua ipsum occiderit, & si q̄stio esset utrū tale aīal aliq̄s occiderit in tali re, & dū ibi dānū inferret, an uero alio loco uel tēpoř de hoc credatᵗ & stetur sacramēto talis occidentis nisi in contrariū ꝓbaretur, legitime ipsum a sibi uel alio tp̄e occidisse, si q̄s aūt ꝑ se ipsum damnū ꝑsonaliter intulerit deguastādo herbas si de die in. v. sol. si de nocte in. x. sol. cort. puniatᵗ, deguastis uero fructuū, arborum terraꝝ, uinearum ortoꝝ, siluarū cānetorū & salcetorū ꝯdēnetur cōi tuderti in. x. sol. corth. Et nihilominus in quolibet suprascriptorum & infrascriptorum casuum tale damnum passo ad ipsius emendationem integram condemnetur, & de suprascriptis damnis siue guastis accusare possit & alia predicta licite & impune facere tam dñs ipsius rei quam etiam q̄si dominus ac usufructuarius & usuarius & emphiteota siue conductor talis rei seu partiarius & colonus. Preterea uolumus q̄ de illatione ac etiam estimatiōe talis damni siue guasti stetur & credatur iuramento cuiuslibet predictorū. Nec non custodis siue laboratoris talis rei, ēt si fuerit de familia alicuius ꝑdictorum de tali dāno siue guasto conq̄rentis, uidelicet, usq; in q̄titatem sol. uiginti corth. si tale damnum illatū fuisset, siue illatū fuisse diceretur in uinea uel orto dū essent ibi fructus, & usq; in sol. x. si in loco alio uel alio tempore illatum esset siue illatū fuisse diceretur, nisi rectori uel officiali q̄ de tali damno uel guasto cognosceret ex aliqua probabili ratione in contrarium uideretur. Cæterum si talis accusator siue custos uel laborator huiusmodi iuramentū prestare noluerit eo casu talis accusatus possit se suo iuramēto, a tali accusatione purgare. Si uero laborator siue custos talis rei tale damnum intulerit condemnetur dicto cōi in q̄draginta sol. corth. si dño talis rei seu alii predictoꝝ pro quo eam laboraret uel custodiret placuerit. Item q̄libet possit pecorarios & custodes siluaꝝ ac bestiarum damnum dantes licite & impune uerberare dummodo cum moderamine, & bestias quas inuenerit in re sua uel, a se possessa siue conducta damnum inferre possit licite & impune auferre, & secum ducere & retinere donec ipsum damnū sibi fuerit integraliter emendatum cum expensis ꝑ eum factis in ipsis bestiis pascendis liceat quoq; ei qui tale damnum passus fuerit similiter res alias quas tales guastatores siue talis damni illatores tunc apđ se habuerint licite & impune ab eis auferre & eas apđ se retinere donec ipsum damnum sibi fuerit integraliter emendatum. Item si quis abstulerit linum uel canapem alicuius de aqua uel alium de si de die in centum sol. si de nocte in. x. libris corth. puniatur uerum si aliquis accusatus fuerit de damno uel guasto illato cum aliquibus bestiis & probauerit se tales bestias non habuisse, de quibus accusatus esset, eo casu ad penam aliquam minime teneatur. Item q̄ nullus possit accusare in aliquo libello ultra quā tres simul de dāno uel guasto, nec una & eadē die possit ultraquā unū libellum accusatorium in huiusmodi materia porrigeř. Item quicunq; abstulerit aliquas bestias ꝑ eum inuētas dānum inferre in re sua uel, a se possessa siue ꝯducta teneatᵗ denunciare & notificere illi uel illis cuius uel quoꝝ essēt ip̄e bestie ip̄a die q̄ ip̄as abstulerit siue die ꝓxime subseq̄nti, q̄ si nō fecerit teneatᵗ postea

reddere ipsas bestias illi vel illis cuius siue quorum essent ad requisitionem eorum, ac etiam eo casu ad talis damni emendationem tales siue talis cuius vel quorũ ipse bestie fuerint minime teneantur siue teneatur. Cæterum si qs aliũ fraudulenter siue malitiose & contra rei veritatem accusauerit de damno dato qđ ꝓbari possit ꝑ quatuor testes habitantes in castro vel villa in cuius tenuta tale dãnũ diceret͛ illatũ seu si ibi tot habitatores nõ essent ꝑ alios testes idõeos habitãtes in loco ibi magis ꝓpinquo vsq; in dictũ numeꝝ q̃tuor testiũ cõputatis in dicto numero habitatoribus eius loci in quo tale dãnũ diceretur cõmissum si q in dicto loco habitauerint deponẽtes ipsam accusatiõem scđm eoꝝ credulitatẽ fraudulẽter seu malitiose & ꝯtra rei veritatẽ factã esse, eo casu talis accusator in viginti sol. corth. puniat͛. Et nihilominus sup tali accusatiõe vlterius minime ꝓcedatur, ꝓdicta vero locũ nõ habeãt eo casu quo talis accusator ꝓbauerit de tali dãno ꝑ vnũ testẽ deponẽtẽ de visu seu si legitime ꝓbauerit de aliq̃bus verisimilibus inditiis, ꝓsumptiõibus uł ꝯiecturis, ex q̃bus animus iudicãtis ꝓbabiliter induci & informari possit & debeat ad credẽdũ & ꝓsumẽdũ ipsam accusationẽ fore verã. Et ꝙ q̃libet accusator possit renũciare ipi accusationi q̃ndocũq; voluerit ãte sentẽtiã, decernẽtes ꝙ in causis dãnoꝝ datoꝝ agi possit simul ciuiliter & criminal͛r sup eodẽ libello, & ꝑ eãdẽ sentẽtiã reus possit & đbeat cõdẽnari tã dicto cõi ad penã sibi applicãdã q̃m ẽt dãno passo ad sui dãni emẽdationẽ, ñ obstãte [redacted] qđ incõtrariũ loq̄r͛.

ℭ De pena damnum dantis in ortis vel vineis & deferentium vuas & de aliis ad dictam materiam pertientibus. Rub. clxxxviiii.

ITem statuimus si quis intrauerit vineam siue ortũ alterius tempore quo ibi sunt fructus si damnũ nõ dederit in viginti sol. corth. puniatur, si uero ibi damnũ dederit, si đ die in q̃draginta sol. si de nocte in cẽtũ sol. corth. puniatur, & damnũ emendet. Et de hoc credatur & stetur iuramẽto, dñi uel quasi dñi siue usufructuarii uel possessoris siue emphitheote, uel cõductoris talis rei siue sui laboratoris uel custodis usq; in summam uiginti sol. corth. ad plus. Item nullus deferat ficus uel alios fructus de nocte post tertium sonum campane usq; ad diem, contrafaciens uero si de sua possessione in uiginti sol. si de aliena in quadraginta sol. corth. puniatur, si quis autẽ detulerit uuas de uinea alterius de nocte in decem libris corth. puniatur. Et quilibet custos teneatur eum accusare, & qui talem accusauerit habeat medietatem pene que dicta de causa & ex ipsius accusatione in cameram communis Tuderti deuenerit, nullus ẽt de die deferat de uinea sua uel aliena uuas sine licentia potestatis uel Capitanei Ciuitatis Tuderti seu alterius officialis dicti communis qui ad hec fuerit deputatus. Quam licentiam dare teneatur de uuis maturis cuilibet postulanti & deferre uolenti de uinea sua uel aliena cum uoluntate tamen eius cuius esset seu ad quem pertineret quolibet die ieiunii usq; in illam quantitatem de qua ipsis rectoribus siue officiali uel eorũ alteri. Qui de hoc requisitus fuerit uisum fuerit conuenire, contrafaciens uero deferendo ultra unam uuam & usq; in quinq; uuas inclusiue absq; licentia predicta in duodecim deñ. corth. pro uua qualibet quam ultra unam deferret uice qualibet puniatur, si autem, a dicto numero quinq; uuarũ sup aliquis deferret absq; dicta licentia pro qualibet uua quam ultra dictũ numerũ deferret in sol. duobus corth. puniat͛, liceat tamen unicuiq; de uinea sua siue ad se pertinẽte & eius laborator atq; cuilibet de sua familia, ac ẽt de aliena uinea de uolũtate tamẽ eius cuius ipsa uinea esset uel ad q̃m pertineret publice deferre unam uuam tantũ sine pena, & ẽt liceat pizzicarolis & camagnaiolis uuas collige͛ de ꝑgulis cũ uolũtate illius cuius essent & asportare & tenere ad uendẽdum in platea dicti cõis & nõ alibi, qđ locum habeat prehabita licentia, a dicto dño potestate, & capitaneo siue officiali predicto, q̃ pene cuilibet de predictis delinq̃ntibus auferan͛ de facto. Item teneantur dicti potestas & capitaneus, a chalendis Maii usq; ad festum omnium sanctorum facere custodiri portas ciuitatis tuderti per custodes eligendos ꝑ cõsilium gene-

rale dicti communis, a primo sono campanæ que pulsatur de nocte vsq₃ ad diem. Qui teneatur & debeant accusare omnes & singulas psonas deferentes vuas contra formam presentis capituli & aliorũ de hac materia tractantium & habeant pro quolibet de qualibet accusa sol. quinq₃ cortho. Et idem obseruetur in castris & villis comitatus tuderti, si vero aliquis de dictis custodibus in ipso officio aliquã fraudẽ cõmisserit puniat̃ si de die in centũ sol. cortho. si de nocte in. x. libris corr. Et ad accusandum de predictis admictatur sindicus hospitalis charitatis, ac etiam admictant̃ familiares & conuersi dicti hospitalis, & aliorum hospitaliũ, & locorũ religiosoꝝ, & ꝙ notarii dannoꝝ datorũ tam potestatis quã capitanei, & q̃libet alius qui ad hoc officium de cetero fuerit deputatus rimentur singulis diebus, a festo sancti fortunati vsq₃ ad tempus quo per cõsiliũ generale dicti cõis data fuerit licentia vindemiandi infra senatas ciuitatis tuderti circum circha ciuitatem & vbiq₃, a senatis infra pro illis qui deferrent vuas contra formam huius capituli, & si quem inuenerint ipsi vel eorum familiares facientem contra predicta & eum ceperint, & in fortiam dicti communis duxerint puniatur talis contrafaciens in pena predicta, cuius pene medietas sit communis predicti, & reliqua medietas sit dictorum inuenientium & capientiũ. Et liceat cuilibet quemlibet quem inuenerit dannum dare de nocte in vineis vel ortis dum sunt ibi fructus sine sanguinis effusione verberare ipsumq₃ capere & ducere ad curiam dicti communis, & auferre de rebus quas tũc talis malefactor apud se habuerit sine aliqua pena. Et sufficiat in predictis probatio publicæ famę cum iuramento inuentoris vel domini vel labratoris seu custodis ipsius rei, & si dictus danũ dans offenderit talem inuentorem, dominum labratorem seu custodem tempore & loco predictis puniatur in quatruplum pene que alias de tali offensione per formam statutorum dicti communis imponeretur. Nec prosit ipsi dannum danti si ipse offensus fecerit ad sui defensione. Et nihilominus dannũ ipsum emendet, de quo danno & eius estimatione stet̃ sacramento ipsius domini vel laboratoris talis rei vsq₃ ad summam q̃draginta sol. & predicta omnia dicti potestas & capitaneus & q̃libet eoꝝ de dictis mensibus quolibet die sabbati & dominicali per ciuitatem predictam publice banditi facere teneantur sub pena vigintiquinq₃ librarũ pro quolibet eorum contrafaciente.

¶ De Canibus tenentis ligatis. Rub. clxxxx.

ITem statuimus ꝙ q̃libet ciuis comitatensis & incola tuderti habẽs canem teneatur ipsum tenere ligatũ per totũ mensem augusti & septembris ad penam viginti sol. cortho. pro quolibet contrafaciente & q̃libet vice, & ꝙ sindici castrorũ & villarũ dicti comitatus teneant̃ denũciare omnes habentes canes in eorũ castris & villis & non tenentes eos ligatos dicto tempore sub pena uiginti sol. corth. ꝑ quolibet eoꝝ ↄtrafaciente & q̃libet uice. & ꝙ nullus uenator seu aucupator uadat de dictis mensibus ad uenandũ uel aucupandũ per uineas ad penam quadraginta sol. cortho. pro qualibet uice, & quilibet de p̃dictis possit denũciare & accusare q̃mlibet cõtrafaciente, & teneat̃ nomẽ eius in credẽtia & habeat & lucretur medietatẽ pene q̃ dicta de causa in cameram dicti cõis tuderti ex ipsius denũcia siue accusatione peruenerit.

¶ De capris non retinendis nisi in certi casibus. Rub. clxxxxi.

ITem statuimus ꝙ nulla persona retineat capras uel becchos prope ciuitatẽ tuderti per tria miliaria uel infra nisi duceretur causa occidendi aut ad dicte fuissent ꝑpter guerrã. Possit tamẽ q̃libet psona infirma ꝑpter suam infirmitatem tenere unam capram & nulla psona possit tenere aliquam capram uel becchũ in aliquo castro uel uilla comitatus tuderti siue in tenuta ipsius castri uel uille si sic deliberatũ fuerit ꝑ ciues habitantes in tenuta ipsius castri uel uille uel ꝑ maiorem partem ipsorũ sub pena uiginti sol. cortho. pro qualibet capra & pro quolibet beccho, & p̃dicta deliberatiõe facta ꝑ ipsos ciues ut p̃dicitur si aliqua psona ibi tenuerit aliquã caprã siue aliquẽ becchũ liceat cuilibet ipsam & ipsum impune occider̃ & auferr̃ possit tamẽ hospitale

charitatis & hospitalis sancti Stephani tenere pro quolibet eorum vnum vel plures captam siue captas pro necessitate infirmorum ipsorum hospitalium, & non aliter.

¶ De pena incidendi siluas vel arbores alterius & pena sindicorũ nõ denunciantiũ talia committentes. Rub. .clxxxxii.

Item statuimus ꝙ quicunq; damnum dederit in possessionibus alterius incidendo aliquã arborem domesticam vel siluestrem in totũ vel in partem, & hoc ꝓbetur ꝑ vnũ testem de uisu puniat̃ vice q̃libet in centũ sol. corth. Sed & si non ꝓbauerit ꝑ aliq̃m testem stet̃ iuramento eius q diceret se tale dãnũ passum fuisse ad hoc vt talis q diceret̃ ipsum dãnũ intulisse cõdemnetur cõi tuderti in q̃draginta sol. corth. tantũ, & vt sibi ipsum dannũ emendet vsq; in viginti sol. corth. tantum in quolibet dictorũ casuum si per vnũ testem vel suo iuramento firmauerit damnũ esse tante estimationis vel maioris ab inde vero supra probatio legitima requiratur & quilibet sindicus cuiuslibet loci in quo seu in cuius Tenuta dannũ huius datum foret, seu massarii ipsius loci si sindicum non haberent teneantur & debeant sub pena quadraginta sol. cortho. pro quolibet sindico. & quinq; soli. pro quolibet massario ad petitionem cuius qui tale dannum passus fuerit ire ad videndũ ipsum dannum, & eo viso denunciare illatorem ipsius danni alicui ex iudicibus maleficiorũ dicti cõis siue alii, q ad hoc officiũ fuerit deputatus infra decem dies postquam aliquis eorum inde fuerit requisitus. Qui iudex siue officialis teneat̃ & debeat sup dictis denunciis seu accusationibus ad petitiõem damnũ passi ꝓcedere, & q̃mlibet modo ꝑdicto reptum culpabilem puniͬ & ꝯdnaͬ scd̃m cẽsurã & formã p̃ntis capl̃i, & aliorũ de hac materia loq̃ntium.

¶ De pena deceppantium & extirpantium siluas communis Rub. clxxxxiii.

Item statuimus ꝙ nullus decippet, fodiat vel radicitus tollat aliquam Arborem cuiuscũq; generis magnam vel paruam sitam in quacũq; silua cõis tuderti, nec arborem domesticam ex ea incidat, & hoc locũ habeat tã in illis q tenent aliquã de dictis siluis ex cõducto, a, dicto cõi quã in aliis q buscũq; ꝑsonis, qui autem contrafecerit puniatur vice qualibet in decem libris corthonensiũ Et talem delinq̃ntem cuilibet liceat denunciare, & accusare & habeat medietatem dicti banni qđ ex eius denunciatione siue accusatione in cameram dicti cõis peruenerit cuiusq; nomen in credentia teneatur. Et ꝙ domini potestas, & Capitaneus ciuitatis Tuderti teneant̃ predicta facere banniri primo mense eorum regiminis per ciuitatem tuderti in locis consuetis sono duarũ tubarum premisso sub pena librarum quinquaginta pro quolibet eorũ contrafaciẽte.

¶ De pena dannum dantium in bonis ecclesiarum & aliorum locorum uenerabiliũ. Rub. clxxxxiiii.

¶ Item statuimus ꝙ potestas & Capitaneus ciuitatis tuderti teneantur primo mense sui regimis facere banniri per dictam ciuitatem ꝙ nulla persona det uel dari faciat aliqđ damnũ in ecclesiis monasteriis, hospitalibus uel aliis locis uenerabilibus ciuitatis uel comitatus tuderti uel in aliquibus bonis dictorũ locorũ uel alicuius eorũ contrafaciẽs uero puniatur prout puniretur si dãnum esset in bonis alicuius tudertini subiecti iurisdictioni communis tuderti.

¶ De emendatione facienda ciuibus damnum passis, & de modo seruando in ea. Rub. clxxxxv.

¶ Item statuimus ꝙ si alicui ciui tudertino damnum fuerit datum in vineis, blado, arboribus uel rebus aliis, & talis ciuis suo iuramẽto affirmauerit se uescire ꝑsonã quæ siue cuius bestia tale dãnũ

sibi intulerit, eo casu ad petitionem talis ciuis cogatur vniuersitas ipsius castri vel ville in quã vel quo seu infra cuius confinia siue tenuta tale dannũ fuerit, assignare datorem ipsius danni seu illum cuius bestia ipsum dannum intulerit, quo assignato sindicus seu procurator ipsius loci in quo seu infra cuius confinia vel tenuta dannum datum fuerit suam accusationem porrigat contra eum seu cuius bestia tale dannũ datum fuerit intulisset. Et si quidem contra talem assignatum probatam non fuerit siue probatum fuerit, & non sit soluen. eo casu vniuersitas talis loci ipsum dannum emendet. Hoc intellecto ꝙ de tali danno & eius estimatione, ac etiam de loco ipsius danni dati, & infra cuius confinia siue tenuta talis locus sit, stetur & credatur. Iuramento ciuis ipsum dannum, passi siue ipsius filii vel familiaris vsq; in summam, & quãtitatem solidoꝝ decem inclusiue. A dictis vero sol. decem supra vsq; in quadraginta sol. inclusiue stetur, & credatur iuramento cuiuslibet predictorum cum vno teste de visu, ac a quadraginta sol. supra vsq; in centũ solidos inclusiue legitima probatio requiratur, a centũ autem soli. supra presens capitulum locũ non habeat contra aliquem singularem, locũ seu communitatem vel vniuersitatem talis loci, sed eo casu ad talis danni emendationem teneatur totus prebatus in cuius tenuta tale dannũ datũ fuerit. Et de predictis cognoscat vnus de dictis iudicibus malefitiorũ communis tuderti q inde fuerit reqsitus, seu alius officialis q ad hoc fuerit deputatus, breuiter, summarie & de plano ac sine strepitu & figura iudicii. Et si in loco in quo tale dannũ datũ esset non habitarent aliq homines, tũc fiat emendatio danni per proximiores habitatores ipsius loci secũdũ malũ p̄dictũ

ℭ Qd̃ sindici comitatus possint punire dannũ dantes vsq; in duos solidos. Rub. clxxxxvi.

ITem statuimus ꝙ quilibet sindicus alicuius castri vel ville comitatus tuderti possit punire quemlibet de Massariis talis castri uel uille siue de ipsorũ familia dannũ dantem in aliqua possessione alterius sita in tenuta siue infra confinia talis castri uel uille cuius esset sindicus usq; in quantitatem duoꝝ solidoꝝ corthonensiũ pro qualibet uice, & usq; in ipsam summam, & quãtitatem cognoscere & emendari facere illi cui ipsum dannũ datũ fuisset, si recipiens tante dannũ noluerit, a dicta uero quantitate duorũ solidorũ supra se nullatenus intromictat nec intromictere possit sed remaneat in cognitiõe officialiũ cõis tuderti, Et similiter de dictis duobus sol. intromictere se non possit aliqs de dictis sindicis si recipiens ipsum dannũ noluerit, qd̃ se intromictat. Et nihilominus licitũ sit cuilibet de quocũquæ danno sibi illato denũtiare & accusare ipsum dannũ dantem in curiis cõis tuderti presenti capitulo non obstante.

ℭ In Quibus Locis liceat occidere porchũ dannũ dare inuentum, & de pena dãni dati, a uenatoribus siue aucupatoribus uel ab eoꝝ canibus. Rub. clxxxxvii

ITem statuimus ꝙ ubicunquæ statutum loquit̃, ꝙ liceat alicui occidere porchum inuẽtum dannum dare in re ipsius inuentoris siue ad eum ptinentem intelligat̃ & intelligi d̃beat in hunc modum v3 ꝙ cuilibet liceat quocunque tempore occidere porchum in uineis & ortis si in eis tunc temporis fuerint fructus siue non in terris uero aratoriis liceat occidere porchum eo tempore tantum quo in eis sunt fructus. Item si, canis alicuius uenatoris siue aucupatoris dãnum dederit tempore talis uenationis siue aucupationis in ueneis dum sunt ibi uue mature puniatur talis uenator siue aucupator in duplum pene in qua puniendus esset secundum formam statutorum communis tuderti si uero ipse uenator siue aucupator suis manibus in quibuscunquæ rebus dannum dederit tempore talis uenationis siue aucupationis puniatur idem uenator uel aucupator similiter in duplum pene in qua aliter puniendus esset secundum formam statutorum dicti communis.

¶ De pena deferẽtium amigdolas. Rub. clxxxxviii.

ITem statuimus q̃ nulla persona det damnũ in amigdolis nec ipsam deferat ad vendendũ ad ciuitatẽ tuderti a Kalẽdris Maii vsq; ad kalendas iulii. Et q̃ cõtrafecerit puniatur in vno denã. p qualibet Amigdola. Ita tñ q̃ talis pena summa viginti sol. nõ excedat, & d̃ p̃dictis stetur iuramẽto accusatoris, & p̃dicta potestas q̃ p tẽpore fuerit bandiri facer̃ teneat̃ p dictam ciuitatẽ in locis solitis quolibet anno de mense februarii sub pena librarũ q̃nquaginta corth.

¶ De perscrutatione facienda per comitatũ. Rub. clxxxxviiii.

STatuimus q̃ quotiescũq; dominis prioribus populi tudertini visum fuerit opportunũ fiat & fieri debeat p totũ comitatũ ciuitatis tuder. cura & diligẽs ĩquisitio & p̃scrutatio d̃ quolibet genere bladi p duodecim bonos, viros inter quos sint sex notarii eligẽdi per consilium generale cõis tuderti cum eo salario quod placuerit ipsi cõsilio qui duodecim boni viri, diuidãt̃ in sex partes & dictam requisitionem & p̃scrutationẽ facere incipiãt ab extremitate cõfiniũ comitatus predicti. Et q̃ dicta de cã possint & debeant facere aperiri omnes & singulas domos dicti comitatus, quas inuenerint esse clausas & in eis de ipso blado rimari quo casu sindicus castri vel ville in quo vel qua seu infra cuius confinia vel tenuta aliqua de talibus domibus si esset vel saltem aliqui de p̃pinquoribus conuicinis talis domus interesse debeãt sine debeat vna cũ dictis officialibus ad faciẽdũ eã aperiri ad dictã p scrutationem & rimationem faciendã. Et tãdẽ totũ ipsum bladũ cuiuscunq; sit generis per eos in ipso comitatu repertum in scriptis reducant officiali, qui super hoc per ipsum comnune fuerit deputatus.

¶ De rogatione facienda domino ep̃o pro grascia. Rub. cc.

ITem Statuimus q̃ venerandus pater & dominus dñs Ep̃s tudertinus rogetur ex parte cõis tuderti q̃ mãdet clericis comitatus tuderti sue diocesis quaẽtus p officiales dicti cõis libere p̃scrutari & rimari p̃mittant omnes eorũ domos & ecclesias de quocũq; genere bladi ibi existentes, & q̃ mittat vnum de familiaribus suis qui sit clericus ad faciendum ipsos clericos iurare de veritate ipsis officialibus dicenda ad hoc vt in predictis fraus aliqua non comictatur.

¶ De dohana bladorum non facienda & de non emendo granum vel bladum causa reuendendi, & de pena contrafacientis. Rub. cci.

ITem Statuimus q̃ nullus de Ciuitate vel comitatu Tuderti per se uel alium faciat siue fieri faciat aliquam Dohanam uel cõgregationem grani siue cuiuscunq; bladi quod emerat in ciuitate uel comitatu p̃dictis, Contrafaciens uero puniatur in lib. decẽ corthon. p qualibet corba. Et nihilominus tale, granum siue bladum communi tuderti debeat aplicari. Preterea uolumus q̃ nulla persona habens granum uel bladum ad sufficientiam pro uictu sui & sue familie emat uel emi faciat granum uel bladum in platea uel in aliquo alio loco dicte ciuitatis uel eius comitatus causa reuendendi sub pena uiginti solidorũ corthonensiũ pro qualibet corba. Et q̃ in aliquibus dictoꝝ casuũ quilibet possit cõtrafacientẽ denuntiare & accusare & habeat medietatẽ dictarũ penarũ que dicta de cã & ex sua denũtia uel accusatione peruenerit in camerã dicti cõis, & nomen eius teneatur secretũ, quodq; potestas uel capitaneus ciuitatis predicte quolibet mense ipsoꝝ regiminis de predictis in q̃rere teneatur & inuentos culpabiles punire & condemnare secũdũ predictã formam. Et si q̃s eorũ fuerit negligens in predictis uel aliquo predictorũ in quingentas libras corthonensiũ puniat̃. & si talis delinq̃ns non fuerit suppositus iurisdictioni dicti cõis puniatur in pena predicta eius proximior consanguineus ex linea paterna. Salua semper ecclesiasticha libertate cui per p̃ns capitulũ in nihilo uolumus derogari.

¶ De pena extrahentiũ bladũ uel aliã grasciam & in quibus casibus portari possit bladũ extra ciuitatem. Rub. ccii.

ITem statuimus ꝙ nulla persona de ciuitate uel comitatu tuderti extrahat uel extrahi faciat granũ uel aliud genus bladi siue leguminis de comitatu ꝓdicto, si quis vero cõtrafecerit puniatur in penis infrascriptis, videlicet, pro quolibet quartingho grani in quinqꝫ libras cort. & ꝓ quolibet quartingho alterius bladi seu leguminis in medietate dicte pene, & si minus fuerit in minori pena, prout pro rata contigerit ad rationem predictam & nihilominus perdat dictum granum, bladũ seu legumen & bestiam super qua illud portauerit, cuiusquidem penæ, pecuniariæ & estimationis talis bestie medietas sit cõmunis tuderti & alia medietas sit accusatoris, & quilibet qui inuenerit aliquã personam portãtem aliquid de predictis contra dictam formam teneatur & debeat ea die uel sequenti eum denunciare domino potestati siue capitaneo ciuitatis predictæ ad penam vigintiquinqꝫ librarũ cort. & intelligatur extractor & tanquã extractor puniatur. si quis inuẽtus fuerit cũ aliquo de predictis prope confinia comitatus predicti ꝑ duo miliaria uel infra, hoc intellecto ꝙ hec non preiudicet habitantibus in castro vel uilla quod uel quæ sit prope ipsos confines talem grasciam inuentus fuerit portare, declarantes ꝙ quelibet bestia supradicta supra qua supradictum granum, bladum seu legumen extraheretur que non representaretur communi tuderti ante condemnationem fiendam de tali extractore grascie si quidem asinina fuerit intelligatur fuisse & esse ualoris duodecim librarum corthonensiũ. Si uero æquina uel mulina intelligatur fuisse & esse valoris & extimationis viginti librarum corthonensiũ, granum autem siue bladum uel legumen predictũ si ante dictam condemnationem non representaretur dicto cõmuni intelligatur fuisse & esse illius estimationis cuius esset huiusmodi granum bladũ, siue legumen tempore condemnationis predicte quã estimationẽ tam bestie quã bladi quilibet condẽnatus in dicto maleficio loco talis bestiæ siue bladi in quibus condẽnatus esset soluere teneatur, que quidem supra proxime declarata de estimatione predicta trahi volumus non solũ ad futuras cõdemnationes sed etiã ad iam factas de quibus nõ dum executio facta fuerit, preterea uolumus ꝙ nulla persona extrahat uel extrahi faciat de dicta ciuitate tuderti sine apodissa granũ bladũ siue legumen, contrafaciens vero condẽnetur pro quolibet quartingho grani in quadraginta sol. corthonẽsiũ, & pro quolibet quartingho bladi seu leguminis in uiginti sol. cort. ita tñ ꝙ dñi priores populi tudertini singulis ciuibus & comitatensibus tuderti & aliis habitantibus in ipso comitatu ꝑ ipsoꝝ & sue familię uictu qualibet ebdomada cõcedere teneãt apodissam de uno quartingho grani uel duobus bladi, videlicet, unũ tantũ pro qualibet familia.

De pena occultantis bladum. Rub. cciii.

ITem statuimus ꝙ nulla persona de ciuitate uel comitatu tuderti occultet uel occultam retineat in aliqua fouea, puteo alteriis uel uegere uel in aliqua ecclesia seu in aliqua dõ ipsius ecclesie uel in aliquo alio loco clandestino aliquod genus bladi seu leguminis, cõtrafaciens uero in uiginti sol. cort. pro quolibet quartingho grani, & in decẽ sol. pro quolibet quartingho bladi uel leguminis puniatur, & quilibet possit tales contrafacientes denuntiare & accusare, & nomẽ eius teneatur in credentia, & habeat medietatem ipsius banni, quod dicta de causa in camerã dicti communis ex eius denuntiatione & accusatione peruenerit.

Quod bladum existens in comitatu tuderti deferatur ad ciuitatem tuderti ad uoluntatẽ dñoꝝ prioꝝ populi. Rub. .cciiii.

ITem statuimus ꝙ quilibet ciuis & comitatensis tuderti teneatur ad requisitionẽ & volũtatẽ dñoꝝ prioꝝ populi tudertini q pro tꝑe fuerint deferre seu deferri facer ad ciuitatẽ tuderti granum & bladum quod habent in comitatu tuderti infra illos terminos & in ea quantitate & infra quos & de qua eis mandauerint predicti domini priores ad penam eisdem ipsorum dominorum priorum arbitrium imponendam.

¶ Quod fructus terrarum forensium que site sunt in comitatu tuderti reducantur ad ciuitatem tudertis Rub. .ccv.

ITem statuimus ꝙ totum granũ & bladũ proueniens de terris sitis in comitatu tuderti quorumcunq; forensium non habitãtiũ per se vel suã familiam in ciuitate uel comitatu ꝑdictis anno quolibet deferratur ad ipsam ciuitatẽ de mense septembris uel prius, ac deinde saltem de dicto mense septembris assignari debeat duobus bonis uiris popularibus cũ uno notario annuatim eligendis ꝑ dominos priores populi tudertini qui in ipso officio prioratus fuerint de mẽse maii & iunii quoꝝ offitiũ duret per unum annũ tantum cum salario quod eisdẽ per dictos dominos priores fuerit ordinatũ. Et ꝙ dicti duo boni uiri teneantur & debeant totũ dictum granum & bladum uendi facere in platea cõis tuderti quãdo & prout eisdem uisum fuerit expedire ita tamen ꝙ totũ ꝑtiũ ipsius grani & bladi ad manus talis forensis domini talis grani & bladi ꝑuenire debeat cum effectu, cæterum si tale bladum & granum dictis officialibus in dicta ciuitate anno quolibet de dicto mẽse septẽbris uel prius nõ fuerit assignatũ, puniatur dominus talis grani uel bladi in libris ducentis cort. & in amissione talis grani uel bladi, ꝙ ipso iure potestate pñtis capituli dicto cõi acquiratur & acqisitũ esse ex die dite late sententie censemus & declaramus, & ꝙ super ꝑdictis cognoscendis, diffiniendis & exequendis domini potestas & capitaneus ciuitatis tuderti, & qlibet eoꝝ ꝓcedant & ꝓcedere debeant breuiter, summarie & de plano sine strepitu & figura iudicii, alii uero fructus dictaꝝ terraꝝ de dicto comitatu nullatenus extrahantur, sed in eis statuta dicti cõis loquẽtia de grascia uetita nõ extrahenda de comitatu tuderti uẽdicẽt sibi locũ.

¶ De pena iniuriantis uel offendẽntis forensem apportantem bladũ ad ciuitatem tuderti. Rub. .ccvi.

ITem statuimus ꝙ nullus inferat aliquam iniuriam, offensionem siue molestiã dicto uel facto alicui forensi qui adduceret ad ciuitatẽ tuderti, granum uel bladũ ad uendendum, contrafaciens uero pro quolibet uerbo iniurioso quod contra eũ dixerit in libris uigintiquinq; cort. puniatur, & si eum percusserit uel occiderit puniatur in duplum pene in qua per formã statutoꝝ communis tuderti deberet puniri ciuis uel comitatẽsis tudertinus, si aliũ ciuẽ uel comitatẽsem tudertinum taliter ꝑcussisset uel occidisset, & si potestas fuerit negligẽs in ꝑdictis uel aliquo predictorum in centum libris cort. condemnetur.

¶ Quod non fiat proposita uel reformatio de aliqua grascia extrahenda de comitatu tuderti. Rub. .ccvii.

ITem statuimus ꝙ potestas uel capitaneus cõis tuderti, nõ possit nec debeat aliquam propositam uel reformationem facere siue fieri facere uel permictere in aliquo consilio dicti cõmunis ad petitionem alicuius cõmunitatis uel domini de aliqua grascia extrahenda de ciuitate, tuderti, & si contrafactum fuerit talis reformatio ipso iure sit nulla & nihilominus quilibet eoꝝ contrafaciens pena librarum centum cort honensium incurrat uice qualibet ipso facto.

¶ De modo seruando in forensibus uenientibus cum grascia. Rub. ccviii.

ITem statuimus ꝙ cuilibet forensi impune liceat intrare in districtum tuderti cum quibuscunq; victualibus, & cum eis venire usq; ad ciuitatẽ tuderti, sed si cũ eis ipsam ciuitetẽ intrauerit, nõ possit postea inde cum eis discedere sine legitima apodissa, & si cõtrafecerit habeatur pro extractore grascie, & hoc intelligatur de his qui debent soluere pedagium.

¶ Quibus liceat extrahere bestias in die fori de ciuitate tuderti. Rub. .ccviiii.

¶ Item statuimus ꝙ quilibet ciuis & comitatensis tuderti licite & impune possint porcos boues & alia animalia cuiuscunq; generis quæ causa vendendi duxissent siue detulissent siue duci

vel deferri fecissent ad ciuitatem tuderti, de dicta ciuitate extrahere & ad domos suas siue suæ habitationis reducere & referre siue reduci & referri facere etiam sine aliqua apodissa si ea non vendiderint dummodo recta uia reuertãtur cũ eis ad dictas domos sed si ea uendiderint ea extrahere non possint de ciuitate predicta, contrafaciens uero puniatur pro quolibet tali animali quod extraxerint in ea pena in qua puniretur, si tale animal in dictam ciuitatem prius non introduxisset, dummodo talis pena pro nullo dictorum animalium excedere possit penam centum sol. corto.

ℂ In qua quantitate grasciæ possit extrahi, & de pena cõtrafaciẽtis. Rub. ccx.

ITem statuimus ꝗ nulla persona extrahat de ciuitate tuderti causa portandi in comitatum eiusdem ciuitatis pullos, pippiones, anetras uel alias aues uolatiles aut caseũ vel oua siue alia huiusmodi victualia maioris estimationis & ualoris inter omnia uiginti sol. corthonensium, sine apodissa dominorum priorum populi tudertini sub pena quadraginta sol. cortho. pro qualibet persona contrafaciente & qualibet uice, panem autem coctum, a, quinqꝫ soldatis supra nulla persona deferr̃ possit de dicta ciuitate in dictum comitatũ sine apodissa dictorum dñoꝝ prioꝝ sub pena decem sol. ꝓ quolibet pane quem ultra dictum ualorem deferret, saluis aliis capitulis statutorum cõmunis tuderti de huiusmodi materia tractantibus, quæ in suis casibus vendicent sibi locum, panem vero coctum, a, quinqꝫ soldatis infra & alias predictas res, a uiginti soldatis infra cuilibet liceat extra dictam ciuitatem in dictum comitatum deferre etiam sine aliqua apodissa.

ℂ De pena ementis uel uendentis ultra unum corbem grani in ebdomada alicui speciali ꝑsonę. Rub. .ccxi.

ITem statuimus ꝗ nulla persona de ciuitate uel comitatu tuderti & in dicta ciuitate habitans emat pro uictu sui & suæ familiæ in ebdomada ultra unum corbem grani, & si contrafactum fuerit tam emptor quam uenditor in centum sol. corthonensium pro quolibet eorum, & pro quolibet corbe. Et ꝗ potestas & capitaneus ciuitatis tuderti, de predictis inquirere teneatur, & repertos culpabiles in penis predictis punire.

ℂ De pena forensis ementis bladum & vendentis idem. Rub. .ccxii.

ITem statuimus ꝗ nullus de ciuitate uel comitatu tuderti vendat granum, bladũ siue legumen alicui forensi, qui non sit continuus habitator in ciuitate uel comitatu predictis, contrafaciẽs uero puniatur in centum sol. corthonensium pro quolibet corbe grani, & pro quolibet corbe alterius bladi uel leguminis in dimidia dictæ penæ, talis uero forensis emens contra formam predictam puniatur in quolibet dictorum casuum in duplo predictarum penarum.

ℂ De pena prestantis bestiam pro extrahendo grasciam. Rub. ccxiii.

ITem statuimus ꝗ nullus ciuis uel comitatensis uel incola tudertinus locet siue accomodet aliquam bestiam alicuius persone causa extrahendi aliquam grasciam extra comitatum tuderti, contrafaciens uero in decem libris corthonensium pro qualibet bestia taliter locata uel accomodata pro qualibet uice debeat condemnari, & quilibet possit talem accusare, & habeat medietatem banni, quod dicta de causa in cameram communis tuderti ex sua denunciatione & accusatione peruenerit.

ℂ Quod potestas proponat de grascia non extrahenda. Rub. ccxiiii.

ℂ Item statuimus ꝗ potestas teneatur ad cõsilium generale communis tuderti proponere quoties placuerit dominis prioribus populi tudertini quid placeat ipsi consilio prouidere ad hoc, ut grascia non extrahatur de comitatu tuderti, & quicquid per ipsum consilium ordinabitur tenea

tur potestas executioni mandare ad penam quinquaginta librarum corthonensium.

Quod liceat habentibus æquos emere speltã. Rub. ccxv.

Item statuimus ꝙ illi qui habent & tenent æquos impune emere possint speltam pro ipsis equis opportunam.

Quod liceat portare ioglium, introssetum & glandes de ciuitate tuderti in eius comitatum. Rub. ccxvi.

Item statuimus ꝙ cuilibet liceat extrahere & portare de ciuitate tuderti in ipsum comitatũ ioglium, furfur siue introssetum & glandes sine apodissa.

Quod cuilibet liceat extrahere certos fructus de ciuitate & comitatu tuderti. Rub. .ccxvii.

Item statuimus ꝙ cuilibet personæ liceat impune extrahere de ciuitate & comitatu tuderti & portare ad quemcunq; locum uoluerit oleum, ficus amigdola, nuces, pira, mala & alia huiusmodi, dummodo quilibet predicta uel aliquod predictorum deferens, debens pedagium siue gabellam soluere illud uel illam prius soluat ei qui per commune tuderti, ad hoc fuerit deputatus, & ꝙ talibus sic deferentibus postquam ipsum pedagium siue gabellam soluerint, ut predictũ est domini priores populi tudertini uel alius officialis ad hoc deputatus de huiusmodi talibus apodissam concedere teneantur.

De vino non extrahendo de comitatu tuderti. Rub. ccxviii.

Item statuimus ꝙ nullus extrahat de comitatu tuderti vinum nouum uel uetus, si quis autem contrafecerit puniatur pro qualibet salma in decem libris corthonensium, & quilibet possit talem extrahentem capere & accusare & habeat medietatem banni quod ex eius denunciatione uel accusatione in cameram communis tuderti peruenerit, & habeatur pro extractore uini quicunq; inuentus fuerit prope confinia comitutus tuderti per duo miliaria uel infra, nisi talis habitator inuentus fuerit portare ipsum uinum extra ipsum locum infra confines predictos.

Ad que loca liceat habitantibus in ciuitate tuderti deferre grasciam & bladum ad macinandum. Rubrica .ccxviiii.

Item statuimus ꝙ cuilibet personæ habitanti in ciuitate burghis & suburghis tuderti impune liceat portare & portari facere ad macinandum granum seu bladum ad molendinũ filiorum uirmigie positum in nagia, & ad molendinum ualutii domini nitii, quod fuit olim malazampæ, & ab inde citra uersus ciuitatem predictam, & ad alia molendina in arnate & nagie usq; ad tiberim, & ad molendina tiberis sita ex unaq; parte ipsius tiberis, & ad molendinum quod fuit iohannis bonagande, & ad molendina hospitalis charitatis de rigo. Et si quis ultra dicta molendina inuentus fuerit portare, habeatur pro extractore grascie, & tanquã extractor grasciæ puniatur.

Per quas portas liceat deferre granum & bladum ad macinandum de ciuitate tuderti, & de pena deferentium. Rubrica .ccxx.

Item statuimus ꝙ nulla persona portet uel mittat granum uel bladum ad macinandum extra ciuitatem tuderti nisi per portas infrascriptas, uidelicet, per portã uallis, per portam sanctæ crucis, per portam sancti stephani, per portam uieplanę, per portam portefractæ, per portam sanctæ chatarinæ siue per portã guranã cõtrafaciens uero in lib. decẽ corth. uice qualibet puniatur.

Quod non liceat alicui ire ad macinandum extra comitatum tuderti, exceptis illis de castro francho & de pena contrafacientis. Rub. ccxxi.

Item statuimus ꝙ nulla ꝑsona portet ad macinandũ extra comitatũ tuderti granũ uel bladũ Si quis vero contrafecerit puniatur qualibet vice ac si grasciam uetitam extraxisset, ita tamẽ ꝙ hoc locum non habeat in illis de castro francho, quibus impune liceat ire ad macinandum ad mo

lendina ciuitatis narniæ secundum tenorem reformationum seu alterius scripturæ in eorum fauorem olim conditæ circha dictam materiam.

De modo seruando ab illis qui uadunt ad macinandum. .Rub. ccxxii.

ITem statuimus ꝙ quilibet de comitatu tuderti seu in ipso comitatu habitans qui ire uoluerit ad macinandum debeat secum deferre signum lapidis fracti, quem recipere debeat, a presbitero siue sindico illius loci in quo ipse habitauerit si in ipso loco fuerit sindicus siue presbiter, alias ab uno de massariis dicti loci, & ꝙ postquam macinatum fuerit tale granum uel bladum teneatur reassignare farinam, & etiam dictum signum eidem presbitero siue sindico uel massario qui sibi tale signum dederit, contrafaciens uero habeatur pro extractore grasciæ, & tanquam extractor grascie puniatur, preterea uolumus ꝙ custodes grasciæ non capiant aliquem habentem huiusmodi signum dum iret ad macinandum uel inde rediret sub pena sol. centum corthonensium pro quolibet eorum contrafaciente & qualibet uice cuius banni medietas sit talis, & alia sit communis tuderti, & si de signo dubitaretur ducatur talis habens ipsum signum ad dictum presbiterū sindicum seu massarium, a, quo ipsum signum diceret se recepisse, hoc intellecto ꝙ unum & idem signum non prosit nec prodesse possit alicui nisi una uice, & pro una uice tantum.

Quod forenses possint uenire ad macinandum. Rub. ccxxiii.

ITem statuimus ꝙ cuilibet forensi liceat extra comitatum tuderti deferre granum & bladū ad macinandū ad molendina posita in fluminibus comitatus tuderti, & farinam talis grani uel bladi extra dictum comitatum reportare, dummodo semper quando talis forensis, ueniret ad macinādum accipiat & accipere debeat signum lapidis fracti, a, presbitero, sindico uel massario loci magis propinqui ipsi molendino, ad quod ipsum granum uel bladum deferre uellet & deinde ipsam farinam & signum sibi reassignare, ita tamen ꝙ unum & idem signū alicui nō prosit nisi una uice & pro una uice tantum.

De bestiis non extrahendis de ciuitate uel comitatu tuderti & de pena cōtrafacientis. Rub. ccxxiiii.

ITem statuimus ꝙ cuilibet personæ de ciuitate uel comitatu tuderti seu in ipso comitatu cum sua familia habitanti & ibi onera publica subeunti impune liceat extrahere de ciuitate tuderti & ducere in dictum comitatum ad eius habitationem unum uel plures porcellos seu porcellas ualoris pro quolibet uel qualibet triginta vel quadraginta sol. ad plus vel ab inde infra sine aliqua apodissa, si vero valuerit aliqua talium bestiarum, a, quadraginta sol. supra usꝙ in decem libris inclusiue puniatur pro qualibet tali bestia dictum valorē quadraginta sol. ascendente in decem libris cort. Si vero de dicta ciuitate alias bestias ad grasciam pertinentes extraxerit quarum quelibet uel aliqua earum esset maioris valoris viginti sol. vsꝙ in decē libris inclusiue, & quarum extractio permissa non reperriretur per aliquod capitulum statutorum communis tuderti puniatur pro qualibet tali bestia excedente ualorem uiginti sol. in decem libris cort. & si aliqua earū esset maioris ualoris decem librarum puniatur pro qualibet tali bestia in libris uigintiquinꝙ, si uero talis persona contra dictam formam extrahens aliquam de dictis bestiis de dicta ciuitate, & in dictum comitatum ducens fuerit forensis non habitans cū sua familia in dicto comitatu, nec in eo onera publica subiens puniatur in quolibet dictorum casuū in duplo dictarū penarū secūdū distinctionem predictam, ceterū si qua persona ciuis uel comitatensis tuderti siue alia persona cū sua familia habitans & onera publica subiens in dicta ciuitate uel eius comitatu, extrasserit uel extrahi fecerit de dicto comitatu aliquem porcum uel aliquam aliam bestiam ad grasciam pertinētem, quæ non ualeret ultra decem libras cort. puniatur pro qualibet tali bestia in decē libris cort. sed si ualeret, a, decem libris supra puniatur pro qualibet tali bestia in uigintiquinꝙ libris corth. si uero talis persona contra dictam formam extrahens de dicto comitatu fuerit forensis nec habitet cū sua familia, ac etiā dicta onera subeat in dicta ciuitate uel eius comitatu, puniatur in quo

216

libet dictorũ casuum in duplo dictarum, penarum, & nihilominus in quolibet casuum predictorũ quelibet psona cõtra formã huius capituli aliquã de dictis bestiis extrahens perdat ipsas bestias & communi tuderti ipso iure applicentur & acquirãtur, & quilibet possit tales extrahentes & bestias quas contra dictam formam capere & representare, & in fortiam dicti communis, ac etiam eos denunciare & accusare, & habeat talis denunciator & accusator tertiam partem dictarum penarum & bestiarum seu ipsarum estimationis quæ dicta de causa, & ex sua denunciatione & accusatione peruenerit in cameram dicti communis, ita tamen q boues seu uacche aratorii seu aratorie non includantur in prohibitione predicta, quinimmo presenti uel aliquo alio capitulo nõ obstante licite & impune per quamcunq personam extrahi possint tam de dicta ciuitate quam de comitatu predictis & duci ad quascunq partes extra ipsam ciuitatem & eius comitatum etiã sine aliqua apodissa.

¶ De modo seruando per forenses uolentes cum bestiis transire per comitatum tuderti. Rubri. .ccxxv.

Item statuimus q quilibet forensis ducens aliquas bestias de extra comitatum tuderti licite & impune possit per ipsum comitatum transire cum ipsis bestiis & eas ducere ad quascunq partes uoluerit, facta prius per eum fide officiali qui ad hoc per commune tuderti fuerit deputatus, q eas de extra comitatum tuderti duxerit, & subsequenter per eum prehabita apodissa, a, camerario dicti communis de ipsis extra ipsum comitatum ducendis, ita tamen q talis forensis ipsas bestias ducens de quolibet castro porcorum, pecudũ uel castratorũ quos & quas duceret p dictum comitatum tuderti antequam eos uel eas de ipso comitatu extrahat uendat & dimittat & uendere & dimittere teneatur adminus decem in dicta ciuitate pro iusto pretio, si de ipsis uendendis fuerit requisitus & si tunc presentialiter in pecunia numerata per talem emptorem ipsum pretium persoluatur.

¶ De custodibus secretis contra extractores grascie eligendis. Rubrica .ccxxvi.

Item statuimus q domini priores populi tudertini qui pro tempore fuerint quãdocunq im posterum eis uidebitur opportunum proponi faciant in consilio generali communis tuderti de certis secretis custodibus per ipsum consilium eligendis qui continue qualibet ebdomada ire debeant per comitatum tuderti ad requirendum & inuestigandum de extractoribus grasciæ contra formam statutorum dicti communis de hac materia loquentium, & q potestas & capitaneus ciuitatis tuderti tenentur & debeant de predictis inquirere quolibet mense sui regiminis, & inuentos culpabiles debitis penis punire & condemnare.

¶ De custodibus eligendis ad uoluntatem dominorũ priorum populi tudertini. Rub. .ccxxvii.

Item statuimus q per dominos priores populi tudertini, quando eis uidebitur conuenire eligantur quinquaginta custodes cum salario per ipsos ordinando, qui custodes debeant custodire ciuitatem & comitatum tuderti ad hoc ut grascia non extrahatur contra formã statutorũ dicti communis de hac materia loquentium, & quando grasciam ceperint nihil, a, dicto communi percipere debent, non tamen possint dicti custodes ut aliqua alia persona capere uel capi facere aliquam grasciam prope ipsam ciuitatem per duo miliaria uel infra.

Quod cōmunitates succurrant custodibus,& de pena contrafacientium,& custodū cōmittē tium fraudem. Rub. ccxxviii.

ITem statuimus q̄ quando custodes grascie inuenirent aliquam personam transire per comitatum tuderti cum aliqua grascia uetita uersus confines dicti comitatus & ipsi clamauerint,teneantur homines locorum propinquorum & circunstantium trahere ad succurendū ipsis custodibus & eos iuuare pro posse ad capiendum tales transeuntes cum tali grascia uersus cōfines predictos & etiam ipsam grasciam & deinde eos cum tali grascia & bestiis super quibus eā deferrent ducere & in fortiam domini potestatis siue domini capitanei ciuitatis tuderti,& si homines talis loci in predictis fuerint negligentes puniātur pro quolibet lari talis loci in viginti sol. corthonensibus ,exceptis uiduis & miserabilibus personis & infirmis & minoribus uiginti annorum,ac etiam tunc,a,dicto loco absentibus qui ad ipsam penam minime teneantur,si uero aliquis ipsorum custodum fraudem commiserit in predictis puniatur in quinquaginta libris corth.

De cautione prestanda per sindicos castrorum & uillarum comitatus tuderti existentium, prope cōfines. Rub. ccxxviiii.

ITem statuimus q̄ potestas ciuitatis tuderti ad requisitionem & uoluntatem dominorum priorum populi tudertini mittat pro omnibus sindicis castrorum & uillarum comitatus tuderti existentium prope confines ipsius comitatus sibiq̄ pro cōmuni tuderti promitti & caueri faciat,a,quolibet eorum sindicatorio nomine uniuersitatis & hominum talis castri uel uillæ cuius ipse esset sindicus de infrascriptis summis pecuniarum uidelicet ,a, quolibet sindico alicuius de talibus castris in libris quingentis corthonensium,&,a quolibet sindico de talibus uillis de libris ducentis corthonensium,quod ipsi sindici siue homines dictarum uniuersitatum uel aliquis eorum non extrahant nec extrahi faciant granum uel bladum uel aliam grasciam de comitatu predicto contra formam statutorum communis tuderti,& si quis eorum contrafecerit, eum denunciabunt dicto dn̄o potestati,u3.quilibet eo℞ & q̄libet de sua uniuersitate siue cōmunitate cuius ipse esset sindicus contrafacientem,ac etiam pro posse capient omnes & singulos euntes siue trāsitum facientes cum tali grascia per eorum tenutas uersus aliena confinia contra formam statutorum predictorum,quibus promissionibus & cautionibus ab eisdem receptis idem potestas precipiat eis& cuilibet eorum quatenus predicta omnia obseruent & obseruari faciant iuxta formam premissam sub penis predictis.

De pauiglionibus uniuersitatum nō commodatiū extra comitatum tuderti. Rub. ccxxx.

ITem statuimus q̄ nulla vniuersitas comitatus tuderti habens pauiglionem,aut aliqua singularis persona,possit ipsum pauiglionem alicui commodare uel alio modo cōcedere extra territorium ciuitatis tuderti sine expressa licentia communis tuderti,contrafaciens uero in penis decem librarum corthonensium ipso facto se nouerit incursurum.

De prohibitis viris & sponsis & aliis personis tempore matrimonii & nuptiarum. Rubrica .ccxxxi.

PRo euidenti commodo hominum ciuitatis tuderti & ut sumptus superflui,onerosi & indecentes euitentur & cessent,statuimus q̄ nulla mulier tudertina quæ nuberet alicui ciui tudertino uadat æques tempore nuptiarum ad uirum suum mouendo se de una domo dicte ciuitatis,siue ipsius burgorum vel suburgorum & eundo ad aliam domum, existentem in eisdē ciuitate, burghis vel suburghis, & q̄ in eius comitiua ultra quam quatuor uel quinq̄ domine,

quæ sunt ex parte ipsius uiri non uadant, & si plures accederent puniatur uir qui eas dicta de causa in comitatiua talis siue uxoris ire fecerit seu permiserit in uiginti sol. corthonen. pro qualibet, domina que iuerit ultra dictum numerum, & ꝙ nulla persona recipiat aliquam mulierem quæ de proximo ad uirum suum iuisset de aliqua ecclesia ciuitatis, burgorum & suburgorum tuderti, exceptis illis personis que simul cum eius uiro in eadem domo morarentur, & ꝙ nulla domina inuitetur uel requiratur causa uel occasione alicuius mulieris quæ tunc de proximo nupta fuerit. exceptis dominabus quæ sunt de domo uel consanguinitate ipsius mulieris, & ꝙ quando tradendus est anulus alicui mulieri per eius uirum, seu quando aliqua mulier subatranda est non intrent cum ipso uiro seu tunc de proximo ante uel post ipsum uirum in domum uel locum ubi talis mulier esset ultraquam octo homines, & ꝙ nullus extrahat alicui capputium uel aliquid aliud de capite seu percutiat ibi quemquam & panni alicuius mulieris nupte antequã ad suum uirum uadat non deferrantur ad eam ex parte ipsius uiri publice & palam sed clam & secrete, & ꝙ nulla persona de ciuitate tuderti commedat in domo habitationis illius qui maritaret aliquam mulierem tempore ipsius matrimonii contracti, exceptis uiro & duabus aliis personis ad plus, non computatis in dicto numero aliquibus in ipsa domo habitantibus, & ꝙ nullus cõsanguineus talis mulieris possit dicto tempore facere dicta de causa seu occasione aliquod conuiuium alicui personæ preterquam uiro talis mulieris cum duabus aliis personis ad plus, & ꝙ ad domus talis mulieris eo tẽpore nullum ensemnium mittatur, & si mittaretur nullus de domo talis mulieris ipsum recipiat, & ꝙ uir tempore nuptiarum & ad ipsas nuptias inuitare seu habere non possit cũ eius uxore ultraquã quatuor dominas ad plus, duas uidelicet ex parte sua, & duas ex parte ipsius uxoris, & ꝙ ad domũ talis uiri tempore ipsarũ nuptiarum seu earum occasione nullum ensemnium mittatur, & si mittaretur nullus ipsum recipiat, & ꝙ nulla persona tali mulieri nupte uel alteri ꝑ ea tũc tempore matrimonii contracti & ea occasione donet seu donari faciat pecuniam uel rem aliam, & ꝙ occasione alicuius matrimonii contracti uel contrahendi non possit in dictis ciuitate, burghis uel suburghis infra octo dies ante uel post ipsum matrimonium contractũ, seu infra octo dies ante uel post ipsas nuptias aliquod conuiuium fieri aliquibus personis ultra numerũ supradictũ, & ꝙ in quolibet predictoꝝ casuũ in quo pena supra in presenti capitulo expressim determinata non est quælibet persona contrafaciens penam librarum decem corthonen. ipso facto incurrat ad quorum obseruationem solum ciues tudertini, ac etiam comitatenses continue cum suis familiis in dicta ciuitate habitantes uolumus obligari.

¶ De pena mulierum portantium indumenta contra formam infrascriptã. Rub. ccxxxii.

ITem statuimus ꝙ nulla mulier possit deferre in aliqua uel super aliqua parte suæ personæ aliquod ornamentum de auro, argento, pernis, gemmis uel lapidibus pretiosis, exceptis anulis schaglialibus & aliis centuris fulcitis siue fornitis auro uel argẽto & maspillis siue bottonibus quos deferre possint causa abottonãdi de auro uel argento ꝑ ut eis placuerit, & exceptis fresectis quorum quilibet non excederet ualorem & estimationem librarum quadraginta corthonen. nec etiam aliquam uestem cuius laborerium & cuseiturra constet ultra decem libras corthonen. nec etiam aliquam uestem excepto mantello cuius longitudo protendatur siue protendi possit ultra quã usq; ad pedes ipsius mulieris inclusiue neq; aliquod rompiectum in aliqua sua ueste cuius altitudo excedat mensuram sexte partis unius passeti, & ꝙ nulla mulier ætatis duodecim annoꝝ uel ab inde supra deferat in dorso aliquam uestem scollatam & contra infrascriptam formam & mensuram uidelicet ꝙ quelibet scollatura talis mulieris sit & esse debeat rotunda, ita ꝙ ipsa totũ ditas corespondeat & cõformet busto persone ipsius mulieris, & ꝙ taliter fiat dicta scollatura,

& ex utraque parte tam dextra quã sinistra sit & remaneat ipsa vestis mensurando ipsam, a pũcta orchæ siue, a cultura quæ fit super ipsam orchã uersus collum ipsius mulieris amplitudinis ad minus sexdecim partis unius brachii ad mensurã brachii cum quo panni lanei venduntur & mensurantur in ciuitate tuderti. Contrafaciens uero in quolibet casuum prædictorũ penã librarũ .x. cortonen. incurrat uice qualibet ipso facto. Et ꝙ nulla talis mulier deferre possit aliquam vestem habentem boccalia manicarum maioris longitudinis quã usque ad punctas digitorum manus ipsius mulieris inclusiue sub pena sol. centum cortonen. pro qualibet contrafaciente & qualibet uice. Et ꝙ in quolibet casuum prædictorũ ad dictas penas soluendas cogatur & cogi possit vir talis mulieris si uirum habet. Ita tamen ꝙ quicquid ipse vir dicta de causa soluerit detrahatur & detrahi possit de dote talis mulieris. Et si virũm nõ haberet, ad dictarũ penarum solutionem cogatur & cogi possit pater eius, siue Auus paternus si eos vel alterum eorũ haberet & cum eis uel altero eorum moretur & habitaret. Ac etiam cogi possit & debeat ad dictas penas soluendas quælibet alia persona in cuius uel sub cuius familia esset talis mulier delinquens, & quæ vna secum in eadem domo tunc temporis habitaret.

De certis vestibus & ornamentis non ferendis per masculos. Rub. 23.

Item statuimus ꝙ nullus Ciuis tudertinus masculus seu comitatinus Tuderti deferat capputium longum ultra mensuram unius brachii ad mensuram brachii cõmunis Tuderti cum quo panni lanei venduntur & mensurantur. Nec amplum ultra mensuram unius bracchii & quarti ad dictam mensuram mensurando in dicta amplitudine bracchii ipsius capputii. Neque aliquod aurum vel argentum massicciũ seu laboratũ siue aliquod fictitium aureum uel argentatum uel perlas in aliquo uel super aliquo capputio quod deferet. Contrafaciens uero in quolibet dictorum casuum in sol. centum cortonen. uice qualibet puniatur, exceptis militibus quibus liceat omne ornamentum in capputiis & super capputiis suis impune deferre.

De pena portantis Mantellum contra infrascriptam formam uel aliud uestimentum. Rub. 24.

Item statuimus ꝙ nullus ciuis seu comitatensis Tuderti deferat aliquod mantellum longũ varnechia quam in dorso portaret. Nec aliquod mantellum, cum capputio, ꝙ computato eius bucho, sit longius vno bracchio & quarto ad mensuram bracchii cõmunis Tuderti cum quo panni lanei venduntur & mensurantur. Nec aliquod mantellum fratescho apertum & fessum ex parte anteriori, neque aliquod mantellũ foderatum fodera panni lanei vel linei seu pellis uel guarnelli. exceptis milibus, judicibus, iurispertis, Medicis & omnibus aliis ætatis sexaginta annorũ vel abinde supra. Quibus deferre liceat mantellum qualibet fodera foderatũ. Contrafaciens vero in aliquo dictorũ casuum pena centum sol. corto. ipso facto vice qualibet incurrat. Nec etiam deferat aliquã guarnecchiã seu cottarchiam quæ distet seu alziata sit, a terra ultra medium bracchium ad dictam mensuram. Neque aliquã tunicã distantẽ seu alzatã, a terra ultra duos tertios bracchii ad dictam mensuram. Nec boccalia seu buchos guarnachie quæ seu qui protendantur ultra longitudinem suorum bracchiorũ & manuum, Ita tamen ꝙ prædicta locum nõ habeant in guarnacchiis cottarditis & tunicis iam factis sed solum in fiendis. Nec etiam locum habeant in tunicis de lazzo colorato uel non colorato. Nec etiam deferat aliquis de prædictis manicas alicuius tunicæ uel cottarditæ longas vltra lõgitudinem sui bracchii, uidelicet, usque ad eius manus inclusiue. Ita ꝙ ipsa manus in longitudinem dicti sui bracchii nullatenus cõprehendatur. Contrafaciens vero in aliquo dictorum casuum vice qualibet in sol. centum corto. puniatur. Nec etiam deferat aliquod aurũ uel

argentū siue pennas vel frescios laboratos seu compositos cum auro uel argento in aliquo uel
super aliquo suo vestimento sub pena librarū decem cortonen. pro quolibet contrafaciente
& qualibet vice. Liceat tñ cuilibet deferre pro abbottonatura cuiuslibet suę vestis vsq; ad
quinquaginta maspillos ad plus argenteos etiam deauratos si sibi placuerit, exceptis militi-
bus, iudicibus, iurisperitis, & medicis quos ad prædictorū obseruationē nolumus obligari.

¶ De pena Sartorum & eorum discipulorum, & aurificum facientium contra
capitula infrascripta. Rub. 235.

ITem statuimus ꝙ nullus Sartor incidat uel taglet aut suat siue sui faciat aliqđ pannū
pro aliqua ueste siue aliquam uestē contra formā suprascriptorū capitulorū de dicta ma-
teria loquentiū siue alicuius eorum sub pena .x. lib. corto. pro quolibet cōtrafacienti &
qualibet vice. Nec etiam aliquam vestē cuius laboreriū & sutura constet seu constare possit
vltra .x. lib. cortonen. sub pena .xxv. lib. cortonen pro quolibet contrafaciente & qualibet ui-
ce. Ad quorum obseruationem etiam ipsorum discipulos uolumus obligari. Adiiciētes ꝙ ipsi
Sartores teneantur & cogi possint & debeant cum effectu ad soluendū dictas penas pro eo-
rum discipulis facientibus contra prædicta uel aliquod prædictorū, cū mandato uel sine mā-
dato seu ipsis scientibus & nō cōtradicētibus. Et ꝙ qlibet Sartor habeat apud se dictā mēsu-
rā sextedecimæ partis bracchi cū quo panni lanei venduntur & mensurātur in ciuitate tuder-
ti ad hoc ut non errent, circa scollaturas uestium mulierum. Et ꝙ consules ipsorū Sartorū te-
neantur uinculo iuramenti & ad penam .xx. sol. cortonen. saltem semel tēpore cuiuslibet prio-
ratus astringi facere omnes Sartores suę artis & eorum discipulos consuetos de obseruādo om-
nia & singula capitula de hac materia loquentia quatenus ad eos pertinent. Et ꝙ nullus auri-
fex faciat uel fieri faciat aliquod de prædictis ornamentis prohibitis sub pena .xxv. lib. pro
quolibet contrafaciente, & qualibet uice.

¶ De hiis quę incumbunt Dominis Potestati & Capitaneo, & de certis
officialibus ad prædicta deputandis. Rub. 236.

ITem statuimus ꝙ potestas & capitaneus ciuitatis Tuderti teneant̄ & debeant sub uin-
culo iuramenti & ad penam .xxv. lib. corto. pro quolibet eorum contrafaciente. Qui-
buslibet diebus Dominicis & festiuis mittere aliquem ex suis Notariis cum aliquibus de
sua familia ad ecclesias ciuitatis tuderti & eius burgorū & suburgorum, & ad alia loca ad quæ
ipsis uidebit̄ expedire ad perquirendū & perscrutandū de facientibus ꝯtra p̄dicta vel aliqđ
prędictorū. Et ꝙ cū ipsis notario & familia quolibet uice uadat unus sartor uel alia ꝑsona ꝓ-
uida & honesta qui uel quæ ꝑ dños priores populi tudertini qui ꝓ tpe fuerint ad hoc spāliter
deputati. Quē siue quā iidem dñi priores possint & debeant deputare cū eo salario, & ꝓ eo
tpe de quo & prout ipsis dñis prioribus uidebit̄ conuenire. Per quē quidē Sartorē seu aliam
prædictā personā mensurent̄ indumenta & scollature mulierū. Et ꝙ in p̄dictis casibus & quo-
libet p̄dictorū stetur & credat̄ relatiōi dictorū notarii & sartoris seu alterius ꝑsonæ ad p̄dictū
offiīū per dictos dños priores ut p̄dicitur deputate & ipsorū relatio pro legitima & sufficienti
ꝓbōne habeat̄. Et ꝙ ipse dñs potestas & capitaneus habeat quartā partē totius eius ꝙ ipse
dictis de causis uel aliqua earum in camera dicti cōis cū effectu fecerit deuenire ex inuētione
& relatione p̄dicta, quam quartā partē camerarius dictæ camerę sine aliqua appodissa ꝑ ea
faciēda eidē ad eius reqsitionē soluere teneatur. Et ꝙ qlibet possit ꝯtrafaciētes quēlibet in
dictis casibus uel aliquo eorū denūciare & accusare & hēre debeat medietatē bandi. Quod di-
cta de cā ex eius denūciatione uel accusatione deuenerit in camerā cōis p̄dicti. Et eius nomē
in credētiā teneatur. Cuius iurō in quolibet dictorū casuū cū uno teste de uisu credat̄ et stet̄.

Et

Et ꝙ ipsi potestas & capitaneus & q̃libet eorũ de & sup omnibus & singulis suprascriptis cõtra q̃mlibet in aliquo de dictis casibus deliq̃ntem procedere & cognoscere possint & debeant breuiter sũmarie & d̃ plano ac sine strepitu & figura [redacted] fuerint feriati per formam iuris seu statutorum dicti communis, & ꝙ ab eorum processibus & sententiis dicta de causa fiẽdis & ꝓmulgãdis apellari seu recurri nõ possit nec ẽt de nullitate opponi statuto seu ordinamẽto dicti cõis seu ẽt iur cõi in cõtrariũ loq̃ntibus nõ obstãtibus, teneãt̃ ẽt dicti potestas & capitaneus suprascrpta oia & singula cõtẽta in capitulis suprascriptis de hac materia loq̃ntibus quolibet mẽse bãniri facere ꝑ ciuitatẽ tuderti in locis ꝯsuetis, ac ẽt de ipsis inq̃rere, & si in predictis vel aliquo predictorum aliquis eorũ fuerit negligens penam quingentarũ librarũ corthoñ. ipso facto incurrat, Teneantur quoq̃ dicti domini Priores q̃ pro tempore fuerint singulis annis de mense Ianuarii & Februarii eligere duos bonos viros in qualibet parrochia ciuitatis tuderti qui denuncient ipsis dominis potestati vel capitaneo omnes & singulos quos nouerint aliquid facere contra predicta vel aliquod predictorum.

De certis moribus & actibus prohibitis tempore mortis alicuius, & de pena contrafacientium & de multis aliis ad ipsam materiam pertinentibus.

Rub. ccxxxvii.

ITem Statuimus ꝙ nulla persona induat se de aliquo panno coloris nigri propter mortem alicuius persone excepta vxore talis defuncti, & ꝙ homines euntes ad ecclesiam ad quam aliquod corpus mortuũ deferreret̃, teneantur deposito ipso corpore mortuo in ecclesia statim inde discedere, exceptis illis tantum qui ipsum corpus ad ipsam ecclesiam detulissent & ꝙ postquam predicatum fuerit ad domum de qua extractum fuerit ipsum corpus nullus reuertatur ad ipsam domum nisi illi qui venerint de comitatu Tuderti vel qui fuissent absentes, quando ipsum corpus portatum fuerit ad ecclesiam. Item ꝙ nulla mulier vadat ad ecclesiam quando ad eam defertur aliquod corpus mortuũ nisi esset bizzocha, possint tamen aliquę mulieres interesse ad seppelliẽdũ quodlibet corpus cuiuslibet femine mortue quæ in dicta prohibitione minime includant̃ ꝯtrafaciẽs vero in aliquo dictorũ casuũ in q̃draginta sol. corth. puniat̃. Itẽ nullũ cadauer vel corpus mortuũ alicuius ꝑsone que fuisset ætatis maioris sex decim annorũ possit vel d̃beat seppelliri nisi prius notificet̃ ꝑ parte heredis vel patris talis defũcte ꝑsone curie dñi potestatis vel capitanei ciuitatis tuderti, ꝙ mitat vnũ de notariis maleficiorum sue curie vel saltẽ duos d̃ suis berruariis ad domũ in qua esset tale corpus mortuũ, & nisi prius talis notarius & berruarii venerint ad domũ ꝑdictam, quosq̃ dem notarium & berruarios ipse potestas siue capitaneus cuius curie talis notificatio fuerit facta statim ad dictam domũ mitere teneatur. Qui Notarius & Berruarii ire debeant statim ad domum predictam & ad ipsa domo vsq̃ ad ecclesiam ad quam portaretur, & deinde cum gente quæ tale cadauer assotiauerint redeant vsq̃ ad ipsam domum & ibi tunc temporis respiciant & inuestigent diligenter si aliquid fieret vel factũ esset contra formam presentis capituli. Et si tale corpus mortuum delatum fuerit ad ecclesiam antequã talis notificatio facta fuerit puniatur heres talis defunctæ ꝑsonæ si quem habet in sol. cẽtũ corthon. alias puniat̃ pater eius si sup̃est in pena predicta. Ad hãc aũt notificationẽ teneri volumus illos qui habitant extra portas ciuitatis veteris, si ipsam notificationem commode facere

222

non potuerint dicte curie antequam corpus ipsum mortuū ad ecclesiam deferatur, dūmodo ipsam notificationem faciant alicui de custodibus porte ipsius burghi in quo esset tale corpus defunctū, quo casu talis custos dictā notificatiōem dicte curie statim facere teneatˀ sub pena predicta. Verū si aliqs ꝑ suū nūtiū fecerit talē notificationē fieri dicto potestati vel capitaneo siue curie alicuius ipsoꝝ & deinde dicti officiales & berruarii cōgruo tpe nō venerint ad domū ꝑdictā, eo casu tale corpus postquā dicti officiales fuerint tpe debito expectati licite & impune valeat seppelliri, & si de dicta reqsitiōe fuerit dubiū stetˀ & credatˀ iuramēto talis nūcii, & ꝙ tpe alicuius funeris seu eius occasiōe nulla ꝑsona extra domū in qua esset seu in qua tūc de ꝓximo extra ctū esset aliqđ corpus mortuū possit vel debeat aliquos clamores stridoris vel vlulatus facerˀ vel emitere alta voce aut dacapillare vel carnem lacerare vel manus inuicem concutere siue faciem vel aliam partē sui corporis percutere seu pānos sibi dilaniare aut capputiū vel birretū sibi de capite extrahere, ita ꝙ occasione alicuius funeris nō recipiantur aliq̄ ensenia, nec fiāt aliqua cōuiuia in qbus intersint vltra quatuor homines & sex mulieres nisi venirēt de extra ciuitatem tuderti vel nisi fierent inter coniūctos talis defuncte persone vsq; in scđm gradū inclusiue. Item ꝙ nulla mulier propter aliqđ funus debeat cantare. Item ꝙ tempore alicuius funeris vel eius occasione non fiat aliqua predicatio alicuius laicalis & secularis persone. Item postquam corpus mortuū portatū fuerit ad ecclesiam & homines redierint ab ecclesia & facta predicatione ipsis mulieribus nulla mulier debeat stare scapillata, sed suū caput debeat coperire & velare ac velatū tenere, nec faciem suam laceret nec manus ad inuicem percutiat nec alta voce stridores, clamores vel vlulatus aliquos faciat uel emitat, nec sibi pannos dilaniet sub pena centū sol. corthoneñ ꝓ quolibet contrafaciente, & ad dictam penam soluendā teneatur maritus pro uxore, pater pro filia & frater pro sorore. Item ꝙ nullū corpus mortuū possit uel debeat portari in cassa ad ecclesiā uel seppulturā nisi esset miles uel iudex iuris peritus uel uxor alicuius eoꝝ uel presbiter siue alius clericus in sacris ordinibus constitutus ad penam qnquaginta lib. corthn. Item ꝙ nulla persona de ciuitate uel comitatu tuderti audeat uel presumat pro funere alicuius persone ciuis uel comitatensis tuderti tenere vel portari facere cereos uel torticcios de cera ultra infrascriptū numerꝝ atq; pōdus sub pena decē lib. cort. n 3 . ꝓ funere alicuius nobilis & magnatis siue alicuius iudicis iurispiti uel alicuius eoꝝ uxoris siue filii ultra duos torticcios q eē pñt quāticūq pōderis heredi siue ꝯiūcto talis defūcte ꝑsone placuerit ꝓ funerˀ xo alicuius popularis ciuitatis uel cōitatus tuderti tenere uel portari facere non liceat ultra duos torticcios cere quae cera esse possit triginta libraꝝ ad plus, pro funere autem alicuius militis portari & haberi possint quotcunq; torticcii atq; quanticunq; ponderis prout uoluerint heredes siue coniuncti ipsius militis defuncti, liceat quoq; cuilibet heredi siue coniuncto cuiuscūq; persone defuncte impune tenere & portari facere ad eius funus unum torticcium eius ponderis cuius uoluerit pro domino Episcopo tudertino Item ꝙ infra tertiam diem postquam corpus aliquod fuerit traditum sepulture dictus potestas uel Capitaneus cuius notarius & berruarii tali funeri inter fuerint teneantur solemnem inquisitionem facere & super ea examinare saltem quatuor homines proximiores uicinos ipsius defuncte persone, & ab eis querere & inuestigare an in predictis uel aliquo predictorum fuerit contrafactum, & repertos culpabiles in dictis penis debeat condemnare. Quodq; in dictis casibus & quolibet eorum relatio dicti notarii maleficiorum & dictorum duorum berruariorum pro plena & legitima probatione habeatˀ. Et ꝙ dictus potestas siue Capitaneus habere debeat medietatē totius eius qđ ex inuētiōe & relatiōe dictoꝝ suoꝝ notarii & berruarioꝝ i aliquo dictorū

casuum in cameram dicti communis peruenerit, postquã de pena quæ soluta fuerit ratione delationis facte de aliqua defuncta persona in aliqua cassa, quo casu solum decimam partem dictę penæ habeat ipse potestas siue capitaneus ex inuentione & relatione predicta, ac etiam exceptis penis solutis siue soluendis occasiõe cereorum siue torticciorum qui delati fuissent ultra numerum & pondus predictum, de quibus penis idem potestas & capitaneus in nullo casu aliquã partem debeat percipere uel habere, & ꝙ dictus potestas siue capitaneus cui peredicta incumberent ut predicitur, super predictis inuestigandis, discutiendis, terminandis & exequendis breuiter, summarie & deplano ac sine strepitu & figura iudicii & absq; aliqua iuris solemnitate procedere teneatur, & hoc capitulum dicti potestas & capitaneus totaliter de uerbo aduerbum uulgari sermone saltem semel tempore sui regiminis legi faciant alta uoce in consilio generali dicti communis, in quo intersint adminus ducenti consiliarii ipsius cõsilii, ac etiam omnia in presenti capitulo contenta banniri faciat quolibet die klendarum per ciuitatem tuderti in locis consuetis ad duas tubas, & si dictus potestas uel capitaneus in predictis uel aliquo predictorum negligens fuerit puniatur in ducentis libris corthonen. & de hiis hominibus debeant sindicari.

¶ Quod Sr guidaloctus domini Alberrini non possit intrare domum habitationis dominorum priorum, siue alicuius rectoris communis tuderti, & de pena ipsius contrafaciẽtis. Rub. .ccxxxviii.

ITem statuimus ꝙ ser guidaloctus domini Albertini de castro florentino nõ possit nec debeat ullo modo ingredi palatium dominorum priorum populi tudertini, nec palatium aut domũ habitationis uel audiẽtie alicuius rectoris uel officialis communis tuderti iurisdictionem habentis usq; ad quinq; annos inceptos in anno domini millesimo, tricentisimo, quadragesimo secundo, indictione decima. die duodecima mensis iunii nisi forsitan alicuius processus criminalis qui fuerit contra eum, quo casu quatenus & prout exegerit oportunitas talis causæ ad predictorum obseruationem minime teneatur, & si contrafecerit incurrat penam quingentarum librarum uice qualibet ipso facto, & de hoc liceat cuilibet ipsum accusare & denunciare, & habeat medietatem pene quæ camerario camere dicti cõmunis soluta fuerit occasione predicta, & ꝙ usq; ad dictum tempus dictus sr guidaloctus non possit habere aliquod officium in dicto communi.

¶ De hiis qui declinarunt iurisdictionem & forum secularis curiæ tudertinæ. Rub. ccxxxviiii.

ITem statuimus ꝙ si contra aliquem in aliqua curia communis tuderti procederetur per modum accusationis, inquisitionis uel denunciationis uel alio modo de aliquo maleficio uel occasione alicuius maleficii quod diceretur per eum commissum, & talis contra quem procederetur ut dictum est, uellet declinare & declinaret iurisdictionem & [redacted] communis tuderti, & nollet sub dicta seculari curia respondere seu conueniri uel constrigni pro ipso maleficio de quo contra eum procederetur, tunc potestas seu capitaneus seu quilibet alius officialis dicti communis, qui de huiusmodi maleficio cognosceret faciat binis tubis banniri ad pectorale palatiorum communis tuderti publice, ꝙ talis accusatus, inquisitus uel denunciatus pro tali,

maleficio non vult respōdere seu conueniri uel constrigni sub dicta curia seculari, sed potius iu-risdictionem & forum dicte secularis curiæ recusat & declinat in totum, & propterea ab ea hora in antea dictus talis declinans ut dictum est sit ex tunc extra protectionem & defensionem cōmunis tuderti & dictæ curiæ secularis, & sibi pro aliquo facto ius in ciuili uel criminali causa non reddatur. & nihilominus quilibet possit eum in persona & rebus offendere tantum sine pena & banno, ex certa scientia statuentes ꝙ huiusmodi declinatione & bannimento factis talis sic declinans ex tūc sit & esse intelligatur & habeatur extra peotectionē & defensionē communis tuderti & dictæ curiæ secularis, & abinde in antea sibi ius aliquod in ciuili uel criminali causa non reddatur uel fiat, & nihilominus quilibet possit eum realiter & personaliter offendere sine pena declarantes etiam, ꝙ si talis contra quem procederetur, non declinaret expresse dictam iurisdictionem & forum dicte secularis curie tudertine ~~sed pretextu aliquarum literarum inhibitoriarum impediretur uel retardaretur processus huiusmodi quominus ferretur sententia~~ cōdemnatoria uel etiā executio sententiæ condemnatoriæ quæ lata esset uel quæ inde ferri contigerit, quominus fieret talis contra quem procederetur uel contra quem senteneia lata foret habeatur & imputetur pro declinante, ac si declinasset expresse, & ꝙ omnia supradicta in eo locum habeant tantum in exp̄sse declinante, & ꝙ omnes & singuli taliter declinantes seu qui pro declinantibus haberi debeant uigore & fictione presentis capituil scribantur & scribi debeant per unum ex notariis domini potestatis capitanei uel rectoris seu alterius officialis procedentis in quodam libro, quem camerarius communis tuderti penes se debeat retinere vt inde perpetuo memoria habeatur, cui libro detur plena fides, & ꝙ dominus potestas in cōsilio generali, & dn̄s capitaneus & q̄libet alius rector dicti communis in consilio populi teneatur adminus quolibet mense semel predictos sic declinantes seu habitos pro declinantibus publice legi facere, & omnia & singula in hoc capitulo contenta cum effectu executioni mandare ad penam quingentarum librarum corthonen. camerario cōmunis tuderti effectualiter persoluendam. non obstante aliquo capitulo huius statuti supra vel infrascripto seu aliquo iure cañonico vel ciuili, q̄bus volumus p̄ hoc capitu. totaliter derogari.

Finis Tertię distinctionis.

[illegible] Cõmunis Tus
[illegible] & citra-
[illegible] cõpleri facias
[illegible] & om-
[illegible] aliqua in-
[illegible] deficien-
[illegible] causa
[illegible]

[illegible]

[illegible] co-
[illegible] debi
[illegible] cau-
[illegible] dicti re
[illegible] questio-

[illegible] debitores
[illegible] alibus

O

[illegible]

[illegible] respondere [illegible] potius [illegible]
[illegible] & forum [illegible] in hoc
[illegible] tales [illegible] & [illegible] cō
[illegible] & dictæ [illegible]
[illegible] & nihilominus [illegible] &
[illegible], et certa scientia [illegible]
[illegible] ex tunc sic & [illegible]
[illegible] dictæ curiæ [illegible]
[illegible] uel fiat, & nihilominus [illegible] decla
rantes etiam, [illegible] iurisdictionem
& forum dictæ [illegible]
[illegible]
executio [illegible]
talis contra [illegible]
declinantes [illegible] expresse [illegible]
se declinante [illegible]
[illegible]
[illegible] procedendo [illegible]
[illegible] debeat [illegible] inde perpetuo [illegible]
[illegible] generali, & [illegible]
[illegible] quolibet [illegible]
[illegible] publice [illegible], & omnia & singula [illegible]
[illegible] librorum [illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible] distinctionis.

INCIPIT QVARTA DISTINCTIO.

¶ De Officio iudicis extraordinariorum. Rubrica Prima.

IN Nomine Domini amen. Statuimus ꝙ iudex extraordinariorum Cõmunis Tuderti cognoscat, & diffiniat, de omnibus quæstiõibus, & causis meris ciuilibus, & extraordinariis, & de alimentis, quocũ ꝑ iure debitis. Ac etiam obseruari & adimpleri faciat iusta & legitima pacta, procedendo, & pronunciando in dictis, & super dictis causis, & omnibus aliis, in quibus eidem per formam alicuius capituli statutorũ dicti cõmunis aliqua iurisdictio siue cognitio, est concessa secundũ formam statutorũ prædictorum. Et his deficientibus secundũ formam & censuram iuris cõmunis. Dũmodo in omnibus & singulis causis alimentorũ, quæ pro presenti vel futuro tẽpore constitui siue solui peterẽtur siue iure actionis siue iudicis officio procedere & pronunciare possit & debeat omnibus diebus tam iuridicis quã etiam feriatis & illis dũtaxat exceptis qui in honorem dei fuerint feriati, ita tamen ꝙ nulla causa possit vel debeat cognosci, de qua cõmuni Tuderti salarium aliquod deberetur, per formã alicuius capituli statutorũ dicti cõmunis. Et ꝙ cum dicto iudice esse debeant duo Notarii ad scribendum acta in dictis causis occurrentia.

¶ De pignoribus recolligendis & modo procedendi in causis pignorũ. Rub. 2

ITem statuimus ꝙ potestas, & capitaneus Ciuitatis Tuderti & iudex extraordinarius ciuitatis eiusdẽ, & quilibet eorũ qui inde fuerit requisitus præcipiant & præcipere teneãtur oĩbus & singulis debitoribus & eos omnibus iuris remediis opportunis cogant, & cogere possint & debeant ad petitionẽ suorũ creditorum, luere seu recolligere infra quindecim dies continuos ex die talis præcepti in antea numerandos, ipsa die dicti facti præcepti in ipso termino minime computata, oẽs & singulas res mobiles siue se mouẽtes per eos pignoratas & pignori traditas ipsis suis creditoribus pro aliquo pecuniario debito postquã scilicet cesserit & venerit dies ipsius debiti repetendi. Quo termino dictorũ quindecim dierum elapso idem rector siue iudex tali creditori det & concedat ad ipsius requisitionẽ & voluntatem licentiam & potestatẽ vendendi ipsa pignora, saluis pactis factis inter ipsos creditores, & debitores, supradictos. Quæ tam in conuentionalibus pignoribus quã etiam in prætoriis & iudicialibus vendicent sibi locum. Et ecõtrario si aliquis debitor paratus fuerit cũ effectu suo creditori debitum soluere & talis creditor eidẽ debitori pignora quæ ab eo receperit restituere recusaret possit & debeat talis creditor ad talis sui debitoris petitionẽ simili modo compelli ad ipsum pignus sibi reddendum & restituendũ recepto ab eo prius tali debito siue ipso debitore parato ipsum debitum sibi soluere cum effectu. Possint etiam dicti Potestas & Capitaneus & iudex & quilibet eorum, coram quo huiusmodi lites & quæstiones agitarentur siquidem tales questiones essent estimationis & valoris viginti solidorũ inclusiue vel abinde infra ipsas decidere & diffinire iuramento alterius partium cui sibi videbitur deferendo consideratis facti qualitate, & conditionibus personarũ. Et de predictis causis & questionibus nullum salarium dicto cõmuni soluatur. Preterea volumus ꝙ predicti rectores, & iudex & quilibet eorum qui inde fuerit requisitus super predictis causis & questionibus cognoscant breuiter & summarie & de plano & sine strepitu & figura iudicii.

¶ Quod fideiussores & alii pro aliis obligati conueniri possint ante principales debitores & ꝙ ab ipsis fideiussionibus & obligationibus debeant ab ipsis principalibus debitoribus extrahi & conseruari indemnes. Rub. 3.

ITem statuimus ꝙ Potestas, & Capitaneus, Ciuitatis Tuderti & iudex extraordinarius Cõmunis Tuderti, & quilibet eorum qui inde fuerit requisitus, teneantur & debeant omnes & singulos fideiussores, sponsores, & quoslibet alios sub quocunq; nomine pro aliis obligatos, ad petitionem suorum creditorum cogere omnibus iuris remediis opportunis, ad dandum faciendum, soluendum ipsis creditoribus totum & quicquid in quo se taliter eis obligauerint, non obstante ꝙ principales debitores prius conuenti non sint, & presentes sint & idonei ad soluendum. Ac etiam prædictos fideiussores & alios sub quouis nomine, pro aliis & ad aliorum instantiam obligatos ad ipsorum petitionem ab ipsis fideiussionibus & quibuscunq; aliis talibus obligationibus extrahi & liberari facere ab ipsis, ꝓ quibus & ad quorum instantiam se taliter obligassent, ipsosq; per eos, a talibus suis fideiussionibus & obligationibus conseruari indénes. Cuius petitionis conseruationis & obligationis occasione nullum salarium solui debeat camerario Communis Tuderti. Ita tamen ꝙ prædicta locum habeant solum inter ciues & comitatenses Tuderti, inter alios vero ius comune seruetur. Et si tales fideiussores, seu alii quocunq; nomine pro aliis & ad aliorum instantiam, vt dictum est obligati sortem talis debiti soluerit totaliter vel pro aliqua parte, siue aliquã certam quantitatem pecuniæ, pro vsuris & nomine vsurarum, seu alias expensas fecerit, siue dãna & interesse aliquid passi fuerint, occasione obligationis prædictæ, & de solutione prędicta dictę sortis legitimæ facta fuerit fides. De aliis autem prædictis videlicet de solutione dictarum vsurarum & de dictis expensis dãnis & interesse constiterit saltem per propriũ iuramentum talis fideiussoris siue alterius prædictorum pro aliis ut dictũ est obligati, cogantur & cogi possint & debeant tales principales debitores, eisdem reddere & restituere totum & quicquid soluerint pro sorte & vsuris prædictis, ac etiam ipsis talia dãna expensas & interesse reficere & resarcire. Ita tamen ꝙ ipsa quantitas pro vsuris prædictis soluta excedere non possit ~~summã quatuor denariorum pro qualibet libra ipsius sortis~~, & pro quolibet mense decurso, seu elapso ex tempore talis solutionis factæ de sorte prædicta per talem fideiussorem siue pro alio obligatum, siue cancellationis factæ de instrumento talis debiti, seu rogitus siue prothocolli inde scripti. Nec transcendere possit duplum illius quantitatis, in qua talis fideiussor, seu prædicti alii quocunq; nomine se pro aliis (vt dictum est) obligauerint, sed vsq; in dictum duplum ad plus dictæ vsuræ reddi & restitui talibus soluentibus debeant, dũmodo ad dictam rationem ad dictum duplum ascendant. Et dũmodo dictæ expensæ dicta ꝙ dãna & interesse non excedant, nec excedere possint quantitatem duorũ solidorum pro qualibet libra, talis debiti, in quo tales soluentes essent pro aliis (ut prædicitur) obligati, nõ computatis in dictis vsuris summis dictorum duorum solidorũ pro libra dicta de causa solutis. A dictis uero summis usurarum & dictorũ duorum solidorum pro libra pro dictis expensis dãnis & interesse supra probatio legitima requiratur, si dictam summam trãscendant seu trãscendere dicãtur. Et quæ supra dicta sunt de fideiussoribus & aliis prædictis pro alio ut prædicitur obligatis de talibus obligationibus eximendis siue extrahendis & de ipsis indemnibus conseruãdis locum habeant, quantũcunq; de uel super prædictis nulla promissio intercesserit ex parte ipsius principalis debitoris. Decernentes & declarantes talem promissionem fictione & potestate presentis capituli haberi pro solẽniter & legitime facta, eo ipso ꝙ de tali fideiussione constaret. Quodq; bona omnia principalis debitoris pro prædictis hippothecata sint ac pro hippothecatis habeantur, & intelligantur, perinde ac si per ipsum debitorem ipsa bona in dictam causam specialiter, & expressim talibus fideiussoribus, uel sub quouis alio nomine pro eis vt prædicitur obligatis hippothecata siue obligata fuissent. Præterea volumus ꝙ si aliquis se sindicario nomine seu fideiussorio, uel alio quocunq; nomine, pro aliqua uniuersitate alicuius castri, uel villæ & ad ipsius uniuersitatis instantiam quacũq; de causa obligauerit, homines talis vniuersitatis & quilibet eorum insolidum talem obligatum ad ipsius requisitionem

fsionem, a tali obligatiōe liberare & eximere seu extrahere teneantur & eundem ab ipsa obligatione conseruare indēnem. In quo etiam casu bona cuiuslibet prędictorum hominum talis uniuersitatis, cuilibet pro ipsa uniuersitate & taliter (ut prædicitur) obligata fictione præsentis capituli similiter hippothecata existant. Ita tamen ꝙ talis singularis de tali uniuersitate dicto modo coactus, de omni & toto eo ꝙ dicta de causa soluerit, deducta parte sibi contingente regressum habeat ipso iure potestate presentis capituli contra alios de tali uniuersitate, pro parte cuilibet eorum de tali debito contingente, quantūcunq; a tali creditore nulla actio eidem concessa fuerit, vel mādata. Et ꝙ dicti Rectores & Iudices & quilibet eorum qui inde (ut dictum est) fuerit requisitus teneantur, & debeant, ad petitionem talis fideiussoris & cuiuslibet alterius sub quocūq; nomine pro alio obligati (vt dictum est) prædicta exequi cū effectu. Et pro prædictorum executione possint, & debeant, si opus fuerit, destrui facere bona talis principalis, & etiam personaliter eum grauare cohercere omnibus iuris remediis opportunis, ac si inde appareret guarantigiatum instrumentum, donec prædicta omnia per eū integraliter obseruata & adimpleta fuerint cum effectu. Hoc intellecto ꝙ prædicta locū non habeant in iis, qui pro alio taliter intercesserint & se obligauerint pro obseruatione pacis, seu pro defensione, seu euictione, alicuius rei immobilis uenditæ, uel alio quocunq; titulo alienatæ. quibus in prędictis audientiam denegamus, donec occasione talis obligationis in aliquo damnificati fuerint, seu eisdem aliqualis siue contrauersia mota fuerit. Quæ omnia tam in futuris quam etiam in pręteritis adhuc pendentibus vendicent sibi locum.

¶ Quod nullus Ciuis vel comitatensis Tuderti se obliget pro aliquo forense apud aliquem Tudertinum contra formam presentis capituli & de pœna talis Tudertini talem obligationem recipientis. Rub. 4.

ITem statuimus ꝙ nullus ciuis, vel comitatensis, Tuderti fideiussorio seu quouis alio nomine se obliget, apud aliquem ciuem seu comitatensem tuderti pro aliquo forense. Et ꝙ nullus ciuis siue comitatensis tuderti talem obligationem recipiat, & si secus factum fuerit, talis obligatio non teneat ipso iure. Et nihilominus talis creditor cōtrafaciens in quadraginta solidis cortonensibus vice qualibet puniatur. Prędicta tamen locum non habeant in iis qui se taliter pro aliquo forense in iudicio obligarent in aliqua, vel super aliqua causa criminali. Nec etiam in mercatoribus campsoribus & tabulariis ciuitatis tuderti, se taliter pro aliis obligantibus. Et ꝙ potestas & capitaneus dictæ ciuitatis prędicta faciant obseruari. Non obstante ~~aliquo~~ incontrariū loquente, & specialiter capitulo guarantigię & omnibus aliis incontrarium loquētibus, quibus per pręsens capitulum quoad pręsentem casum volumus derogari. Quę omnia non solum in futuris sed etiam in præteritis, nōdum sopitis sed adhuc pendentibus vendicent sibi locum.

¶ De arbitris & arbitratoribus. Rub. 5.

ITem statuimus, ꝙ si qua lis, quæstio, siue cōtrauersia, duobus arbitris siue arbitratoribus cōmissa fuerit terminanda, & decidenda, & tales arbitri seu arbitratores in eorum laudo seu arbitramento concordes non fuerint, eo casu potestas, & capitaneus ciuitatis tuderti & iudex extraordinarius dicti cōmunis & quilibet eorū qui inde fuerit requisitus, teneantur, & debeat ad petitionem cuiuslibet partium ipsos arbitros seu arbitratores cogere omnibus iuris remediis opportunis, vt eligant tertiū. Et si non cōcordauerint de electione dicti tertii, quilibet eorum qui inde fuerit requisitus, dictum tertium eligere teneatur, & deinde ipsi tres

ipsam quæstionem diffiniant,& diffinire,& terminare,cogantur,secũdum tenorem ipsius cõ promissi. Dũmodo ipsi tres vel duo ex eis concorditer tertio præsente,seu etiam absente,& monito ferant.ipsum laudum seu arbitramentũ.Et si vnus ex ipsis arbitris siue arbitratoribus morietur ipso compromisso adhuc pendente,eo casu in locum eius alius eligatur,nec ipsum ꝯpromissum propterea finiatur,vel expirasse intelligatur. Cuius electio fiat,& fieri debeat per ambas partes,si a principio talis qui mortuus est,per vtrãq; partem electus fuerit, alias fiat ipsa electio,per illam partem tantum,quæ ipsum(qui postea mortuus est) elegerat. Et ꝙ postquã aliqui fuerint electi arbitri seu arbitratores,& ipsam cõmissionem acceptauerint,cogantur & cogi possint & debeant ad petitionem cuiuslibet partis per quẽlibet dictorum Rectorum & Officialium,qui inde fuerit requisitus omnibus iuris remediis opportunis,nisi suo iuramento asseuerauerint sibi de ueritate atq; iustitia ipsius causę nõ liquere,quo casu eis liceat aliquem bonũ & prudẽtem uirũ iurisperitũ nemini partium suspectum super ipsa quæstione expensis cõmunibus ipsarũ partiũ consulere tam in iure quã in facto, prout expediens fuerit,quod salariũ ipsæ partes æqualiter soluere teneantur,postquã ipsum laudum siue arbitramentũ latum fuerit,si qua ipsarum partiũ uoluerit contra ipsum laudum uel arbitramentum de iniquitate seu nullitate opponere,possit & debeat talis pars super ipsa iniquitate uel nullitate suam petitionem porrigere coram dicto iudice extraordinario infra decem dies,ex die promulgationis dicti laudi siue arbitramenti,& scientiæ ipsius partis in antea numerandos,ipsa die promulgationis dicti laudi,siue arbitramenti in dicto termino minime cõputata. Qui iudex super ipsa petitione & causa procedat & procedere debeat,breuiter,& sũmariæ,& de plano,& sine strepitu,& figura iudicii,& ipsam causam terminet,prout iustum et æquũ fuerit,tam per actitata & producta coram ipsis arbitris,seu arbitratoribus,quã etiam per actitata & producta postea coram eo,habita consideratione ad potestatẽ & baliam ipsis arbitris & arbitratoribus attributam,& etiã ad ueram medullam & substantiam æquitatis, atq; iustitiæ & non ad rigorem iuris & iudiciarii ordinis.Et prædicta omnia sine solutione salarii peragantur & expediantur iuxta formam prædictam.

De ratione reddenda a tutoribus & curatoribus. Rub. 6.

QVilibet,qui tutelam & generalem curam alicuius administrasset, ipsa tutela siue cura finita,teneatur comparere coram iudice extraordinario Cõmunis Tuderti,simul cum eo,cuius tutelam seu curam ipsam gesserit,& administrauerit, & coram ipso iudice offerat se cum effectu paratum,uelle reddere rationem dictæ suæ tutelę siue curæ,& restituere reliqua.Qui iudex,statim ad eius petitionem citari faciat quatuor ex propinquioribus consanguineis eius, cuius tutelam uel curam administrauerit,bonæ conditionis,& famæ quorum quilibet sit ętatis uiginti annorum adminus,duos uidelicet ex parte ipsius patris,& duos ex parte matris,qui interesse debeant,ad uidendum,calculandum,examinandum,rationem prædictam.Et coram eis talis quondam tutor,siue curator, rationem prędictam reddat & reddere teneatur.Et ꝙ dicti consanguinei per dictum iudicem compellantur,omnibus iuris remediis opportunis,calculationi & rationi prædictæ,& prout fuerit declaratum,per prędictos consanguineos,obseruetur.Et prædicta omnia sine solutione salarii peragantur,& expediantur.

De expensis factis in re Communi reficiendis & aliis ad ipsam materiam pertinentibus. Rubrica. 7.

ITem ſtatuimus, ꝙ habenti cõmunionẽ in aliqua re cũ alio, & ipſam non poſſidẽti ſicut eius conſors, nõ poſſit a tali ſuo conſorte talẽ rem poſſidẽte obiici uel opponi, ꝙ ipſe ta lem rem poſſideat ſiue detineat, ſicut ipſe. Et ꝙ quilibet poſſit aptari, gubernari, refici, reformari, & coli facere, domũ, molendinũ, terras, & res alias, in quibus cũ alio cõmunionẽ habeat, requiſito prius ſuo conſorte, cũ quo eſt in ipſa cõione, ſaltem perſonaliter, ſemel uel bis ad domũ ſuę habitationis, ꝙ ſecum conferat uel contribuat in prædictis. Et ſi talis eius conſors nõ conſenſerit, ꝙ tale opus & laboreriũ fiet, ſi quidem tale opus, & laboreriũ neceſſarium, ſiue euidenter utile fuerit, eo caſu tale opus & laboreriũ licite fieri poſſit per ipſum cõſortem, qui ipſum facere uoluerit, contradictione alterius nõ obſtante. Et ꝙ Poteſtas & Capitaneus Ciuitatis Tuderti, & iudex extraordinarius, Cõmunis Tuderti, & quilibet eorũ qui inde fuerit requiſitus, teneant & debeant, ad petitionem talis, q dictas expenſas fecerit eas ſibi facere refici & reſtitui, a tali ſuo conſorte, pro parte ſibi contingente, ipſumq; ad prædictam ſatisfactionẽ faciendũ, cogere omnibus iuris remediis opportunis. Et ꝙ ꝓ talibus expenſis liceat ſibi fructus & obuentiones de parte tali ſuo conſorti contingente, percipere & habere, donec fuerit eidem de ipſis expenſis, pro parte ipſi ſuo conſorti contingente plenarię ſatisfactũ. Quodq; talis conſors, in dicta expenſa, conferre & cõtribuere ceſſans, non poſſit uti ipſa re cõmuni, uel aliquid ex ea percipere, donec dictã ſatisfactionẽ fecerit cum effectu. Et ſi aliquis de conſortibus, alicuius molendini uel alterius rei imobilis fecerit aliquod laboreriũ, ſiue opus neceſſariũ, uel euidenter utile in ipſa re cõmuni, ſuis manibus, eo caſu ſibi de tali opere conſtitui & ſolui debeat decens ſalariũ ad ſenſum duorũ amicorum cõmuniũ. Et ſi duo eſſent molendina ad unam ſepem, ſiue clauſurã, quorum unũ ſit ab una parte, & aliud ab altera teneantur domini talium molẽdinorũ ipſam ſepem ſiue clauſuram ſuis ſumptibus manutenere & conſeruare, v3 quilibet eorum uſq; ad medietatem ipſius ſæpis ſiue clauſuræ. Et ꝙ quilibet eorum teneatur æqualiter mittere aquã ad ipſa molendina. Et ꝙ nullus poſſit aliquod opus uel laborerium facere, uel fieri facere per quod nocumentũ ſiue obſtaculum aliqđ inferatur, alicui molendino, contra uoluntatem eius cuius tale molẽdinum eſſet ſeu ad aliquẽ pertineret. Et ſi quid incontrarium factum fuerit talis contrafaciens illud deſtruere debeat infra quindecim dies a die præcepti ſibi de eo deſtruendo facti in antea computandos ſub pena ſolid. centum Cortonenſium. Nullus quoq; poſſit in aliquo flumine ędificare de nouo molendinum ſiue ſepem ſiue clauſuram hactenus factam ultra morem ſolitum altius eleuare per quod alterius molendino, in dicto flumine exiſtente obſtaculum ſiue impedimentũ aliquod inferatur uel fiat. Et ſi contra fiat deſtruatur ut ſupra proxime continetur & ſub pena prædicta. Nec etiam aliquis caput ſiue ſepis ſuę clauſuræ appodiare apud rem alterius contra uoluntatem Domini talis rei. Et ſi contra factum fuerit & ille qui contrafecerit iuxta præceptum ſibi factum a iudice tale opus non deſtruxerit atq; remouerit liceat illi in cuius prę iudicium tale opus factum fuerit ipſum ſua auctoritate deſtruere & radicitus remouere. Niſi talis qui ſic appodiando cõtrafecerit ipſum opus & laborerium taliter per eum factum poſſederit pacifice ſaltem per decem annos continuos. Quod tamen locum non habeat in his qui ſic poſſediſſent tempore proxime præterito. Præterea uolumus ꝙ quilibet habens cõmunionem in aliquo muro poſſit ſuper eo murare facere dũmodo tale murum conſtrui faciat in ea groſſitudine in qua eſſet ita ꝙ non poſſit partem ipſius muri murare facere & partem dimittere. Et ſi aliter factum fuerit talis murus ad petitionem talis ſui conſortis deſtrui debeat. Verum ſi aliquis ex conſortibus murare fecerit ſuper ipſo muro communi iuxta formam prædictam non poſſit alter conſors poſtea ſuper eo ædificare uel in eo aliquid immittere ſiue apud ipſum aliquid appodiare niſi prius reſtituerit expenſas ſibi cõtingentes de tali ędificio tali ſuo conſorti pro parte quam ceperit de ipſo muro faciendo

poſuiſſe.

super eum ædificare, siue in ipso aliquid mittendo uel apud eum aliquid appodiando. Et quod cuilibet consorti qui prius ædificaret liceat in ipso, quem ædificaret, facere fieri fenestras ad sui beneplacitum. Ita tamen quod alter consors postea super eodem ædificare uolens, seu in ipso aliquid immittere, uel apud eum aliquid appodiare, licite possit tales fenestras pro parte sibi contingente remurari, & claudi facere ex parte sua, refectis prius tali suo consorti expensis, in ipso muro factis, pro parte quam de dicto muro apprehenderet ut prædicitur. Et quod dicti rectores & iudex & quilibet eorum qui inde fuerit requisitus, prædicta omnia fieri & obseruari facere teneantur, sine solutione alicuius salarii, saluis pactis habitis inter ipsos consortes.

De parietibus faciendis inter domos contiguas. Rub. 8.

ITem statuimus, quod si aliquis habuerit domos simul contiguas, & inter ipsas domos paries siue clausura, non fuerit, liceat cuilibet eorum, altero requisito inter ipsas domos construi, & fieri facere parietem, siue clausuram de lignamine, siue de alia materia sufficienti, & decenti. Et si inter dictas domos esset paries insufficiens, possit quilibet eorum licite & impune (altero requisito) talem parietem inde remouere & destrui facere, & loco eius aliú sufficientem fieri, & ędificari, etiam de lapidibus, siue lateribus & calce, prout ipsius rei necessitas, & utilitas suadebit. Et quilibet consors teneatur suum consortem prędicta facere & fieri facere uolentem, libere & pacifice pati, & sinere dũmodo sua domus, dicta occasione non destruatur. Et quod in quolibet dictorum casuum alius consors teneatur assignare, & concedere de suo solo, & terreno pro parte sua in ea quantitate quæ expedierit ad dictum parietem construendũ. Quo ædificio & opere facto alter consors apud ipsum parietem aliquid appodiare, uel in ipso aliquid immittere, siue super eo aliquod opus uel ædificium facere non possit, nisi prius alii consorti (cuius expensis talis paries factus fuerit) refecerit & restituerit expensas in dicto pariete factas, pro parte sibi contingente. Contrafaciens uero in solid. centum Cortonensibus uice qualibet puniatur, ipsis autem refectis & restitutis, dictus paries ad eum pro æquali parte pertineat, & ipso facto pertinere incipiat pleno iure. Ac etiam in eo, & super eo, omnia facere possit quę & prout potest alter consors, qui ipsum construere & ædificare fecerat. Ita tamen quod nullus ipsorum consortium possit in tali muro fieri facere aliquam fenestram cloacam, sciaquaiale uel aliquod aliud opus, quod alteri consorti posset nocumentum afferre. Et prædicta omnia Potestas & Capitaneus Ciuitatis Tuderti, & iudex extraordinarius Cõmunis Tuderti & quilibet eorum qui inde fuerit requisitus fieri & obseruari facere teneantur, sub pena librarum quinquaginta pro quolibet eorum contrafaciente, & qualibet uice. Insuper uolumus, quod omnes & singulæ lites quę dictis de causis seu occasionibus morę fuerint, sine solutione salarii discutiantur, & terminentur breuiter summarię & de plano sine strepitu & figura iudicii.

Quod nemini liceat aliquid immitte in muro alterius. Rub. 9.

ITem statuimus quod nullus habens domum iuxta domum alterius, possit aliquid immittere in muro talis domus, si ipse murus esset proprius ipsius sui conuicini. Nec in eo aliquam fenestram siue quicquã aliud facere, absque uoluntate talis sui conuicini. Et si quid in contrarium fecerit, illud debeat totaliter suis sumptibus amouere, & destruere, & murum ipsum in pristinum statum restituere, & reducere, ad petitionem talis sui conuicini. Nisi tale opus siue ædificium per se & suos authores pacifice possederit saltem spatio triginta annorum, sciente & patiente domino talis muri, uel nisi alias probet de iure tale opus fieri non potuisse.

potuisse. Quæ omnia Potestas & Capitaneus Ciuitatis Tuderti, & iudex extraordinarius Ciuitatis Tuderti & quilibet eorum qui inde fuerit requisitus fieri faciant, & super prædictis cognoscant, & diffiniant breuiter summarie, & de plano, & sine strepitu & figura iudicii. Et ꝙ in causis huiusmodi nulla salarii solutio requiratur.

¶ Quod lapides immissi in aliquo muro alicuius extra ipsum murum protendentes, supra aliquem locum pro terminis habeantur. Rub. 10.

ITem statuimus ꝙ lapides infixi in muro alicuius, protendentes extra ipsum murum, supra aliquem formellum existentes inter domos aliquorum conuicinorum, siue supra aliquem alium locum pro terminis censeantur & habeatur. Et si quid fuerit super apprehensum, uel occupatum, per aliquam personam infra tales terminos, uersus murum in quo immissi, siue infixi essent, in statum pristinum restituatur, & reponatur sumptibus ipsius super apprehendentis & occupantis, ad petitionem cuiuscunque cuius interfit. Non obstante aliquo lapsu temporis. Et si talis occupator uel super apprehensor prædicta facere contempserit, pena decem librarū ipso facto incurrat. Et prædicta omnia Potestas, Capitaneus & Iudex extraordinarius Cōmunis Tuderti, & quilibet eorum, qui inde fuerit requisitus fieri & obseruari facere teneantur sine solutione salarii breuiter summarie & de plano, & sine strepitu, & figura iudicii.

¶ De immunitate uenientium ad laborandum in Comitatu & forensium facientium castrum. Rub. 11.

ITem statuimus, ꝙ quilibet forensis, qui hactenus non consueuerit habitare in Ciuitate uel comitatu Tuderti, ueniens ad habitandum, in ipso comitatu Tuderti causa colendi, & laborandi terras, & uineas ciuium uel comitatensium Tudertinorū & ibi de ipsis terris laboret, debeat immunitatem habere a die sui aduentus, usque ad decem annos tunc proxime sequentes, si ipsam immunitatem petierit. Et tales sic uenientes & ipsas immunitates impetrantes & obtinentes faciat potestas nominatim scribi, & registrari, in libro Cōmunis tuderti, per notarium cameræ dicti cōmunis. Et qui non reperiretur in ipso libro scriptus, nulla hmōi censeatur immunitate gaudere. Et ꝙ sindici & massarii Comitatus Tuderti, nō possint nec debeant talibus aduenis imponere aliquod onus toto tempore dictorū decē annorū. Item si qui forenses a decem annis supra, uellent ædificare, siue construere aliquod castrū in Comitatu tuderti, gaudeant immunitate uiginti quinque annorum ex tunc proxime subsequentium, prout habuerunt illi de castro franco, dū modo prædicti faciant ipsum castrum eorum expensis, & sint astricti ad solutionem feudi siue salarii, consulis siue castellani, qui pro tempore in dicto castro per dictum cōmune positus fuerit, & electus. Et ꝙ potestas Ciuitatis prędictæ teneatur facere eis uendi pro iusto precio locum opportunum, pro constructione talis castri, & pro fossis carbonariis fontibus & uiis & aliis opportunitatibus, sicut placuerit, & iustum fuerit, conueniens consilio generali dicti cōmunis.

¶ De modo recipiendi forenses in ciues. Rub. 12.

ITem statuimus, ꝙ quicunque forensis voluerit effici ciuis Tudertinus, debeat suam petitionem porrigere dñis Prioribus populi tuderti, & si per eos approbabit, legatur postmodū corā xxiiii. secreti consilii, populi Tudertini, & si per sexdecim, ex ipsis uiginti quattuor adminus obtenta fuerit, facto & misso inter eos prius partito & secreto serua

tinio ad bussulas & palluctas, legi debeat postea in consilio generali Communis Tuderti, in quo inter sint adminus centum quinquaginta consiliarii dicti consilii, & obtineri debeat in ipso consilio per duas partes consiliariorum tunc ipsi consilio, adsistentium ad bussulas & palluctas. Et aliter in ciuem, & pro ciue Tuderti aliquis recipi & admitti non possit. Dummodo etiam talis forensis, antequam ad dictam cittadināsiam admittatur, uel recipiatur, seu admitti, vel recipi possit, aliquo uero & iusto titulo prius acquirere teneatur pleno iure proprietatis, & possessionis, aliquam domum in dicta Ciuitate Tuderti, & ea taliter acquisita tam diu dicto beneficio gaudeat, quādiu etiam pro sua, & tanquā sua possederit, & in dicta Ciuitate cum sua familia habitauerit. Cæterum si eam fictitie acquisiuerit, eo casu beneficiū talis cittadinantiæ, eidem non prosit. Et nihilominus in hoc casu talis domus sic fictitiæ acquisita, dicto cōmuni ipso iure applicetur & acquiratur. Quę non solum ad futuros ciues trahi volumus, sed etiam ad illos qui, a decem & octo annis citra, admissi fuissent in ciues ciuitatis prædictæ. A prædictis autem excipimus legeriū nicolutii de Perusio, & comites de Campania, & Manfredum de interāna, quos ad huius capituli obseruationē nolumus obligari.

¶ Quod nullus alterius iurisdictionis, emat possessiones in comitatu Tuderti. Rub. 13.

ITem statuimus, ꝙ nullus forensis possit, uel debeat, emere in comitatu Tuderti aliquam petiam terrę, & si contrafecerit Cōmuni Tuderti talis petia terræ ipso iure acquiratur, & ex nunc Potestate ac fictione pręsentis capituli acquisita esse intelligatur, & cēseatur. Et Potestas Ciuitatis Tuderti primo mense sui regiminis, teneatur prædicta intimari, & notificari facere per suas literas terris, & communitatibus propinquis & circūstantibus ipsi comitatui Tuderti, & ipsas litteras scribi & registrari facere, per notarium reformationis Cōmunis Tuderti. Et ꝙ sindici castrorum & uillarum, dicti comitatus, in quibus siue infra quorum uel quarum confinia uel tenutas talis petia terræ esset posita, teneantur & debeant denunciare dicto domino Potestati, tales emptores, sub pena quadraginta solidorum pro quolibet tali tempore propter eos non denunciatos. Et prædicta locum habeant etiam si prædictæ litteræ dictis terris siue cōitatibus transmisse seu etiam scriptę & registratæ non fuerint iuxta formam præmissam. Ita tamen ꝙ pręsens capitulum locum non habeat, in illis de domo dn̄i. Bonifacii Papæ. viii. quos haberi uolumus pro ciuibus tudertinis.

¶ De possessionibus non alienandis ~~alicui personæ ecclesiasticæ.~~ Rub. 14.

ITem statuimus, ꝙ nullus de ciuitate uel comitatu Tuderti possit uel debeat uendere, uel quouis alio titulo alienare, ~~alicui personæ ecclesiasticę~~ aliquam petiam terræ sitam in ciuitate uel comitatu prædictis. Et si contrafiat, non ualeat ipso iure, & nihilominus pro re tali soluere teneatur, & debeat, talis uendens siue alienans Cōmuni tuderti omnem datam & collectam omneq; onus subire, prout ante talem uenditionem siue alienationem, tenebatur, non obstante iure aliquo incontrarium loquente, Saluo capitulo posito sub rubrica quibus casibus terrę per aliquem concessæ ~~alicui ecclesiæ~~ titulo permutationis debeant de eius libra remoueri & quibus non quod in suo casu uendicet sibi locum.

¶ Quod habentes possessiones quæ olim fuerunt alicuius personæ ecclesiasticæ soluant datas & gabellas cum penis decursis. Rubrica. 15.

ITem statuimus, q omnes & singulę personæ subiectæ iurisdictioni Communis tuderti possidentes siue ad eorum libram scriptas habentes aliquas possessiones, quæ olim fuerunt alicuius personę ecclesiasticæ de quibus & pro quibus datæ, siue collectę, aut gabellæ dicto Cōmuni debitæ olim solutæ non fuissent, teneantur ipsas datas collectas & gabellas soluere, & ad earum solutionem omnibus iuris remediis opportunis compellantur, per exactores ipsarum, cum omnibus penis quas propterea incurrissent, ab eo videlicet tempore citra postquā tales personæ dicto communi subiectæ tales res acquisiuissent uel eas ad suum librum scribi fecissent.

De proposita facienda in consilio super factis libræ de fauore pręstando iudici librę. Rub, 16.

VT fraudibus, quæ plerunque per quam plures excogitātur, quatenus est possibile, obuietur, præsenti lege duximus statuendum, q Potestas ciuitatis tuderti teneatur, uinculo iuramenti primo, uel secundo, mense sui regiminis, proponere in consilio generali Cōmunis tuderti, qualiter per dictum cōmune dictis fraudibus obuietur & quod quicquid per dictum consilium super prædictis prouisum & deliberatum fuerit, exequi teneatur sub pena quingentarum librarum Cortonensium. Ac etiam teneatur prout & quotiens fuerit opportunum, suum fauorem exhibere iudicii libre dicti cōmunis, circa omnia ad ipsum officium pertinentia, ad requisitionem eiusdem sub pena librarum centum.

Quibus casibus terre per aliquem concesse alicui ecclesie titulo permutationis, debeant de eius libra remoueri & quibus non. Rub. 17.

ITem statuimus, q dominus defensor & iudex libre Cōmunis tuderti cogat modis omnibus quibus potest, omnes & singulos ciues & comitatenses tuderti, qui terras suas, seu quas possiderent & uterentur fruerentur in fraudem cōmunis tuderti scribi fecissent, siue que scripte reperirentur ad libram alicuius ecclesie ciuitatis, siue diocesis tuderti, ad ponendum ipsas terras ad libram ipsorum. Et si quis in predictis dicto iudici contempserit obedire condemnetur per eūdem iudicem pro quolibet quartingo talis terre, usque in quantitatem decem librarū arbitrio dicti iudicis consideratis facti qualitate & ualoris talis terre ac conditione persone talis inobedientis. Preterea volumus, q si aliquis de dictis ciuibus, uel comitatensibus tuderti titulo permutationis aliquam suam petiam terre ~~alicui ecclesie~~ concesserit, que re uera esset maioris estimationis quā terra quā ab ipsa ~~ecclesia~~ dicto titulo recepisset, q talis sua petia terre quā ~~tali~~ titulo ipsi ~~ecclesie concessisset~~, nihilominus in sua libra debeat remanere, non obstante permutatione predicta. Verum si terra quam ab ipsa ecclesia dicto titulo recepisset, esset maioris estimationis uel saltem equalis, cuius est terra sua quam ipse dicto titulo ipsa ecclesia concessisset, eo casu ad eius petitionem talis sua terra de ipsa sua libra debeat amoueri, siue eleuari, & eius loco poni & scribi alia terra, quam dicto titulo ab ipsa ecclesia recepisset.

Quod Massarii comitatus, teneantur cōtribuere in oneribus patrimonialibus, siue sumptibus pecuniariis, in loco ubi sint descripti ad larem, & qualiter ipsa onera distribuantur & de aliis ad prescriptā materiā spectantibus. Rub. 18.

ITem statuimus, q quilibet massarius comitatus tuderti teneat cōferre, et cōtribuere, in oībus oneribus patrimonialibus, siue pecuniariis, sumptibus incūbentibus, cōitati siue vniuersitati illius castri vel ville, in quo vel qua siue inter cuius massarios scriptus esset, ad larem siue pro lari cum hominibus ipsius castri vel ville, non obstante q ipse habeat

bona sua extra confinia, siue tenutam talis castri, uel uillæ seu ꝙ aliunde, sit oriūdus seu etiam ꝙ alibi cum sua familia habitet, ita ꝙ in prædictis sola descriptio laris consideretur. Et ꝙ pro huiusmodi oneribus & sumptibus talis Massarius alibi grauari non possit nec debeat quoquomodo. Quod etiam locum habeat in massariis dicti Comitatus habitantibus in Ciuitate, burgis siue suburbiis Tuderti, qui seu quorum patres scripti essent uel fuissent inter lares, & ad lares Massariorum comitatensium, uidelicet, ut teneantur in huiusmodi oneribus, & sumptibus contribuere, & conferre, cum hominibus comitatus, seu uniuersitatis illius castri, uel uil'ę, in quo siue in qua ipsi, uel eorum patres taliter scripti essent, uel fuissent. Declarantes ꝙ collatio & distributio dictorum onerum & sumptuum fiat & fieri debeat iter ipsos, & per ipsos Massarios, pro dimidia parte, ad libram, & secundum libram, uniuscuiusq; ipsorum. Et pro alia dimidia per larem, siue pro lari. Ita tamen ꝙ prædicta locum non habeant quantū ad onus sindicatus incūbens, tali castro, uel uillæ psonaliter siue pimonialr subeundū, siue expediēdū. Nec quantū ad onera tali cōmunitati, siue uniuersitati, incumbentia, ex eo ꝙ non denunciasset maleficia prout tenebātur secundum formam statutorum Tuderti, seu ex eo ꝙ per homines talis castri uel uillę malefactores capti non essent, aut ex eo ꝙ in tali castro uel uilla ex banniti receptati fuissent. Sed huiusmodi onera subire teneatur quilibet solum in eo loco ubi modo ipsi cum sua familia habitarent. Quæ omnia non solum ad futura, sed etiam ad præterita nondum sopita trahi uolumus, aliquo iure canonico uel ciuili seu aliquo capitulo statutorum, & ordinationum dicti Communis incontrarium loquentibus non obstantibus quoquomodo.

¶ De terris per alluuionem accrescentibus addendis ad libram, & de diminutis remouendis de libra, & de modo seruando circa prædicta. Rub. 19.

ITem statuimus, ꝙ dominus defensor & iudex libræ cōmunis Tuderti teneatur, & debeat facere banniri per Ciuitatem Tuderti ꝙ quilibet cui per alluuionem aliqua quantitas terrę de nouo accreuerit, siue restituta fuerit infra quindecim dies a die ipsius bannimenti in antea computandos, ipsa die dicti bannimenti in ipso termino minime computata ipsi domino defensori & iudici in scriptis assignet terram prædictam sub pena decem librarum Cortonensiū, pro quolibet quartingo ipsius terræ, quam neglexisset eidem iudici assignare, in qua pena idem dominus defensor & iudex, quemlibet prædictorum contrafacientem condēnet. Et ꝙ cuilibet liceat talem contrafacientem coram dicto domino defensore, & iudice denunciare, & habeat medietatem pene, quæ dicta de causa, eius denuncia & accusa, in cameram dicti Communis peruenerit, & eius nomen teneatur secretum. Et nihilominus idem dominus defensor, & iudex de prædictis inquirere teneatur. Et uersa uice si qua quantitas terræ alicui fuerit sublata per aliquod flumen, ꝙ dictus dominus defensor & iudex teneatur eam remoueri, & eleuari facere, de sua libra, ad ipsius petitionem, ita ꝙ amplius donec res ipsa in eodem statu permanserit, non cogatur nec cogi debeat, pro parte prędicta, sibi taliter adempta, uel diminuta aliquam soluere datam, uel aliquod onus subire. Et ꝙ ad inueniendum ueritatem de prædictis dictus dominus defensor, & iudex teneatur ad petitionem sumptibus talis cuius sua terra taliter diceretur diminuta, siue adempta, eligere unū bonū & fidelē, agrimēsorem & ipsum iurari faciat, de fideliter mensurando residuum ipsius terræ taliter diminutę adhoc ut sciatur quanta pars ipsius terrę sibi taliter sit adēpta. Et hoc fiat pñtibus sindico & quattuor massariis ad minus illius castri uel uillæ, in cuius tenuta talis terra esset, seu esse consueuerit. Et de prædictis stetur relationi talis agrimensoris. Quæ oia dictus dñs defensor, &

iudex

237

iudex fieri, & obseruari faciat, sub pena librarum quinquaginta Cortonensium quotiens ad sui noticiam prædicta peruenerint.

¶ De erroribus occurrentibus in libra alicuius in mensura, uel alio modo corrigendis per iudicem libræ, & modo in prædictis obseruando. Rub. 20.

ITem statuimus, ꝙ si qua petia terræ scripta esse diceretur alicui ad suam libram, ultra ueram ipsius quantitatem & mensuram, ꝙ per dictum defensorem & iudicem libræ cõmunis Tuderti, eligatur unus bonus, & fidelis, agrimensor sumptibus talis conquerentis, & ad eius petitionem qui ipsam terram debeat reuidere, & mensurare, præsente sindico, & quattuor ex massariis loci, in cuius tenuta posita esset ipsa terra. Et deinde secundum relationem talis agrimensoris reducatur ad ueram ipsius quantitatem, & mensuram & ꝙ talis agrimensor tempore talis electionis, ad delationem dicti iudicis, iuret ipsam mensurationem, bona fide, & legaliter facere. Teneatur quocꝫ idem iudex, quemcunqꝫ alium errorem occurrentem in libra vel circa libram, cuiuscunqꝫ personæ ad petitionem talis personę ueritate cognita corrigi, & tolli facere & ad iustum & uerum statum eam reduci facere.

¶ De modo eleuandi de libra & ponendi terram per notarios. Rub. 21.

ITem statuimus, ꝙ nulla petia terræ totaliter uel pro aliqua eius parte possit uel debeat, eleuari, cancellari, poni, scribi, uel addi, alicui personę, de ciuitate, uel comitatu Tuderti de libra uel in libra, siue ad libram ipsius per alterum duorum notariorum, de dicta Ciuitate eligendorum, per officiũ dominorum Priorum Populi Tudertini, pro tempore sex mensium, quorum notariorum quilibet debeat exercuisse artem notariæ adminus quincꝫ annis. Et habeant dicti notarii pro eorum salario, pro qualibet petia terræ in totum uel pro aliqua eius parte taliter eleuanda, cancellanda, ponenda, & addenda, quattuor denarios tantum v3 duos ab eo cui eam eleuabunt, & cancellabunt, & alios duos ab eo cui, eam ponent & adent, & nil ultra recipiant, sub pena centũ solid. pro qualibet uice & quolibet ipsorũ contra facienti. Ita tamen ꝙ ipsi uel eorũ alter non possint, necꝫ debeant, eleuare, & cancellare aliquam petiam terræ totaliter uel pro aliqua eius parte de libra, alicuius massarii dicti comitatus & eam ponere & addere ad libram alicuius Ciuis Nobilis uel Sergentis. Possit tñ terras ciuiũ nobilium & sergentũ inter ipsos uicissim scribere, eleuare, addere, & minuere, tam in libris catasti quã in summariis Cõmunis Tuderti sicut moris est fieri liceat etiam terras dictorum massariorum inter ipsos uicissim ponere, & leuare. Teneantur etiam ponere scribere ad libras Ciuium Nobiliũ & Sergentum siue Massariorum dicti comitatus, omnes terras, quæ eis alienarentur per aliquam, ecclesiam siue ecclesiasticã personam. Hoc etiam intellecto, ꝙ antequã eleuent, & cancellent, aliquam petiam terræ de libra alicuius Ciuis Nobilis, uel Sergentis, & eam ponant, & addant ad libram alicuius Massarii dicti comitatus, cui talis petia terræ alienata diceretur, uideant instrumentum talis alienationis & ab ipso Massario solui faciant omnes datas Massariis, impositas a tempore talis alienationis citra pro libra talis petiæ terræ cum penis incursis propter dictas datas non solutas. Et quilibet dictorum Notariorum qui aliquam petiam terræ taliter eleuauerit, & posuerit, ut dictum est teneatur in fine talis suæ scripturæ se subscribere, apponendo nomen & prænomen suum & millesimum mensem & diem. Et si contra, uel præter dictam formam aliqua petia terræ in totum uel pro parte aliqua cancellata, eleuata posita uel addita fuerit de libra uel ad libram alicuius non teneat ipso iure.

De terris acquisitis per massarios ad eorũ libram ponendis, & de pena massariorum facientium se scribi ad libram ciuium nobilium uel sergentium. Rub. 22.

ITem statuimus ꝙ dominus defensor & iudex super laribus & libra cõmunis Tuderti, ad requisitionem cuiuslibet teneatur, & debeat, facere scribi, & poni omnem terram emptam, uel alio modo, acquisitam, per quęcunq; Massarium Comitatus Tuderti, ad libram ipsius Massarii, & addi facere estimationem ipsius Terræ summæ illius castri uel Villæ, de cuius uniuersitate esset talis Massarius, & ipsam estimationem facere cancellari, ele uari, & diminui, de libra eius cui talis terra prius scripta erat. Et nihilominus cogat cum effe ctu talem Massarium ad soluendum camerario Communis Tuderti pro ipso Communi re cipienti, omnes & singulas datas mulctas, collectas, & gabellas, debitas ipsi cõmuni, & om nia alia onera imposita per ipsum cõmune pro tali terra, a die quo talis Massarius ipsam ter ram emisset, uel alio modo acquisiuisset, usq; in diem quo ipsam ad eius libram scribi fecerit, cum penis dicta de causa iam decursis, discomputatis tamen, & deductis omnibus quantitati bus dictis de causis, per eius authorem dicto cõmuni solutis. Pręterea uolumus ꝙ nullus Mas sarius, qui scriptus sit in libra & inter lares Massariorum Comitatus Tuderti, faciat se scribi inter lares, & ad libram Ciuium Nobilium uel Sergentum. Si quis uero contrafecerit punia tur pro qualibet uice in centum libris Cortonensibus. Et ꝙ dictus Dominus defensor & iu dex teneatur & debeat infra triduum postquã hoc ad eius notitiam peruenerit talem Mas sarium reduci facere ad libram & inter lares dictorum Massariorum. Quę omnia dictus do minus defensor & iudex teneantur exequtioni mandare, ad penam uigintiquinq; librarum Cortonensium & sub uinculo iuramenti.

De terris Massariorum non appodiandis seu aliquo fictitio titulo recipiendis & de aliis ad dictam materiam facientibus. Rub. 23.

ITem statuimus, ꝙ Dominus defensor & Iudex super libra & laribus Communis Tu derti teneatur, & debeat, saltem semel singulis, tribus, mensibus sui regiminis inquire re contra omnes, & singulos, Massarios Comitatus Tuderti, qui eorum terras appo diauerunt, siue aliquo, fictitio titulo alienauerunt alicui ciui Nobili, uel Sergenti, ~~seu alicui ecclesiæ, uel ecclesiasticæ~~ personæ. Et si quem massarium inuenerit contrafecisse faciat, ta lem reduci, atq; reponi per Notarium ad huius officium deputatum siue per aliquem eorũ. Et nihilominus cogat eum omnibus iuris remediis opportunis, ad soluendũ omnes partitas, datas, & collectas siue gabellas dicto, Cõmuni debitas, pro talibus terris, cũ penis propterea iam incursis. Necnon talem Massariũ, ac etiam illum qui tale appodium talis terræ recepe rit, seu dictum fictitium contractũ cum eo de tali terra fecerit, in fraudem & præiudiciũ di cti Cõmunis, de facto in libris uigintiquinq; pro quolibet eorũ condẽnet, ipsosq; ad eas sol uendas, compellat, omnibus iuris remediis opportunis. Et ꝙ quilibet possit tales contrafaciẽ tes denunciare, & accusare, & habere debeat, medietatẽ dicti banni, qui ex eius denũciatione & accusatione in cameram dicti Cõmunis, peruenerit, & nomen eius incredẽtia teneatur. Et ad fidem faciẽdã de prædictis sit sufficiẽs probatio, ꝙ talis massarius, talẽ terram, teneat & utat̃ fruat̃, & tenuit & usufructauit post hmõi alienationẽ pro se, & suo noie, sciente, & pariẽ te illo, cui siue cum quo, per ipsum Massariũ, tale appodiũ, siue talis fictitius contractus, factũ siue factus, esse diceretur. Teneatur etiam idem Iudex, dictis temporibus inquirere pro

239

re in ueniendis laribus Massariorum Communis Tuderti maxime inter illos, qui habitarent uel possessiones haberent in illo castro, uel uilla, in quo uel in qua diceretur, ꝙ aliquis Massarius deberet esse descriptus, & eos potissime super tali sua inquisitione testificari faciat. Et teneatur quilibet siue cuius pater auus proauus paternus, scriptus reperiretur inter lares alicuius castri uel uillæ comitatus Tuderti, ibi soluere omnes datas, collectas, & gabellas dicto Cõmuni debitas pro tali lari cum pænis propterea iam incursis. Et ꝙ dictus iudex teneatur quemlibet qui siue cuius, pater, auus, uel proauus, paternus reperiretur in libro larium dicti comitatus scriptus & facto tempore sapientis Viri Domini Laurentii de Castello olim iudicis super libra uel quocunq; alio tempore reduci facere & scribi inter lares dicti comitatus, in eo uidelicet loco quo ipsę uel aliquis ex dictis eius ascendentibus scriptus reperiretur in libro prædicto. Et nihilominus eundem condẽnet in libris uigintiquinq; Cortonensibus. Ita tamen ꝙ si quis de prædictis antequam ab alio delatus, siue denunciatus fuerit, seu contra eum nominatim per ipsum iudicem, etiam ex suo officio processus aliquis fuerit incohatus, & antequam terminus assignetur ex parte ipsius iudicis in generali bandimento ex eius parte mittendo, de quo infra proximę continetur, lapsus fuerit se dicto iudici sponte detulerit, ex tunc, a dicta pœna dictarum uigintiquinq; librarum, liberatus & exemptus existat. Et ad fidem faciendam dicto iudicia, ꝙ aliquis sit de Massariis dicti Comitatus, & scribendus ad libram, & inter lares, dictorum Massariorum sufficiat ꝙ ipsę siue eius, pater auus uel proauus, paternus, reperiatur scriptus inter lares & ad libram dictorum Massariorum. Contra quam probationem nulla oppositio, probatio: uel defensio admittatur, teneatur quoq; dictus iudex omnes pænas quas quicunq; incurrisset occasione fraudis commissæ in libris uel laribus, a tempore nouæ librę citra a tali contrafaciente exigere & eundem ad eas soluendas compellere, omnibus iuris remediis opportunis lapsu alicuius temporis non obstante, neq; alio iure, quod incontrariũ loqueret̃. Quæ oĩa locũ habere uolumus non solum in futuris, sed etiam in prçteritis non dum sopitis. Præterea uolumus ꝙ dictus iudex teneatur quolibet mense sui officii saltem semel publice banniri facere per Ciuitatem Tuderti, ꝙ quicunq; contra prædicta fecisset eidem indici debeat se deferre infra certum terminum, ex parte ipsius iudicis suo arbitrio assignandum in bannimento prędicto.

De noua libra non facienda alicui absq; licentia Dominorum Priorum. Rubrica. 24.

ITem statuimus ꝙ nullus Officialis Comitatus Tuderti, possit uel debeat alicui Ciui tudertino Nobili uel sergenti non habenti libram in libro Cõmunis Tuderti, ponere facere, uel scribere libram, nouam absq; expressa licentia officii Dominorum Priorum Populi Tudertini. Et si contrafactum fuerit non ualeat ipso iure. Et nihilominus officialis cõtrafaciens in libris quinquaginta Cortonensibus uice qualibet puniatur.

De filiis Massariorum Comitatus Tuderti emancipatis scribendis inter lares & ad libram ipsorum Massariorum. Rub. 25.

ITem statuimus, ꝙ quilibet emancipatus, a suo patre uel auo paterno Massario Comitatus Tuderti scripto inter lares dicti Comitatus, poni & scribi debeat inter ipsos lares, & ꝙ omnes suæ terrę poni & scribi debeant ad eius libram inter ipsos Massarios, in eo uidelicet, loco ubi talis eius pater uel auus, paternus scriptus reperiretur. Quod locum habeat si talis emancipatus seorsum, a tali suo patre, uel auo, cum sua familia larem habuerit. Et ꝙ dictus defensor & iudex super laribus & libra Communis Tuderti

teneatur infra quindecim dies postquā prædicta sibi denunciatā & notificata fuerint. Et ere qui facere eū effectu ad petitionem cuiuslibet personæ sub pęna centū librarū Cortonensiū.

De massariis scriptis per errorem ad libram Ciuium Nobilium vel Sergentum reponendis ad libram Massariorum. Rub. 26.

ITem statuimus ꝙ quicūq; Notarius Ciuitatis Tuderti ad huiusmodi officiū deputatus, per errorem scripserit & posuerit aliquem Massarii Comitatus Tuderti ad libram Ciuium Nobilium vel Sergentū possit, & debeat, licite, & impune talem suum errorem notificare, & assignare coram dominis Prioribus populi Tuderti, & deinde de ipsorum conscientia & consensu talem massariū scribere, & ponere ad libram massariorum dicti comitatus, & eleuare & remouere de libra dictorū Ciuium Nobilium vel Sergentum. Et ꝙ talis massarius si se sponte detulerit, & assignauerit domino defensori & iudici libræ dicti Cōmunis, & antequā per alium de prædictis deputatus fuerit seu per ipsum iudicem de prædictis contra eum inquisitio aliqua fuerit incohata, & se ad libram massariorum scribi & poni fecerit, ex tunc ab omni pæna sit & esse intelligatur exemptus. Et dę errore prædicto stari volumus iuramento dicti Notarii taliter vt prædicitur asserentis.

De inquisitione facienda de laribus. Rub. 27.

ITem statuimus ꝙ Potestas & Capitaneus Ciuitatis Tuderti & eorum iudex & defensor, Cōmunis Tuderti & quilibet eorum teneantur, & debeant primo mense eorū regiminis facere inquisitionē de omnibus laribus, Comitatus Tuderti & de omnibus personis, quæ scriptæ esse deberent in libris larium dicti Cōmunis, & in eis scriptæ non essent, & si quam inuenerint quæ siue eius pater, auus, vel proauus paternus tāquā massarius dicti comitatus aliquā datam vel collectam soluisset dicto communi aliquo tempore infra viginti quinq; annos tunc proxime præcedentes, ꝙ talem personam scribi facere teneantur inter lares & ad libram massariorum dicti comitatus, illos videlicet massarios cum quibus ipse siue eius pater auus uel proauus talem siue collectam soluisset ut dictum est. Et nihilominus tanquā massarius dicti comitatus pro terris, quas haberent in dicto comitatu, teneatur omnes datas collectas, siue gabellas dicto Cōmuni debitas & debendas ipsi cōmuni integraliter soluere. Si aliquis massarius dicti comitatus inueniretur in libro libræ massariorum dicti comitatus cancellatus seu eius libra cancellata reperiretur, in dicto libro & positus reperiretur in libro libræ ciuium nobilium vel sergentum reducatur & scribatur ad libram & in libro libræ massariorum prædictorum non obstante dicta cancellatione.

Quod scripti ad lares plurium & diuersorum locorum debeant ad vnum larem tantum reduci. Rub. 28.

ITem statuimus ꝙ si quis scriptus esset ad libram & inter lares in pluribus & diuersis locis comitatus Tuderti, reducatur ad vnum locum qui sibi magis placuerit, & de aliis cancelletur & remoueatur, & ꝙ non grauetur de aliqua siue pro aliqua data, siue collecta, seu de aliquo, vel pro aliquo alio onere nisi pro vno lari & in vno loco tantum. Dūmodo taliter descriptus eligat, & declaret se velle esse & remouere ad larem & inter lares alicuius de ipsis locis in quo & inter quos magis de iure esse deberet. Quæ omnia dominus defensor & iudex libræ & larium cōmunis Tuderti ad talis personæ postulationem fieri faciat uocatis his quorū interesset, procedendo super prędictis breuiter sūmarię, & de plano & sine strepitu &

figura

figura iudicii. Et tandem prędicta prout sibi iustum & æquũ uisum fuerit suo prouido arbitrio & iudicio, decidat atq; declaret, cuius declarationi & arbitrio stari debeat in prędictis.

¶ Quod statuta loquentia contra massarios locum non habeant contra habẽtes beneficium ciuium nobilium vel sergentum. Rub. 29.

ITem statuimus ad omne dubium tollendum q̃ ubicunq; aliquod capitulum statutorum, uel ordinationum cõmunis Tuderti loquitur contra aliquos, qui seu quorum patres aui siue proaui paterni, scripti reperirentur inter lares comitatus Tuderti, seu inter ipsos massarios allibrati sub quocun q̃ tenore uerborum appareant, non uendicent sibi locum in illis qui gaudent beneficio ciuium nobilium uel sergentium ex forma alicuius capituli statutorum uel ordinamentorum dicti Cõmunis seu uigore priuilegii eis ab ipso Cõmuni concessi, vel uigore alicuius legitimæ conuentionis habitę inter eos ac dictum cõmune.

¶ Quod sententię latę pro Massariis Nobilibus vel Sergentibus Comitatus Tuderti in requisito Sindico Communis non valeant. Rub. 30.

ITem statuimus q̃ nulla sententia hactenus data, & quę ferretur imposterum per quẽmcũq; Rectorem seu Officialem Cõmunis Tuderti, per quam aliquis Massarius esset pronunciatus & declaratus Sergens, Nobilis siue Ciuis vel scribendus inter lares, siue ad libram Nobilium Ciuium, vel Sergentum vel aliquis Sergens pro Nobili vel Ciue aut scribendus inter lares, siue ad libram Nobilium seu Ciuium, aut nobilis pro ciue siue scribendus inter lares seu ad libram Ciuium, non presente vel non legitime requisito Sindico Cõmunis Tuderti legitimum & sufficiens ad hoc mandatũ habente valeat siue teneat sed ipso iure sit nulla. Et q̃ ex huiusmodi sententiis nullũ ius alicui acquisitũ esse intelligatur, siue acquiri possit, neq; dicto Communi præiudicium aliquod generetur vel generari possit. Et q̃ nullus huiusmodi sententiis de cætero vtatur vel uti possit coram aliquo Rectore uel Officiali dicti Cõmunis. Nec talem utentem aliquis eorũ Rectorũ uel Officialiũ audiat siue audire ualeat quoquomodo. Et nihilominus quilibet contrafaciens in libris centũ Cortonensibus uice qualibet puniat.

¶ De pæna proponentis, ut aliquis Massarius recipiatur in Ciuem Nobilem uel Sergentem & impetrantis priuilegiũ contra prædicta. Rub. 31.

Item statuimus q̃ nullus Rector Cõis tuderti proponat uel proponi faciat seu permittat in aliquo consilio dictæ Ciuitatis de aliquo Massario assumendo uel recipiendo in Ciuem Nobilem uel Sergentem seu ad honores Ciuiũ Nobiliũ, uel Sergentiũ Ciuitatis uel Comitatus tuderti sub pęna qngentarũ librarum Cortonensiũ in qbus Sindicator qui talem Rectorem contrafacientem sindicauerit, eũdem tpe sui sindicatus cõdemnet. Et q̃ nullus in tali consilio audeat vel præsumat aliquid incontrariũ arrengare dicere vel consulere, sub pęna quinquaginta librarũ Cortonensiũ, in quã pænam Potestas uel capitaneus dictæ ciuitatis talẽ ɔtrafacientẽ pro qlibet uice teneat & debeat condẽnare. Et q̃ notarius reformationũ dicti cõis talẽ arrengã propositã ɔsiliũ siue dictũ non scribat. Aliogn pęnã centũ librarum Cortonensiũ ipso facto incurrat, quę tempore sui sindicatus per suũ sindicatorẽ auferat eidẽ. Et nihilominus ipsa pposita consiliũ & reformatio inde secuta non ualeant, nec teneant ipso iure. Et q̃ iudex sup libra & laribus cõis tuderti non possit nec debeat aliquem massariũ pro quo sit ppositũ arrengatũ, & reformatũ extiterit nec aliquẽ aliũ massariũ dicti

comitatuū aliquo modo iure vel causa a libra uel laribus massariorū dicti comitatus eleuare cassare vel cancellare seu eleuari cassari vel cancellari facere siue permittere nec ponere applicare vel scribere inter ciues nobiles vel sergentes ciuitatis vel comitatus predicti, siue poni applicari vel scribi facere sub pena ducentarum librarum Cortonensium in qua per suū sindicatorem tempore sui sindicatus debeat condemnari. Et ꝙ nullus ab aliquo domino rescriptum vel priuilegium aliquod audeat incontrarium impetrare, sed tali rescripto vel priuilegio per quemcū ꝙ pro eo & ad sui fauorem quocūꝙ impetrato vti in iudicio siue extra sub pena ducentarū librarum Cortonensium a contrafaciente vice qualibet auferenda. Et insuper quicquid contra presens capitulum factum siue attentatū fuerit, sit cassum & irritum ipso iure. Et ꝙ in electionibus defensorum & iudicū super laribus & libra ciuitatis vel comitatus tuderti pro tempore celebrandis inseratur expresse, ꝙ nullum massarium comitatus tuderti eleuabit cassabit vel cancellabit, seu eleuari cassari, vel cancellari faciet seu permittet a libra vel laribus comitatus tuderti nec eum ponet & scribet uel applicabit, nec poni scribi uel applicari faciet vel permittet ad larem seu libram dictorum Ciuium nobilium vel Sergentum.

¶ Quod Potestas & Capitaneus obseruent statuta & reformationes super libra. Rub. xxxii.

Item statuimus ꝙ Potestas & Capitaneus Ciuitatis & Comitatus tuderti & quilibet teneantur omnia & singula statuta ordinaméta, & reformationes factas & que fient imposterum super apcatione noue libre cōmunis tuderti obseruare ad penam ducentarū librarum Cortonensium pro quolibet eorum contrafaciente.

¶ De libra non diuidenda inter morantes in eadem familia. Rub. xxxiii.

ITem statuimus ꝙ libra alicuius de ciuitate vel comitatu tuderti scripta & accatastata in libro libre catasti cōmunis tuderti, non possit per directum uel per obliquū aliquo colore quesito diuidi uel segregari inter simul in cōmunione & in eadem domo & familia permanentes, contrafaciens seu fieri faciens puniatur per dominū defensorem & iudicē super libra & laribus dicti cōmunis in decem libris pro quolibet quartingo terre sic scripte eleuate siue posite contra formam predictam. Et nihilominus quod incontrariū factū fuerit ipso iure sit nullū & in statum pristinum penitus reducatur. & ꝙ omnes & singuli quorū libra contra dictam formam diuisa & segregata fuit teneantur donec in ipsa communione domo, & familia simul perstiterint ipsam libram vniri & simul cōmunari facere sicut primitus erat ante diuisionem & segregationem predictam infra terminum eis dem per dictū iudicem statuendum ad penam predictam.

Quod quilibet teneatur ponere simul sub eodem contestu scripture ad libram suam terras ad se pertinentes. Rubrica. xxxiiii.

Item statuimus ꝙ quilibet habens in pluribus partibus libri libre siue catasti cōmunis tuderti terras aliquas ad ipsum pertinentes quocūꝙ modo iure uel titulo etiam si tales terre essent dotales siue parapher nales scripte in ipso libro siue sub suo proprio nomine siue hereditario seu sub quocūꝙ alio nomine teneatur dictas terras & totam ipsam in uno & eodem loco, & sub uno nomine tantum & eodem contestu scripture simul accatastare & allibrari facere, infra terminum sibi statuendum per iudicem libre dicti cōmunis ad penam decem librarum Cortonensium pro quolibet quartingo talis terre que scripta & posita non reperiretur in dicto libro secundum formam predictam.

¶ De salario dando per comitatenses famulis per eos mittendis in seruitium Communis. Rub. 35.

ITem statuimus, q quotiescũq per cõmune tuderti imponeretur aliqua quantitas famu lorũ aliquibus uniuersitatibus castrorũ & uillarũ comitatus tuderti pro aliqua custodia, exercitu, uel caualcata vel alia occasione expensis ipsarum uniuersitatũ, q ipse uniuersita tes dare debeant cuilibet tali famulo pro eius stipendio & salario pro quolibet die tempore messium, & bactiture, uel semente quinq solidos Cortonẽses aliis uero temporibus tres solis Cortonenses, pro quolibet die & nõ ultra. Et hoc si tales famuli haberent stare in ipsa Ciuita te uel eius comitatu. Si uero extra ipsum comitatum, debeant habere pro quolibet eorum & quolibet die quo steterint ad dictum seruitium extra ipsum comitatum duos solidos ul tra quã dictum est supra.

¶ Quod sindici comitatus possint punire inobedientes in negociis uniuersita tis usq in duobus solidis. Rub. 36.

ITem statuimus, q cuilibet sindico alicuius castri uel uillæ comitatus tuderti li ceat imponere penam massariis ipsorũ locorum & inobedientibus in factis & negociis eis iniunctis pro cõmune tuderti vsq in quantitatem duorum solidorũ Cortonensium & ipsam penam ab eis exigere. Et q sit licitum ipsis sindicis pro factis earũ cõmunitatum, cuilibet eis in prædictis non obtemperantibus, claudere portas ipsorum locos rum & ipsas clausas tenere cuilibet de prædictis inobedientibus donec in prædictis eis obe temperauerint cum effectu.

¶ Quod nobiles & sergentes comitatus tuderti contribuant cum ciuibus & non cum massariis in taxatione fructuum. Rub. 37.

ITem statuimus, q nobiles & sergentes comitatus tuderti taxationes fructuum pro tempore imponendas per commune tuderti soluere debeant solum cum ci uibus tudertinis. Et sicut ipsi ciues ipsas taxationes soluant & non cum massa riis ipsius comitatus, seu sicut ipsi massarii soluunt taxationes prædictas. Dũ modo dicti massarii grauari non poss nt ratione dictæ solutionis, quam dicti nobiles & ser gentes facerent cum dictis ciuibus, quinimmo ipsi massarii pro parte dictis nobilibus & ser gentibus contingente de taxatione prædicta debeant exgrauari.

¶ Quod quilibet faciat sibi scribi & allibrari terras quas emerit uel alio titulo acquisiuerit. Rubrica. 38.

ITem statuimus, q quicunq emerit uel quocunq alio titulo acquisierit aliquã petiam terræ, teneatur & debeat infra tres menses proxime ex tunc subsequen tes dictam petiam terræ poni & scribi facere ad libram suam in libro & catasto libræ dicti Cõmunis ad penam dupli estimationis ipsius terræ. Et prædicta lo cum non habeant in terris scriptis ad libram massariorum Comitatus tuderti seu massario rum forensium: quas ciues tudertini nobiles & sergentes dicti Comitatus emerint, vel alio quocunq modo vel titulo acquisiuerint ad hoc vt libra dicti Comitatus nullatenus minuĩ possit. Et q Iudex super libra & laribus dicti Communis teneatur, & debeat modis omni bus quibus potest cum pro motore vel sine procedere, & inuestigare contra omnes & singulos facientes, contra formã alicuius capituli statuti, siue ordinamenti dicti cõmunis tractantium de materia lariam siue libræ & repertos culpabiles penis debitis punire & cõdemnare. Et q quilibet possit ↄtrafacientes in pdictis vel aliquo prædictorũ, eidẽ iudici denũciare & accusare

& habeat medietatem banni, quod eius denunciationē uel accusationē in cameram dicti cō munis peruenerit & eius nomen teneatur secretum.

De pena facientis eleuari de libra sua terras quas possidet. Rub. 39.

ITem statuimus, ꝙ nullus de Ciuitate uel comitatu Tuderti audeat vel presumat eleua ri facere seu, permittere de libra sua, aliquā petiam terræ, nisi eam uendiderit uel alio mo do uero & iusto titulo alienauerit. Contrafaciens uero puniatur per iudicem libræ, vi ce qualibet in decem libras Cortonenses pro quolibet quartingo talis terræ. Et in totidem puniatur quilibet faciens siue permittēs ipsam terram scribi & poni ad libram suam in libro siue catasto dicti communis.

Quod quilibet lar de plano ameti habeat vnā quartingatam terræ & de one ribus per eos subeundis. Rub. 40.

ITem statuimus, ꝙ quilibet lar existens in castro plani ameti ꝙ cōmunis Tuderti ha beat, & habere debeat unā quartingatam terræ tantum quā dictum cōmune habebat in tenuta seu in confinibus dicti castri, secundū ꝙ hactenus habuerunt, dūmodo præ stet & præstare teneatur quilibet, de ipsis laribus quolibet anno dicto Cōmuni ꝓ ipsa quar tingata, terrę quindecim solidos Cortonenses saluis pactis, & conuentionibus, olim apposi tis in concessione dicti terreni hactenus eis facta, per cōmunē prędictū. Et ꝙ omne & totū id quod superest de dicto terreno plani ameti a dicta quartingata terrę contingente pro quo libet lari prędicto supra libere remaneat & sit dicti cōmunis. Ita quod ipsum cōmune tanquā verus & legittimus dominus de ipso residuo faciat & facere valeat, quicquid sibi placuerit. Et ꝙ omnes & singuli habentes in dicto castro de bonis acquisitis per eos, post concessionem di cti terreni factam eisdem per ipsum cōmune siue imposterum acquirendis soluere debeat ipsi cōmuni omnes datas & collectas omniaq; onera patrimonialia pro eis subire prout faciunt alii massarii comitatus tuderti, non obstante immunitate olim eis per ipsum cōmune conces sa, quæ quantum ad hæc in nihilo patrocinetur eisdem.

De cursu aquæ non impediendo & de formis vacuandis. Rub. 41.

ITem statuimus, ꝙ potestas & capitaneus & iudex extraordinarius cōmunis tuderti, & quilibet ipsorū qui inde fuerit requisitus teneantur, & debeant, cogere omnibus iuris re mediis opportunis omnes & singulos in quorum & per quorum terras aquæ longeuis re troactis temporibus fluere consueuerunt vt eas more solito in ipsas & per ipsas terras fluere faciant atq; sinant. Et ꝙ mundent fodient & vacuent suis expensis foueas, siue formas, in quas & per quas ipsæ aquę fluere consueuerunt. Ita ꝙ cursus aquarum nullatenus impediatur sed in eas & per eas libere fluere possint, prout hactenus fluere consueuerunt. Et si prædicta non facerent infra terminum eis ab aliquo de dictis rectoribus siue a dicto iudice assignatū, seu postquā eis ab eo cuius interesset denunciatum extiterit, possit quilibet cuius intersit prædi cta omnia facere & fieri facere sua auctoritate. Ita ꝙ in eas & per eas ipsæ aquæ libere fluere valeāt, prout hactenus consueuerunt. Et prędicta dicti rectores & iudex & quilibet ipsorum & qui inde fuerit requisitus fieri faciant ad petitionē cuiuslibet cuius intersit siue qui sua du xerit interesse. Et quēlibet in prędictis eis uel alicui eorum de ipsa causa cognoscenti non obtemperantē in solid. quinquaginta cortoñ. possint & debeant uice qualibet cōdēnare. Et nihi lominus totū dānū interesse & expēsas qd vel quas alius cuius intererat dicta de cā passus fue rit siue fecerit reficere emēdare & restituere talis ꝯtrafaciens integralr teneat. Et prædicta ēe

locum habeant in ciuitate tuderti, in formellis, & cloachis. Praeterea uolumus, q̃ omnes & sin guli agricultores siue laboratores teneantur mundare, & vacuare, omnes foueas siue formas in ipsis terris siue citra eas existentes, seu quae esse consueuerunt. Quae omnia peragantur & expediantur sine solutione salarii. Et praedicta non solum in futuris sed etiam in praeteritis nondum sopitis uendicent sibi locum.

¶ Quod ius stillicidii non ledatur propter conductũ cõis tuderti. Rub. 42.

ITem statuimus, q̃ si quis habuerit ius stillicidii supra domum casalenum, seu terrenum, alterius, siue aliud simile ius, & deinde aqua talis stillicidii per alium locum ducta siue deri uata fuerit, occasione conductuũ cisternarũ cõmunis tuderti, q̃ propterea tale suum ius in aliquo non lędatur uel minuatur siue lęsum uel diminutum esse intelligatur nec dicta de cau sa siue occasione contra eum ius aliquod alteri acquiratur iure aliquo ñon obstante.

¶ De pena praestantis impedimentum aquae fluenti in platea Cõmunis tuder ti siue quod aquae & turpitudines non fluant in cloacas. Rub. 43.

ITem statuimus, q̃ nullus faciat siue inferat aliquod obstaculũ siue impedimentum, prop pter quod aqua fluens, seu fluere solita in platea, cõmunis tuderti inter domum olim Ser grappae, & domum olim Vgolinelli Gerardi non possit libere fluere in locum & per locũ praedictum. Contrafaciens uero in uiginti solidos Cortonẽses uice qualibet puniatur. Praete rea volumus q̃ omnes aquae & turpitudines libere fluant, & fluere possint, ad cloacas stantes in stratis dicti cõmunis. Et si quod obstaculum uel impedimentum per aliquem incontrarium factum esset, potestas, & iudex extraordinarius cõ s tuderti & quilibet eorũ qui inde fuerit re quisitus postquã hoc eis denunciatum erit a quacũq; persona illud amoueri facere penitus te neatur aliquo lapsu temporis non obstante. Et nihilominus talem contrafacientem in dicta pena cõdẽnet. Quae omnia sine solutione salarii peragantur & expediantur.

¶ De sepalibus siue arboribus pendentibus supra rem alterius re mouendis. Rubrica. 44.

ITem statuimus q̃ si aliquis habet aliquam arborem siue sepale, quae uel quod protenda tur, siue pendeat super rem alterius potestas capitaneus, & iudex, extraordinarius Cõmu nis tuderti & quilibet eorum qui inde fuerit requisitus, teneantur & debeant ad petitionẽ cuiuslibet cuius intersit, eidem praecipere quatenus infra decem dies ex tunc proxime secutu ros ipsam vel ipsum quatenus super rem alterius protenderetur, siue penderet, remoueat & abscidat, q̃ si non fecerit in solidos quadraginta Cortonẽsi. puniatur. Et in super dicto termi no elapso illę super cuius rem talis arbor protenderetur, siue penderet, licite & impune possit colligere de fructibus existentibus in ramis & super ramos talis arboris, super ipsam suam rẽ protendentibus siue pendentibus. Quae omnia locum habeant etiam in sepalibus & arbori bus protendentibus siue pendentibus, super aliquam viam publicam vel; vicinalem sitam in Ciuitate vel comitatu tuderti. Ac etiam sine solutione alicuius salarii discutiantur, termi neatur, & expediantur.

¶ De arboribus alicuius existentibus in re alterius vendendis ad petitionem cuiuslibet partis. Rub. 45.

ITem statuimus, q̃ si quis habuerit aliquam arborem in terreno alterius te neantur Potestas & Capitaneus, & Iudex extraordinarius Communis tuderti, & quilibet eorum qui inde fuerit requisitus, infra vnũ mensem ex tunc proxime

subsequentem, cogere cum effectu omnibus iuris remediis opportunis, tam dominum dicti terreni ad petitionem domini talis arboris ad eam emendum ab ipso pro iusto precio, quã etiam ad petitionẽ domini talis terreni dominũ talis arboris ad ipsam sibi vendendum pro iusto precio. Et si de precio dictæ arboris inter eos contentio uerteretur, teneatur dictus potestas capitaneus siue iudex qui inde fuerit requisitus ipsum precium taxari & declarari facere per unum, vel duos amicos cõmunes partium prædictarum cuius uel quorum arbitramento taxationi uel declarationi stare debeant ipse partes. Et prædicta omnia sine solutione salarii expediantur.

¶ De terminationibus faciendis. Rub. 46.

ITem statuimus, ꝙ si aliqui habuerint aliquas petias terrarum vicissim confinantes atq; contiguas, quæ iter se terminatæ non sint potestas Capitaneus & iudex extraordinarius cõmunis tuderti, & quilibet eorum qui de hoc fuerit requisitus teneant & debeant dictas terras infra unum mensem ex tunc proxime secuturum ad petitionem cuiuslibet partium terminari facere per unũ vel per plures qui de iis melius nouerit, siue nouerint ueritatem. Quę locum habeant siue tales terræ nunquã terminatæ fuerint siue iam terminatæ fuissent. Et deinde ipsi termini fracti uel euulsi, mutati, occultati, cohopti, flexi aut inclinati quacunq; de causa siue occasione fuissent, teneantur quoq; dicti potestas & capitaneus siue iudex & quilibet eorum qui inde fuerit requisitus, ad petitionem cuiuslibet facere terminari omnes vias, publicas siue viciuales sitas in ciuitate tuderti uel comitatu. Et si aliqua earum uel alicuius, earum pars ingomborata super appręhensa uel occupata eam disgomborari, disoccupari, restitui, ac in pristinum reduci faciant, omnibus sumptibus talis ingomborantis, super appræhendentis, siue occupantis, nulla temporis præscriptione obstante. Quam terminationẽ fieri faciant per duos uel plures homines habẽtes prope talem uiam possessiones suas siue per earum cultores iuramento prius per eos præstito de ipsa terminatione fideliter & legaliter faciẽda. Et ꝙ ii iuxta quorum possessiones talis terminatio fieri deberet teneãtur expensis ipsorum dare lapides qui pro ipsa terminatione fuerint opportuni. Et prędicta locum habeant etiam in terminationibus faciendis de quibuscũq; fossatis siue fossatellis per quæ aqua continue uel cum temporis intermissione fluere consueuerit. Et quod nullus impedimentum siue obstaculum aliquod inferre debeat quominus per ipsa fossata siue fossatella aqua libere more solito fluat & fluere possit. Et si quid incontrarium factum fuerit illud expensis contrafacientis debeat totaliter illico remoueri, & in pristinum statum reduci. Et si quod terrenum alicui accreuerit siue restitutum fuerit, a flumine Tiberis terminari debeat prout tale terrenum trahitur, & protenditur per directum uersus ipsum flumen, per homines qui de huiusmodi facto melius sciuerint veritatem, per alterum dictorum rectorum siue per dictum iudicem eligendos. Quod etiam locum habeant in flumine Arnatæ, Naiæ, Faenę. Dũmodo talis terminatio non præiudicet nec præiudicare possit alicui in formis sui molendini. Et ꝙ dicti potestas Capitaneus & quilibet eorum qui inde fuerit requisitus teneantur mittere unum de suis Notariis ad petitionem cuiuslibet cuius intersit siue qui sua duxerit interesse, ad faciendum fieri & exequi omnia supra dicta, quoties expediens fuerit. Et si de prædictis uel aliquo prædictorum aliqua quęstio uel contrauersia mota fuerit, coram aliquo de dictis rectoribus, & iudicibus, discuti & terminari & cognosci debeat breuiter summarię & de plano & sine strepitu & figura iudicii. Et quicũq; in prædictis inobediens fuerit, alicui de dictis rectoribus siue Iudicibus de ipsa causa cognoscentibus, possit condemnari vice qualibet usq; in libras decem Cortonenses arbitrio iudicantis consideratis qualitate, ipsius inobedientiæ, & conditione personæ talis inobedientis & prædicta omnia sine solutione alicuius salarii peragantur & expediantur.

¶ Quod

¶ Quod quilibet habens aliquod terrenum necessarium ad constructionem siue refectionem alicuius castri teneatur illud uendere. Rub. 47.

ITem statuimus, ꝙ si aliqui massarii de comitatu tuderti uellent de nouo construere siue reaptare uel reformare aliquod castrum in dicto comitatu. Et aliquis qui haberet aliquam possessionẽ suam in eo loco necessariam ad constructionẽ reaptationem, uel reformationem dicti castri & recusaret eam ipsis massariis pro iusto precio uendere, ꝙ talis habens possessionem prædictam teneatur omnibus iuris remediis opportunis, & compellatur, & compelli possit, & debeat ad petitionem dictorum massariorũ per Dominum Potestatẽ siue Capitaneum Ciuitatis tuderti ipsam possessionem dictis Massariis pro iusto precio vendere atꝗ tradere. Et si de ipso precio fuerit contentio inter eos debeat ipsum precium taxari & declarari per unum uel duos amicum siue amicos cõmunem siue cõmunes utriusꝗ partis. Et ꝙ quilibet habens domum siue casalenum in dicto castro teneatur contribuere & conferre ad omnes expensas opportunas ipsius castri pro parte contingente eidem de expensis prædictis. Preterea volumus ꝙ si per homines alicuius castri super apprehensum uel occupatum fuerit de terreno alicuius pro fossis uel alio munimine, ipsius castri, ꝙ domino talis terreni per eos satisfieri debeat de iusto precio ipsius terreni non obstante aliquo lapsu temporis. Ita tamen ꝙ nullum castrum de nouo fieri possit in comitatu tuderti sine expressa licentia consilii generalis Communis tuderti.

¶ De pena habentis hostia in muris alicuius castri. Rub. 48.

ITem statuimus, ꝙ nullus possit habere aliquod hostium in muro alicuius castri comitatus tuderti, facto uel constructo pro munimine & tuitione ipsius castri per quod hostiũ possit intrari in ipsum castrum immo si qua sunt, expensis ipsius habentis illico murentur & claudantur cum lapidibus arena & calce, in ea grossitudine in qua est murus ipsius castri. Contrafaciens uero penam centum librarum Cortonensium incurrat vice qualibet ipso facto. Præterea nolumus quod aliquis possit uel debeat aliquod ædificium construere, uel cõstructum habere iuxta muros alicuius castri dicti comitatus, ex parte exteriori talis castri. Contrafaciens autem in decem libras Cortonenses uice qualibet puniatur. Et nihilominus teneatur tale ędificium inde totaliter remouere infra decem dies a die præcepti sibi facti per quẽcũꝗ rectorem dicti cõmunis sub pena prædicta. Et Potestas & Capitaneus dictæ Ciuitatis teneantur saltem semel singulis duobus mensibus sui regiminis inquirere de omnibus & singulis supra dictis & repertos culpabiles in dictis penis punire & condemnare. Et prædicta omnia sine aliqua mora fieri & exequi facere teneantur cum effectu. Quod si quis dictorum rectorum in prędictis vel aliquo prædictorum negligens fuerit penam centum librarũ Cortonensium ipso facto se nouerit incursurum.

¶ De custodia & sollicitudine pontis cutis. Rub. 49.

ITem statuimus ꝙ sindicus castri pontis cutis saltem quater in anno vadat, ad perscrutandum & uidendum ipsum, pontem cutis & eius pilas, ad hoc ut sciatur utrum aliqua refectione indigeat an non. Et si quidem aliqua refectione indigeret, teneatur dictus sindicus præd cta statim referre & denunciare domino Potestati Ciuitatis tuderti. Qui Dominus Potestas die proxime subsequenti teneatur & debeat conuocari & cohadunari facere consilium generale Cõmunis tuderti & in ipso cõsilio prædicta proponere & illud quod tũc ipsum consilium generale duxerit ordinandum exequi facere teneatur. Quod si non fuerit in libras quinquaginta Cortonensium puniatur.

¶ Quod proponatur in consilio de refectione pontis montis molini. Rub. 50.

ITem statuimus, q Dominus Capitaneus populi Tuderti primo mense sui regiminis sub uinculo iuramenti & ad penam centum librarum Cortonensium teneatur, & debeat proponere in consilio dicti populi quid videtur, & placet, ipsi consilio prouidere & ordinare super refectione redificatione, & reapptatione, pontis montis molini, & illud q tunc in dicto consilio fuerit ordinatū executioni mandetur. Et quod postquā dictus pons refectus & rehedificatus fuerit, teneatur sindicus villæ Sancti Nicolai, & sindicus villæ Sancti Christophori, & sindicus villæ Sancti Angeli de monte molino, saltē quater in anno ad perscrutandum & uidendum dictum pontem, & eius pilas adhoc ut sciatur utrum aliqua refectione, vel reformatione indigeat, an non & siquidem aliqua refectione, vel reformatiōe indigeret teneantur illud statim referre & notificare dicto domino capitaneo. Qui Dominus Capitaneus statim die proxime subsequenti teneatur dictum consiliū facere conuocari & congregari, & in eo prædicta proponere, & deinde quicquid in dicto consilio fuerit ordinatū exequi facere teneatur. Et si dictus Dominus Capitaneus negligens fuerit in prædictis uel aliquo prædictorum pena librarū quinquaginta ipso facto se nouerit incursurum.

¶ De ponte faciendo in flumine Naie, in guado collis. Rub. 51.

ITem statuimus, q fiat & fieri debeat ad petitionem cuiuslibet in guado collis subtus sobranū in flumine Naie in via qua itur ad castrū rosarii quidam pons expēsis adiacētiū.

¶ De ponte faciēdo in flumine rigi in guado collis uersus castrum uetus. Rub. 52.

ITem statuimus q ad petitionem cuiuslibet fiat quidam pons in loco qui dicitur guadus collis ubi est via qua itur ad castrum vetus expensis adiacentium usq in quantitatem quinquaginta librarum.

¶ De fossato fractæ inzangatæ manutenendo. Rub. 53.

ITem statuimus, q forma seu fossatum fractæ inzangatæ quæ uel quod protēditur uersus Tiberim manuteneatur & conseruetur per homines castri fractę inzangatę. Et q Potestas & Capitaneus Ciuitatis Tuderti & quilibet eorum qui de hoc fuerit requisitus prædicta fieri facere teneantur sub pena quinquaginta librarum denariorum Cortonēsium pro quolibet eorum contrafaciente.

¶ De cisternis campitolii & conductis earum. Rub. 54.

ITem statuimus, q Potestas Ciuitatis Tuderti teneatur sub pena librarum centū Cortoñ. facere uideri perscrutari cisternas, campitolii & earū conductus, & oīa opera & laboreria ad eas, & eos pertinentia, & si aliqua refectione vel reformatione indigeret ea refici reaptari & reformari. Et si aquæ pluuiales de pluribus aliis tectis quæ immitti consueuerint, essent in eas immittendæ eas in ipsas cisternas immitti & conduci faciat, teneat ēt construi facere canellos de plūbo in conductu, per quē dicta aqua fluat de dictis cisternis in fontē existentem in platea cōis tuderti. Et prædicta oīa fieri faciat & manuteneri & obseruari expēsis dicti cōis. Itē nulla persona debeat intrare in locū campitolii ubi sunt cisternæ dicti cōis nisi per hostiū ipsius loci sub pena. x. lib. Cortoñ. pro quolibet cōtrafaciente & qualibet vice. Et si aliquod dānum illatū fuerit in dictis cisternis talis qui contra dictā formam in locū prædictum intrauerit, censeatur & reputetur Potestate & sectione præsentis capituli, ac si tale dānum ibidem intulisset & in dicta pena debeat cōdēnari, perinde ac si legitime constaret ipsum tale dānum intulisse. Et nihilominus tale, dānum emendare integraliter teneat. Et ad fidem

faciendam de huiusmodi introitu sufficiat unus testis. Et ꝙ nullus possit lauare sibi manus in ipso fonte seu super ipsum fontem uel aliquam turpitudinem in dicto fonte siue iuxta eum facere sub pena decem librarum Cortonensium. Item ꝙ nulla persona possit deferre ad dictum fontem siue ad cisternam plateę dicti cōmunis aliquod vas pro aqua maioris capacitatis trium pitictorum, sub pena quinꝗ solidorum pro qualibet uice & nihilominus tale vas frangi debeat. Et ꝙ de dictis cisternis capitolii plateæ & fontis, non possit extrahi aqua a festo omnium Sanctorum in antea vsꝗ ad Kalendas Iunii proxime subsequentes sed per dictum tempus teneantur dictæ cisternæ clausæ & firmatæ a Kalendis Iunii in antea vsꝗ ad dictum festum omniū Sanctorum dictæ cisternę quę sunt in platea teneantur apertæ ita qđ infra dictum & per dictum tempus quilibet de ipsa aqua possit habere libere, dūmodo nō cōtra formam prędictam. Et si aliqua persona deuastauerit seu leserit conductos dictarum cisternarum capitolii plateæꝗ & fontis uel alicuius eorum siue aquam de dictis conductibus ad alia loca diuerterit vel diuerti fecerit ita quod per ipsos conductus libere fluere non possit puniatur in viginti libras Cortonenses. Et teneatur potestas prædictus proponere in consilio generali quid sit faciendum de acquis mittendis in ipsis cisternis campitolii plateæ & fontis, & de omnibus aliis in prædictis uel circa ea fuerint opportuna. Ac etiam de superstitibus dictarum cisternarum & fontis & pro quanto & cū quanto salario eligi debeant. Et quod cuilibet liceat denūciare & accusare quemlibet contrafacientem in prædictis, uel aliquo prędictorū & habeat medietatem dictarū penarū, quæ dictis de causis vel aliqua earū ex eius denuncia vel accusatione in camerā dicti cōis peruenerit & eius nomen in credentia teneaᵗ.

¶ De sex Cisternis in Ciuitate fiendis. Rub. 55.

ITem statuimus, ꝙ fiant & fieri debeant expensis Cōmunis Tuderti sex cisternæ in illis videlicet locis quibus ordinatū fuerit per consilium generale. Et teneatur potestas primo mense sui regiminis in dicto consilio specialem propositam facere de prędictis ac ēt vnde habeatur pecunia pro ipsis cisternis faciendis.

¶ De actatione fontis scarnabecchi & certarū cisternarum. Rub. 56.

ITem statuimus, ꝙ potestas ciuitatis tuderti teneaᵗ precise aptari facere fontem scarnabecchi expensis cōis Tuderti. Et teneatur facere remoueri oēs chioneccas & sciaquialia, quæ prestarent impedimentum ipsi fonti. Et ꝙ nullus subtrahat aquam de ipso fonte faciendo eam diuertere ad alia loca, ita quod ad dictam fontem libere more solito fluere nō possit. Et qui contrafecerit condēnetur in vigintiquinꝗ libras Cortonenses, & teneatur etiā facere aptari cisternam stantem sub voltis scalarum palatiorū dicti Cōmunis. Et cisternas stantes subtus seu iuxta palatium nouum & iuxta domum filiorum Francisci & in ipsas faciat mitti aquam, quæ fluit per plateam tempore pluuiæ, & ipsam aquā de ipsis cisternis per conductum facere mitti in dictum fontem, ita tamen ꝙ dicta aqua intret prius in cisternas stātes sub dictis voltis. Et nullus possit nec debeat in ipso fonte scarnabecchi uel iuxta ipsum fontem lauare pannos pelles uel alias res immūdas, siue aliquā turpitudinē facere, nec extrahere aquam de dicto fonte sub pena quadraginta solid. Cortonē. Item ꝙ camerarius cameræ dicti communis habeat curā de dicto fonte & faciat aptari guazzatorium ipsius fontis. Et scrutari faciat quolibet mense ipsam fontem & guazzatoriū ad hoc ut si aliqua refectione indigerent reficiantur & reformentur sub pena decem librarum Cortonensium. Et quod eligatur unus de vicinis dicti fontis qui denunciet dicto Domino Potestati omnes & singulos contrafacientes, & habeat pro suo salario quadraginta solidos, quolibet

ar no. Et q dictus Potestas saltem semel tempore sui regiminis de prædictis inquirere tenea tur & repertos culpabiles in penis prędictis debeat condēnare. Et q cuilibet liceat talem de linquentem eidem potestati denunciare & accusare, & habeat medietatem dictarū penarū, quę ex sua denunciatione uel accusatione in cameram dicti cōmunis peruenerint, & eius no men in credentia teneatur.

De fontibus faciendis iuxta portam vallis & in aliis locis iuxta ciuitatem. Rubrica. 57.

ITem statuimus, q domini Priores Populi Tuderti quādocū q de hoc fuerint requisi ti fieri facere teneantur iuxta portam Vallis in uia publica qua itur ad Monasterium maius in eo loco & eo modo in quo & prout eis magis & melius visum fuerit expedire vnum bonum & sufficientem fontem expensis Cōmunis Tuderti pro tertia parte & expen sis adiacentium ipsi fonti tam de Ciuitate quā de comitatu Tuderti pro aliis duabus parti bus. Item q dicti domini Priores teneantur & debeant fieri facere fontes sufficientes vbi cunq cōmode fieri poterunt prope Ciuitatem Tuderti in viis publicis per duas balistratas expensis dicti cōmunis pro tertia parte, & expensis adiacentium ipsis fontibus tam de ciui tate, quā de comitatu, prædictis pro reliquis duabus partibus, dūmodo ipsi adiacentes per dictos dominos Priores debeant declarari.

De aptatione fontis Sancti Rogerii. Rub. 58.

ITem statuimus, q Potestas Ciuitatis tuderti teneatur facere aptari fontem Sancti Rogerii expensis adiacentium, videlicet expensis hominū de plagiis de plano Sancti Glorii de parrochia Sancti Nicolai, & Sancti Stephani, & Sancti Siluestri, & Sanctæ Mariæ. Et quod eligantur duo continentes qui ipsum fontem manuteneri faciant & aptari quoties expediens fuerit. Et si dictus Potestas non obseruauerit in libris quinquaginta Cor tonensium puniatur.

De aptatione fontis stagni. Rub. 59.

ITem statuimus q fons stagni aptetur & mundetur, & q arbores quæ protenduntur supra ipsum fontem eleuentur & incidantur ad petitionem cuiuslibet, & q pons & vie per quem uel per quas itur ad dictum fontem aptetur & reficiatur expensis adiacentiū. Et q ad faciendum prædicta per consiliū generale Cōmunis tuderti eligantur duo superstites cum eo salario & pro eo tempore prout placuerit ipsi consilio, quod salarium soluatur eis dem per ipsos adiacentes. Et prędicta omnia Potestas Ciuitatis tuderti qui pro tempore fue rit fieri facere teneatur de mense Septembris & Octobris sub uinculo iuramenti, & ad pe nam quinquaginta librarum Cortonensium.

De viis mactonandis & chiocanis faciendis & de certis viis reformandis & de multis aliis ad præsentem materiam pertinentibus. Rub. 60.

ITem statuimus, q Capitaneus & Potestas ciuitatis tuderti, & iudex extraordinarius Cōmunis tuderti & quilibet eorum qui inde fuerit requisitus teneantur & debeant sub pena librarum quinquaginta Cortonensiū pro quolibet eorū contrafaciente ad requi sitionem cuiuslibet mactonari facere omnes vias publicas & vicinales sitas in ciuitate burgis & suburgis tuderti, quæ mactonatæ non essent. Et eas quæ mactonatę essent & indigerēt refectione reaptari & reformari & refici facere expensis adiacentium. Dūmodo expensis di cti cōmunis dentur omnes mactores opportuni pro ipso mactonato faciendo ad quos emē

dos

dos de pecunia dicti cõmunis exp. tradendos ad eorum requisitionem camerarius cameræ dicti cõmunis teneatur sine aliquo alio stantiamento propterea faciendo. Ac etiam dicti Potestas, & Capitaneus & iudex & quilibet eorum teneantur qui inde fuerit requisitus in ipsis viis chiocanas necessarias facere fieri expensis adiacentium. Dúmodo nullus puteus seu cisterna impedimentũ siue incõmodum aliquod ex constructione talium chiocanarũ recipere possit. Et si qua chiocana postea deuastata fuerit refici & reaptari debeat expensis dicti cõmunis ad petitionem cuiuslibet, & hoc fieri faciant prędicti rectores & iudex & quilibet eorum cui hoc denunciatũ fuerit infra decem dies post ipsam denunciationẽ sibi factam. Insuper faciant omnes cloacas & sciacquaialia immitti in muros & subtus terras expensis eorum ad quos tales cloacæ & sciacquaialia pertinerent, ita quod nulla immunditia vel putredo exinde cadens seu fluẽs uel exiens extrinsecus uideri & apparere possit, uel ꝙ dicta de causa seu occasione aliquod nocumentũ siue incõmodum alicui inferatur, sed ita curent ꝙ prædicta fluãt in chiocanas existentes subtus terram. Teneantur etiam sic facere ꝙ omnes chiocanæ existentes subtus uiam publicam quæ est extra & iuxta muros dictæ Ciuitatis, a porta Sancti Georgii quæ nunc murata & clausa est usq; ad portam viæ planæ quæ uocatur porta sancti Augustini in quas & per quas immittatur cadant & fluant immunditiæ cloacarũ & sciacquaialium existentium in muris prædictis siue in domibus uel formellis iuxta ipsos muros existentibus claudãtur & subtus terram immittuntur usq; ad campos siue ortos qui sunt iuxta ipsam uiam expensis ipsorum de quorũ cloacis & sciacquaialibus siue formellis tales immunditiæ per dictas chiocanas immitterentur uel fluerent. Et quod quilibet qui alicui de dictis rectoribus siue dicto iudici inobediẽs fuerit in prædictis uel aliquo prædictorum mulctari & puniri possit & debeat etiam de facto in uiginti solidis pro qualibet uice. Præterea volumus ꝙ dicti rectores teneant primo mense eorum regiminis facere disgomborari expensis dicti cõmunis viam quæ est ante domum filiorũ Gambrini & rẽ ecclesiæ Sancti Ioãnis. Et ꝙ uia qua itur ad casalena & exit ad scalellas vsq; ad fabricas & alia via qua itur ad domum ecclesię Sancti Hilarii ad fontem scarnabecchi aptẽtur dirigantur & amplientur prout expediens fuerit expensis adiacentium arbitrio duorũ bonorum virorum eligendorum per consilium generale dicti cõmunis. Et ꝙ dictus potestas teneatur primo mense sui regiminis facere eligi in dicto consilio generali unum uel plures superstites prout ipsi consilio videbitur expedire pro eo tempore & cum eo salario prout placuerit dicto consilio, qui pręcipuam & specialem curam habeant circa refectiones & reformationes necessarias omnium uiarum mactonatarum quæ sitæ sunt in dictis ciuitate burgis & suburgis Tuderti, & etiam circa non mactonatas ut eas faciant mactonari, manuteneri & conseruari. Quodq; similem curam gerant de fontibus dictæ ciuitatis videlicet de fonte scarnabecchi, de fonte Termoli, & de fonte Sancti Stephani, & ꝙ concimen & reaptatio ipsarum uiarum & ipsorum fontium locentur & concedantur ad coptimum prout ipsi consilio placuerit.

De via debita per rem alterius. Rub, 61.

ITem statuimus ꝙ si aliqui habuerint iter actum, uel uiam, per plures & diuersas partes rei alterius ꝙ ille per cuius rem tale ius deberetur possit per unam partem talis suæ rei iter siue talem actum, uel uiam concedere & assignare ipsis quibus dictũ ius competit aptando ipsam partem ac aptam manutenendo & conseruando suis sumptibus ita & taliter ꝙ ipsi tali suo iure libere & cõmode uti possint. Et prędicta fiant de uoluntate ipsorum omniũ quibus tale ius competit siue maioris partis eorum, dũmodo consentire teneantur ꝙ in una parte tantum & per unũ locum dictæ rei tantum ipsum iter actus, siue uia assignetur eisdem eo videlicet modo quo cõmodius pro utraq; parte fieri poterit.

De via mutanda. Rub. 62.

ITem statuimus, quod si quando aliqua contentio siue contrauersia verteretur uel esset de permutatione alicuius viæ quæ alicui per alterius rem competeret ex eo videlicet quod talis via nimium incommodũ diceretur afferre ei per cuius rem deberetur, iudex extraordinarius cõmunis Tuderti ad petitionẽ cuiuslibet partium prædicta examinare & decidere teneatur prout sibi magis æquum fore videbitur procedendo & diffiniendo super prædictis breuiter summariæ, & de plano, & sine iudicii strepitu, & figura & prædicta sine solutione alicuius salarii fiant & expediantur.

De non habentibus viam per quam vadant ad rem suam. Rub. 63.

ITem statuimus, quod si quis non haberet viam per quam cõmode ire posset ad rem suã Potestas & Capitaneus ciuitatis Tuderti & iudex extraordinarius Cõmunis Tuderti & quilibet eorum qui inde fuerit requisitus teneantur & debeant ad eius requisitionẽ facere sibi vendi ab eius cõuicino tm̃ de suo terreno quod sibi sufficiat ad uiam prædictam pro iusto & decenti precio taxando si ipsæ partes concordes nõ fuerint per unum vel per plures amicũ siue amicos cõmunes ipsarũ partium per ipsas partes si fieri poterit concorditer eligendum siue eligendos seu per alterũ de dictis rectoribus qui inde de prædictis fuerit requisitus. Aut quod is qui talem uiam petierit iustum & competens cambiũ præbeat tali suo conuicino de terra sua si quam habet iuxta eum ad electionẽ talis sui conuicini, secundũ taxationẽ & declarationẽ unius uel plurium amicorũ vel plurium ipsarum partium eligendorum ut supra proxime continetur. Dũmodo prædicta locum non habeant in eo qui ad ipsam suam rem hactenus uiam habuisset & eam alteri quõcunque alienasset. Cæterum si quis præter uel contra dictam formam per rem alterius accederet eundo ad talem suam rem ẽt si aliunde ad eam commode ire nõ posset puniatur ea pena qua quilibet alius extraneus de simili introitu & transitu puniendus ueniret per formam statuti communis tuderti.

De complemento uiarum. Rub. 64.

ITem statuimus quod potestas Ciuitatis Tuderti primo mense sui regiminis teneatur & debeat proponere in consilio generali Cõmunis tuderti de aptatione & complemento viarum nouarum hactenus inceptarum & in ipso cõsilio eligi facere per quálibet ipsarum viarum unũ bonum & sufficientem superstitem cũ eo salario & cum eo tempore de quo & prout placuerit ipsi consilio. Qui superstites sollicitam curam gerant ac gerere debeant quod tales uiæ compleantur & quod saluæ & sufficientes manuteneantur & conseruentur. Et quod quicquid circa prædicta per dictum consilium prouisum ac deliberatum fuerit ipse potestas exequi facere teneatur. Necnon dictus Potestas ire uel mittere aliquem de suis iudicibus una cũ sex bonis uiris qui per dictum consilium eligi debeant ad uidendum si via noua per quã itur ad pontem Martinũ & uia noua per quam itur uersus riuum sunt bonæ amplæ sicut ordinatæ fuerint & si aliqua aptatione indigeant uel non & si inuenerint ipsas aliqua refectione indigere uel eas esse in aliqua parte super appræhensas siue occupatas faciat ipse Potestas eas refici. Ac etiam quicquid de ipsis super appræhensum uel occupatum fuerit restitui & in statum pristinum reduci atque reponi, sub pena centum librarum cortonensium.

De via qua itur ad campum aquilæ. Rub. 65.

ITem statuimus, quod via qua itur uersus Tiberim & ripam quæ fuit iuxta molendinum plan portus usque ad riuumbagnum & a molendino de campo aquilæ olim moncelli per

ri & sociorum usq ad molendinum filiorũ Trogi amplietur per unam perticam ad mensurã perticæ cõmunis tuderti & a ripa tiberis usq ad uineas iuxta dictam uiam existentes, & q dicta uia apetetur & amplietur per Massarios montis castelli & fractæ domini episcopi tudertini & per alios adiacẽtes dictæ uię & eorum expensis. Et q pons riuibagni aptetur per dictos Massarios & per alios adiacentes ipsi ponti.

¶ De aptatione uiæ pontis cutis. Rub. 66.

ITem statuimus q Potestas Ciuitatis tuderti teneatur proponere in consilio generali cõmunis tuderti de aptatione uiæ pontis cutis & quicquid ipsi consilio placuerit teneat̃ executioni mandare.

¶ De aptatione viæ qua itur ad Sanctum Stephanum. Rub. 67.

ITem statuimus, q Potestas ciuitatis tuderti teneatur proponere ad consilium generale de aptatione vię qua itur ad Sãctum Stephanum per portam uiæ planæ & quicquid in ipso consilio deliberabitur per ipsum potestatem executioni mandetur & q dicta uia aptari debeat expensis Cõmunis tuderti.

¶ De viis ponticellis & formis plani portus. Rub. 68.

ITem statuimus q Potestas Ciuitatis tuderti teneatur proponere in consilio generali qualiter uię & formæ nouę de plano portus per homines adiacentes aptæ & saluæ manuteneantur. Et q inter rem Massoli iuuenalis & rem olim Mattioli Andreę in uia quæ est iuxta res canonicatus episcopatus tuderti fiat quidã ponticellus in eo uidelicet loco ubi consueuit esse antiquitus. Et q nullus ponticellus dictæ uiæ deuastetur sed taliter procuretur per adiacentes q aqua currens sub ipsis ponticellis fluat in tiberim, & dicti ponticelli fiant de lapidibus arena & calce. Et q quicquid in prædictis necessarium fuerit fiat expensis ipsorum adiacentium. Et q dictus Dominus Potestas exequi facere teneatur quicquid super prædictis per dictum consilium fuerit ordinatum.

¶ De certis cautelis obseruandis antequã fiat aliquod opus iuxta viam publicam uel uicinalem. Rub. 69.

ITem statuimus, q nullus possit fundare uel construere iuxta aliquam uiam publicam uel vicinalem sitam in Ciuitate uel comitatu tuderti aliquẽ murum uel aliquid noui nisi primo hoc denunciauerit & notificauerit Potestati Ciuitatis prædictę. Qui Potestas postquã talis denunciatio sibi facta fuerit statim teneatur & debeat mittere ad dictum locum unum ex iudicibus uel notariis suis. Et talis Iudex siue Notarius teneatur & debeat adhibere secum antequã tale opus fieri incipiatur quattuor de proximioribus uicinis ipsi loco & cum ipsis uidere & deliberare q ipsum opus taliter fiat q ex eo ius cõmunis tuderti seu aliorum in ipsa via ius habentium non ledatur uel minuatur. Contrafaciens uero puniatur in solidis centũ Cortonensibus, & nihilominus opus taliter factum funditus destruatur, & q dictus Potestas prædicta banniri faciat quolibet die fori in Ciuitate prędicta.

¶ De aptatione viæ subtus portam vallis & fontis pantani. Rub. 70.

ITem tenetur Potestas Ciuitatis tuderti proponere ad consilium generale cõmunis tuderti q uia noua quæ est subtus portam vallis qua itur ad tiberim & ad domum olim Martini Salomonis aptetur & reficiatur sic & taliter q per eam cõmode cum bestiis & sine bestiis iri possit. Et q si dicto consilio placuerit in dicta uia fiat unus fons expensis adiacentiũ prout de ipsorum processerit uoluntate in quem ducantur tam aqua fontis pantani quã etiam

aliæ aquæ quæ in eum cõmode duci poterunt. Et ꝙ uia quæ est iuxta dictum fontem pantani apretur & fiat taliter ꝙ ab ipso fonte recto tramite per eam cõmode possit iri vsq; ad planellum. Et si alicui personæ acciperetur pro aptatione ipsius viæ de terra ipsius reddatur sibi decens cambium de via veteri.

¶ De viis comitatus tuderti aptandis expensis adiacentium. Rub. 71.

ITem statuimus, ꝙ Potestas Ciuitatis tuderti & Iudex extraordinarius & quilibet eorum qui inde fuerit requisitus teneantur & debeant ad petitionem cuiuscũq; personæ facere aptari refici & reformari disgomborari ampliari & sileiari quãlibet viam sitam in comitatu tuderti expensis adiacentium ipsi uiæ. Et ꝙ per ipsos adiacentes eligi faciant duos superstites de quibus ipsi omnes uel maior pars eorum concordes fuerint quibus expensis dictorum adiacentium debeat de congruo salario prouideri. Qui superstites circa prędicta sollicitam & diligentem curam habeant quoties huiusmodi opportunitas occurrerit. Decernentes & declarantes in dictis casibus & aliis huiusmodi eos adiacentes esse intelligi debere qui tali uia uterentur seu qui haberent possessionem iuxta talem viam. Et si dicti Potestas & iudex prędicta fieri & obseruari non fecerint ut prædicitur penam decem librarum Cortonensium ipso facto pro quolibet eorum contrafaciente se nouerint incursuros.

¶ De viis Ciuitatis & comitatus tuderti terminandis. Rub. 72.

ITem statuimus, ꝙ Potestas Ciuitatis tuderti & iudex extraordinarius Cõmunis tuderti & quilibet eorum qui inde fuerit requisitus teneantur & debeant ad petitionem cuiuslibet facere terminari omnem viam publicam & uicinalem sitam in Ciuitate & comitatu tuderti quæ diceretur indigere aliqua terminatione, & si quid de ea super appræhensum inuenerint faciant restitui & ad pristinum statum reduci ad penam decem librarum Cortonensium pro quolibet eorum contrafaciente & qualibet uice.

¶ De purgatione uiarum. Rub. 73.

ITem statuimus, ꝙ quilibet habens aliquam domũ sitam iuxta aliquam uiam Ciuitatis tuderti teneatur habere tragolũ & cum ipso mundare & purgare ipsam viam contrafaciens uero in solidis quinq; Cortonensibus puniatur. Et ꝙ Potestas Ciuitatis tuderti teneatur omni die Dominico mittere aliquem de suis Notariis cum aliquibus de suis familiaribus ad perscrutandum & inquirendum de habentibus & tenentibus aliquod ingomboramentum siue turpitudinem aliquam ante domum suæ habitationis in aliqua dictarum viarum. Et quemlibet quem sibi talis Notarius referret fore culpabilẽ in prædictis uel aliquo prædictorum in solidos quinq; Cortonensi pro qualibet vice de facto condemnet & ad soluẽdum compellat. Item ꝙ nullus ludat ad quintanas seu proiiciat lapides ad voltam seu spintã in aliquam viam mactonatam sitam in ciuitate burgis & suburgis tuderti pena decem solidorum. Et ꝙ dictus Potestas prædicta teneatur facere banniri quolibet mense sui regiminis. Ita tamen ꝙ quilibet volens aliquod ędificium facere vel fieri facere possit habere & tenere in qualibet via ante locum in quo ædificium facere seu fieri facere intendit lapides, calcem, arenam, tigna & omnem aliam materiam ad ipsum ædificium opportunam donec ipsum ædificium fuerit consumatum, dũmodo in prędictis nulla fraus committatur. Itaq; quilibet teneatur mundari facere viam existentem ante domum suæ habitationis siue apothecam in qua aliquam artem negociationem, mercaturam, exerceret seu exerceri faceret sub pæna prędicta. Hoc intellecto ꝙ prædicta locum habeant in viis mactonatis & quarum mactonati destructi non essent.

¶ De

De omnibus viis comitatus tuderti aptandis & specialiter de iis qui tenen- tur aptare uiam qua itur Viterbium. Rub. 74.

ITem statuimus, q; homines castri acqualoreti & castri fulighani teneantur & debeant suis expensis aptare & aptam manutenere viam qua itur uersus Viterbiũ pro parte eis contingente secundũ terminationem de ipsa via factam per commune tuderti. Et q; officialis ad huiusmodi officiũ deputatus possit & debeat homines dictorum castrorũ & villarum cogere ad aptandũ & aptam manutenendum dictã uiam pro dicta parte, insuper volumus q; omnes cõmunitates castrorũ & villarum comitatus tuderti teneantur ad refectionem aptationem & conseruationem omniũ uiarum dicti comitatus uidelicet quelibet ipsarum cõitatum pro parte eis contingente de ipsis viis non obstante aliqua reformatione vel prouisione per cõmune tuderti in earum fauorẽ hactenus facta quam pro cassa & irrita esse volumus iure aliquo non obstante.

De viis existentibus circumcirca ciuitatem tuderti terminandis & disgomborandis. Rub. 75.

ITem statuimus, q; Potestas Ciuitatis Tuderti primo mense sui regiminis teneatur & debeat facere terminari & disgomborari omnes vias quibus itur circheirca dictam ciuitatem & ipsas uias teneri faciat disgomboratas aptas & expeditas. Et siquis cõtrafecerit ingomborando claudendo uel super apprehendẽdo puniatur in vigintiquinq; libras Cortonenses, si uero potestas negligens fuerit in prędictis in libras centũ Cortoñ. puniatur.

De disgomboratione certarum uiarum. Rub. 76.

ITem statuimus, q; ab angulo domus quæ fuit olim Leonardi Domine Candidæ, & ab angulo domus quæ fuit olim Thomassini usq; ad Ecclesiam Sancti Fortunati, nullus possit habere discum per quem uiam occupet siue ingomboret, & q; a cantone plateæ Communis Tuderti, usq; ad dictum angulum dictæ domus quondam dicti Leonardi quilibet possit habere discum firmum & fixum siue immissum in ipsa & super ipsa via latitudinis vniusmedii pedis ad plus ad mensuram pedis dicti communis & ultra dictum medium pedem habere possit aliam partem dischi adhęrentem & coniunctam ipsi discho latitudinis unius pedis ad plus ad dictam mensuram quę pendeat & inclinata teneatur totaliter versus terram saltem omnibus diebus festiuis. Aliis autem diebus stet & teneatur sicut placuerit illi cuius erit talis discus. Qui uero contrafecerit penam viginti solidorũ Cortonensium pro qualibet vice ipso facto incurrat saluo iure gabellæ dicti cõmunis. Et q; nulla persona audeat ponere discum siue aliter occupare impedire siue ingomborare aliquam viam vel plateam cõmunis tuderti uel habere super aliqua ipsarum viarũ aliquã camorcannam ita q; præstet uel inferat seu prestare uel inferre possit aliquod impedimentũ siue incõmodum uolentibus per ipsam uiam transire ęquitibus uel peditibus. Et qui contrafecerit in aliquo prædictorũ casuum soluat nomine pene decem solidos Cortonenses. Et nihilominus qui contra dictam formam fecerit suis sumptibus prorsus remouere & destruere teneatur, saluo capitulo pizzicarolorũ. Et nullus possit interficere in aliqua de dictis viis aliquod animal vel aliquam turpitudinẽ facere, & qui contrafecerit in quadraginta solidos Cortonenses puniatur. Et q; nulla persona proiiciat, vel proiici faciat in via cõbarbii Sancti Siluestri & camoceiæ aliquam turpitudinem, siue interiora alicuius bestiæ sub pena uiginti solidorum Cortonensium pro qualibet uice. Et q; quilibet possit contrafaciẽtem in dictis casibus uel aliquo eorum denunciare & accusare dicto Potestati seu iudici extraordinariorum dicti cõmunis, &

habeat medietatem banni quod ex eius denunciatione siue accusatione in cameram dicti cōmunis peruenerit. Et insuper dictus potestas qualibet hebdomada mittere teneatur unum de suis notariis cū aliquibus de suis familiaribus ad ꝯscrutandū & inquirendū de prædictis.

¶ De aptatione viæ qua itur ad fontem Termoli & ipsius fontis & de guazzatorio ibi faciendo. Rub. 77.

ITem statuimus, ꝙ via qua itur ad fontem Termoli aptetur ita ꝙ quilibet æques & pedes possit ire per eam & ꝙ ipse fons manuteneatur & conseruetur. Et iuxta ipsum fontem fiat guazzatorium & postquā factū fuerit manuteneatur & conseruetur ita ꝙ bestiæ in eo cōmode intrare & guazzari possint. Et nulla turpitudo a domo olim filiorum olim Iacobi domini Rainerii vsq; ad domū quondam Blaxii Camagnaioli sub muro proiici debeat. Et qui contrafecerit in decem solidos Cortonenses vice qualibet puniatur. Et ꝙ pro custodia dicti fontis deputentur per cōmune tuderti duo homines de proximioribus dicto fonti. Et teneatur Potestas Ciuitatis tuderti facere altiari & eleuari murū dicti fontis de lapidibus calce & arena ita ꝙ dictus murus sit altus tribus pedibus ad pedem cōmunis tuderti. Ac etiam teneatur compleri facere quendam murū cum lapidibus arena & calce qui est inceptus prope ipsum fontem iuxta domū quondā Io. Vgolini & facere explanari terram a muro dictæ Ciuitatis vsq; ad murū nouum factū prope ipsum fontem. Nec non teneatur facere fieri super dictū fontem quādam voltam sicut est supra fontem scarnabecchi. Præterea volumus ꝙ nulla persona lauet pannos siue pelles uel aliquam turpitudinē faciat in ipso fonte vel iuxta ipsum fontem sub pena quadraginta solidorū Cortonensi[um pro] qualibet vice. Et quilibet possit denunciare & accusare quemlibet contra facientem in [aliquo ex] his vel aliquo prædictorum & habeat medietatem banni quod ex eius denunciatione u[el a]ccusatione in cameram dicti cōmunis peruenerit, & eius nomen in credentia teneatur.

¶ De pena facientis foueam uel proiicientis turpitudinem in viis. Rub. 78.

ITem statuimus, ꝙ nulla persona possit uel debeat in viis stantibus iuxta muros dictæ Ciuitatis aliquam foueam facere seu proiicere in aliqua ipsarum uiarum terram sub pena quadraginta solidorum Cortonen. pro quolibet contrafaciente & qualibet vice.

¶ De formis faciendis iuxta uias per laboratores. Rub. 79.

ITem statuimus, ꝙ omnes laboratores terrarum tam propriarum quā conductarū existentium iuxta vias publicas sitas in comitatu tuderti teneantur & debeant fodere & facere formas sufficientes iuxta ipsas uias quantū per directū protenderentur ipsæ terræ quas colerent & ipsas formas mundare & vacuare prout & quoties expedierit, si quis uero eorum contrafecerit penam viginti solidorum Cortonensium ipso facto incurrat quæ ei quidem de facto auferri debeat per dominum Potestatem Ciuitatis tuderti siue per alium qui ad huiusmodi officium fuerit deputatus.

¶ De pena super appræhendentis viam publicam uel vicinalem sitam in ciuitate tuderti uel comitatu uel aliquam rem cōis tuderti. Rub. 80.

ITem statuimus, ꝙ si quis super appręhenderit uel occupauerit siue super appræhēsam uel occupatam tenuerit aliquam uiam publicam uel uicinalem sitam in ciuitate uel comitatu tuderti seu aliquā eius partem teneatur & debeat suis expensis infra octo dies a die bānimenti inde facti de quo infra proxime subiicitur eam disgomborare & disoccupare ipsamq; vacuam & expeditam dimittere & in statum pristinum reducere atq; restituere cum

affectu sub pœna dupli extimationis talis rei aliquo temporis lapsu non obstante. Et ꝙ Potestas ciuitatis tuderti teneatur de prædictis omnibus generalem inquisitionem facere quolibet mense sui regiminis & contra quoscunq; repertos culpabiles in prædictis uel aliquo prædictorum præ dicta exequi facere omnibus iuris remediis opportunis. Necnon ea omnia publice per dictam Ciuitatem quolibet dictorũ mensium in locis solitis bãniri facere ad duas tubas. Et si dictas potestas in prædictis uel aliquo prædictorum negligẽs fuerit penam librarum ducentarum Cortonensium ipso facto se nouerit incursurum. nõ obstat prescri[ptio]

Quod iudex extraordinariorum faciat claudi & murari formellos existentes iuxta vias. Rub. 81.

ITem statuimus, ꝙ iudex extraordinariorũ cõmunis tuderti teneatur facere claudi & murari expensis adiacentium ad petitionẽ cuiuslibet personæ uersus & iuxta uias oẽs & singulos formellos sitos in quascũq; domos & in quibuscũq; locis in ciuitate burgis siue subburgis tuderti ita ꝙ nulla imunditia fluẽs & cadẽs in tales formellos extrinsecus uideri possit per vicinos habitantes in domibus ibi propinquis siue per aliquem transeuntem per ipsas vias. Et super prædictis dictus Iudex procedat breuiter sũmariȩ & de plano sine strepitu & figura iuditii. Et prædicta omnia sine solutione alicuius salarii peragant & expediant.

De pena proiicientis turpitudinem in viis uel ante portas. Rub. 82.

ITem statuimus ꝙ nulla persona proiiciat uel proiici faciat aliquam terram siue fimum vel aliam re[m im]mundam siue putridam in via qua itur a porta vallis vsq; ad portam Termoli & [...] iuxta supra murum Sancti Angeli, contrafaciens uero in viginti solidos vice qualibet puniatur. Et ꝙ nulla persona proiiciat aliquam rem immundam in aliquam uiam sub dicta pena. Et ꝙ cuilibet liceat contrafacientem in aliquo dictorũ casuum denunciare & accusare & habere medietatem banni quod ex eius denunciatione siue accusatione in cameram Cõmunis tuderti peruenerit & eius nomen teneatur in secreto. Decernentes & declarantes ꝙ si qua persona de aliqua domo proiecerit aliquam rem immundã in aliquam & super aliquã viam eo casu caput familiæ talis domus teneatur ad dictam penam soluendam perinde ac si ipse rem talem suis manibus proiecisset.

Quod habentes denarios pro viis mactonandis teneantur eos in dictum laboritium conuertere infra certum tempus & de pena contrafacientis. Rub. 83.

ITem statuimus, ꝙ quilibet qui olim habuit seu in futurum habuerit aliquam pecuniæ quantitatem pro mactonibus siue pro viis mactonandis teneatur & debeat ipsam pecuniam conuertere in aptatione & mactonatura ipsarum viarũ videlicet ille qui olim habuisset infra sex menses a die publicationis præsentis statuti in antea numerandos. Et qui imposterum habuerit infra sex menses a die quo ipsos denarios dicta de causa receperit proxime subsequentes. Et qui cõtrafecerit ipsam pecuniam in duplum restituere teneatur & ad sic restituendum omnibus iuris remediis compellatur. Quȩ omnia Potestas Ciuitatis Tuderti iudex extraordinariorum Communis Tuderti & quilibet eorum qui de prædictis fuerit requisitus fieri & obseruari faciant absq; aliqua solutione salarii sub pena quinquaginta librarum Cortonensium pro quolibet eorum contrafaciente & qualibet vice.

De modo expendendi introitus montium. Rub. 84.

ITem statuimus, ꝙ omnes denarii redditum montiũ Cõmunis tuderti expendantur & conuertantur dũtaxat in emptionẽ laterum necessariorum pro mactonatura viarũ existentium in ciuitate & burgis tuderti. Adhoc ut dicti denarii non possint in alium vsum expendi siue conuerti colligantur & expendantur, ut supra dictũ est per aliquem bonũ virum eligendũ per officium dominorũ Priorũ Populi tuderti qui pro tempore fuerint pro eo tpe & cum eo salario & aliis de quibus & prout eisdẽ dñis Prioribus visum fuerit puenire.

¶ Quod per cõmune fiant quattuor portę. Rub. 85.

ITem statuimus, ꝙ per cõmune tuderti & ipsius expensis fieri debeant quattuor portę vna videlicet in strata qua itur ad pontem cutis iuxta rem munaldi phunni & rem monasterii maioris, Alia in strata Sancti Augustini iuxta viam per quã itur ad ecclesiam Sancti Geruasii. Alia in strata riui iuxta steccatum. Alia uero fiat in strata per quã itur ad põtem Sancti Alberti iuxta viam Sancti Stephani & Sancti Archangeli. Et fiant dictæ portę & quelibet ipsarũ in locis prædictis in eo videlicet loco in quo congruentius & cõmodius uisum fuerit superstitibus eligendis per consilium generale dicti cõmunis. Et ꝙ Potestas Ciuitatis tuderti qui pro tempore fuerit teneatur prædicta exequi facere de mense Aprilis & Maii proxime sequturi post publicationem præsentis statuti. Ac etiam in dicto consilio proponere primo mense sui regiminis quomodo & vnde habeatur pecunia per ipsum cõmune pro dictis portis fiendis, & si in prædictis uel aliquo prędictorum dictus Potestas negligens fuerit penam librarũ quinquaginta ipso facto incurrat.

¶ Quod porta Sanctæ Catharinę aperiatur & claudatur sicut aliæ portę Ciuitatis tuderti. Rub. 86.

ITem statuimus, ꝙ porta quæ est in burgo portæ fractę quæ uocatur porta Sanctæ Catharinæ debeat deinceps claudi & aperiri ac etiam custodiri expensis Cõmunis tuderti sicut aliæ portæ burgorum Ciuitatis tuderti.

¶ De aptatione supra muri grecoli. Rub. 87.

ITem statuimus, ꝙ Potestas Ciuitatis tuderti qui pro tempore fuerit teneatur & debeat expensis Cõis tuderti refici & reaptari facere supra murũ grecolũ situm in Ciuitate prędicta ab angulo domus domini Iacobi ranucoli & fratrum usqꝫ ad angulum domus hæredum Badioli traditi. Et super eo fieri faciat similiter expensis dicti cõmunis vnum pectorale decens & sufficiens constructum de lapidibus arena & calce. Et ꝙ ad dictum opus fieri faciendum eligant duo superstites prouidi & legales per officium dominorũ Priorum populi tudertini, quibus superstitibus camerarius cameræ cõmunis tuderti teneatur & debeat pro dicto opere faciendo dare & soluere pecuniam pro ipso opere opportunam de pecunia dicti cõmunis sine aliqua alia prouisione deliberatione vel appodissa propterea facienda non obstante aliquo capitulo quod in contrariũ loqueretur. Et si dictus Potestas siue camerarius in prædictis negligens fuerit penam librarũ quinquaginta ipso facto se nouerit incursurum.

¶ Quod cuilibet habenti domum super murum Cõmunis tuderti liceat super ipsum murũ murare & de cloacis & sciacquaialibus immittendis intra murũ & subtus terram. Rub. 88.

ITem statuimus, ꝙ si quis habuerit domum iuxta murũ cõmunis tuderti in extremitatibus Ciuitatis tuderti ꝙ ille cuius est ipsa domus licite & impune possit quatenus ipsa domus protendit super ipsum murũ murare seu murari facere prout de sua processerit voluntate.

uoluntate. Et ꝙ hĩtes cloacas siue sciacquaialis in ipsis muris teneant & debeant eas & ea in ipsis muris & subtus terram murare. Ita ꝙ ex eis nullũ nocumentũ siue incõmodũ aliqđ inferatur alicui uię. Contrafaciens uero puniatur in. xl. sol. corto. Et nihilominus prædicta facere teneat. Et ꝙ potestas dictæ Ciuitatis de contentis in præsenti capitulo semel singulis duobus mensibus sui regiminis sub pena lib. 50. corto. inquirere teneat. Quæ omnia dictus potestas & iudex extraordinarius dicti cõmunis & quilibet eorum qui inde fuerit requisitus fieri facere teneantur ad petitionem cuiuscũq; personę sub pena prædicta.

¶ Quod nullus proiiciat turpitudinem ante uel prope hospitale seu ecclesiam de castro tudino. Rub. 89.

ITem statuimus ꝙ ante hospitale S. Mariæ de castro tudino uel ante ecclesiã ipsius siue intra aliquã possessionẽ ipsius sitam iuxta uel circa ipm hospitale uel ipsam ecclesiã nullus proiiciat aliquã imunditiam siue rem turpẽ uel aliquid aliud indecens ex qua uel ex quo habitantibus in ipso hospitali uel ecclesia incõmodum aliquod inferretur uel resultaret sub pena lib. x. corto. pro quolibet cõtrafaciente & qualibet uice. Et nihilominus ipune liceat cuilibet in dicto hospitali siue in dicta ecclesia uel in dictis domibus habitanti quicquid incõtrariũ factum fuerit sua ꝓpria auctoritate remouere atq; deiicere ad beneplacitũ suũ. Et prędicta oĩa dictus potestas ciuitatis tuderti & iudex extraordinarius cõis tuderti & quilibet eorum qui inde fuerit requisitus fieri facere teneatur ad petitionẽ cuiuscunq; personæ & quemlibet contrafacientẽ in pena prædicta cõdemnare, & siquis eorum in prædictis negligẽs fuerit penam librarum. xxv. cortonen. ipso facto incurrat.

¶ Quod nullus proiiciat turpitudinem in platea S. Ioãnis. Rub. 90.

ITem statuimus ꝙ nullus proiiciat in platea quondã S. Ioan. & nunc cõis tuderti aliquam imunditiam siue turpitudinẽ. Et qui cõtrafecerit, puniatur in. xl. sol. cortoñ. Et potestas ciuitatis tuderti teneat de prædictis inquirere quolibet mense. Et ꝙ quilibet possit contrafacientẽ accusare & habeat medietatẽ banni quod ex eius denũciatione & accusatione in camerã dicti cõis peruenerit & eius nomẽ in credẽtia teneatur. Itẽ ꝙ per cõsilium gñale eligatur unus bonus & fidelis uir qui de ꝑdictis curã habeat atq; denunciare & referre dicto potestati teneatur seu iudici extraordinariorũ dicti cõis quẽlibet cõtrafacientẽ, & habeat & habere debeat medietatem bãni quod dicta de cã ex sua denunciatione uel accusatione in cameram dicti communis peruenerit.

¶ Quod nullum brutum animal decorietur uel sanguinetur in locis infrascriptis & de pena contrafacientium. Rub. 91

ITem statuimus ꝙ nullus equus mulus uel asinus decorietur in ciuitate burgis siue suburgis tuderti uel prope per mediũ miliare ad penã. x. lib. corto. pro quolibet cõtrafaciente & qualibet uice. Nullus quoq; aliqđ de dictis animalibus flebotomet siue sanguinet in aliqua uia publica uel uicinali sita in ciuitate burgis & suburgis tuderti ad penã prædictã. Et ꝙ quilibet cõtrafacientẽ in prædictis uel aliquo prædictorũ accusare & denunciare possit & teneatur eius nomẽ in credẽtia & habeat medietatem dictarũ penarum quæ ex sua denunciatione uel accusatione peruenerint in cameram cõmunis tuderti.

¶ De pena ducentis animal egrotum ad fontem. Rub. 92.

ITem statuimus ꝙ quicũq; haberet aliquod animal egrotum illud non ducat nec duci faciat ad fontem aliquẽ ciuitatis uel comitatus tuderti si suspicandum esset ne aliæ bestiæ ibi possent dicta de causa egrotare. Contrafaciens uero in uiginti solidos

cortonen. uice qualibet puniatur. Et ꝙ postquã tale animal sic mortuũ fuerit teneatur ille cuius est facere ipsum portari extra dictam ciuitatem a longe ad minus per medium miliare ad penam prædictam.

¶ De pena uendentium lapides contra infra scriptam formam. Rub. 93.

ITem statuimus ꝙ lapides de filo uendantur ad mensuram pedis cõmunis tuderti & nõ aliter, & ꝙ mensura cum qua mensurantur ipsi lapides sit sigillata sigillo dicti cõmunis. Et si quis contrafecerit penam .xl. sol. cortonen. ipso facto incurrat.

¶ De modo seruando per tegularios & mattonarios. Rub. 94.

ITem statuimus ꝙ tegularii & mattonarii ciuitatis & comitatus tuderti teneantur facere & coquere tegulas mattones & quadrellos secundũ formas sculptas in pariete palatii ueteris cõmunis tuderti iuxta portam ipsius palatii. Ita tñ ꝙ semper faciant & coquant totidem de mattonibus grossis quotidem de mezareñis, ita ꝙ ipsorũ quorũlibet habundanter copia habeatur. Contrafaciens uero in decem libras cortonen. uice qualibet puniatur. Et quilibet possit contrafacientẽ accusare & denunciare & habeat medietatẽ banni ꝙ ex eius denunciatione uel accusatione in camera dicti cõmunis peruenerit. Et potestas & capitaneus ciuitatis tuderti & quilibet eorum teneatur saltem bis tempore sui regiminis mittere unum de suis notariis adscrutandũ & perquirendũ de prędictis, & ad minus ter tempore sui regiminis inquirere de prædictis & culpabiles inuẽtos punire ut dictum est. Si uero dictus potestas siue capitaneus prædicta non obseruauerit uice qualibet quilibet eorum contrafaciens in uigintiquinꝙ libras cortonenses puniatur.

¶ De via super apprehendenda & mutanda per moniales monasterii Sancti Bartholomei. Rub. 95.

ITem statuimus ꝙ monialibus monasterii S. Bartholomei liceat pro extensione & ampliatione ipsius monasterii sua authoritate apprehendere illam partem, viæ per quam itur directo a porta sanctæ crucis de ualle ad ipsum monasterium & ad stratam publicã per quã itur directo a porta Sancti Leutii ad portam cupe quæ est iuxta dictum monasteriũ videlicet usꝙ ad dictam stratam publicam & in ipsa uia & super eam dictum monasterium extendere ampliare construere & ædificare sine alicuius contradictione. Dũmodo moniales prædicti monasterii restituant & reddant viam cõmuni tuderti æque bonam & utilem & quæ sit amplior uno pede ad minus ad pedem cõmunis tuderti quam uia prædicta dicta de causa apprehendenda sit per eas.

¶ De satisdatione præstanda per sindicos & certos nobiles comitatus & de pena non satisdantium. Et ꝙ baiuli non vadant per comitatum expensis eorum. Rub. 96.

ITem statuimus ꝙ omnia castra & villę comitatus tuderti habentia seu habentes sex lates vel ab inde supra teneantur & debeant facere sindicum sufficientem pro factis & negociis hominum uniuersitatis talis castri uel uillę quolibet anno. Et ꝙ potestas Ciuitatis tuderti faciat citari ad duas tubas ad pectorale scalarum palatiorum cõmunis tuderti & in platea ipsius cõmunis per publicum preconem dicti cõmunis singulis annis primo die Sabbati mensis Ianuarii omnes & singulos sindicos nobiles castrorum & villarum infrascriptorum plebatuum spectantium ad regionem cãmoccie, collis, & vallis vz.

Plebatus Sancti Angeli de plebē
Plebatus Sanctę Victurinæ
Plebatus Sancti Gemini de Masso
Plebatus Sancti Sauini
Plebatus Sancti Terentiani

Plebatus Sanctæ Marię de Rosceto
Plebatus Sancti Gregorii de Naia
Plebatus Sanctæ Crucis de Quatrellis
Plebatus Sanctæ Marię de ingallazzano

Et ꝙ Capitaneus dictæ ciuitatis simili modo faciat citari ad duas tubas per publicū preconē dicti cōis oēs & singulos sindicos & nobiles castrorū & villarū infrascriptarū plebatū spectātiū ad regionē S. Siluestri S. Praxedis & Nidoli & etiam a senatis infra videlicet.

Plebatus Sancti Laurentii de Gubiate
Plebatus Sanctæ Mariæ vallis mortelle
Plebatus Sanctæ Mariæ de petriolo
Plebatus Sancti Bartholomei de teuellaria
Plebatus Sancti Fidentii
Plebatus Sanctæ Mariæ in monte

Asenatis infra

Plebatus Sancti Faustini
Plebatus Sanctæ Mariæ duorū sanctorum
Plebatus Sanctæ Mariæ de Collazzone
Plebatus Sanctæ Marię de Vepribus

Et eisdē in dicto bānimento mandari per totū ipm mensem Ianuarii cōpareant ꝑsonalr corā ipsis dño potestate & capitaneo uel eoꝝ officialibus sm supradictā distinctionē. Et ꝙ ab ipsis cōparentibus & quolibet eoꝝ dicti potestas & capitaneus siue eoꝝ officiales recipiāt ꝓmissionē idoneā & cautionē vsq in quātitatē. 500. lib. cort. ꝓ qualibet vniuersitate cuiuslibet ipsoꝝ castroꝝ. Et pro qualibet uniuersitate cuiuslibet ipsarū villarū usq in quātitatem. 200. lib. Et ꝓ quolibet nobili usq in quātitatē centū lib. corto. Et de maiori & minori quātitate ad ipsoꝝ arbitriū inspecta possibilitate talis castri uel uillæ & dictoꝝ singularū nobiliū vel de nō receptādo uel stare ꝑmittendo in ipsis castris uel villis aliquē exbānitū uel ꝯdēnatū cōis tuderti pro maleficio, & de faciēdo obseruādo & adimplēdo oīa & singula alia quę & prout facere & obseruare & adimplere teneant̄ ex forma alicuius capituli, statutoꝝ, ordinamēti vel reformationis dicti cōis. Et ꝙ eis & cuilibet ipsorū ꝓcipiāt ꝙ ita obseruent & adimpleāt. Et ꝙ tunc tpis ēt inquirant & inuestigent, ab eisdē de bonis exbānitoꝝ dicti cōis ꝓ maleficio, & gñaliter de oībus aliis de quibus & ꝓut teneant̄ per formā dictoꝝ statutorū uel ordinamentoꝝ. Q ꝙ ꝙ alio modo citari uel alias grauari nō possint dictis de causis siue occasiōibus. Ita tñ ꝙ si nō uenerint infra terminū supradictū tūc possint & debeant ꝑ publicū baiulē dicti cōis & aliter ēt grauari si & taliter ꝙ cino ꝯpareant ꝓut ipsis rectoribus siue ipsoꝝ officialibus uisum fuerit expedire. Et ēt in dicto casu accipiant de facto. x. sol. cort. a quolibet dictorū sindicorū inobedientiū & a quolibet dictorū nobiliū inobedientium. v. sol. quos ad manus camerarii cameræ dicti cōis effectualr faciant deuenire. Et ꝙ ipsi nobiles possint ad ꝓdicta facienda cōparere tam ꝑ se quā per legittimū ꝓcuratorē & ꝙ sufficiat ꝓmissio & satisdatio unius ex eis pro tota familia, & ꝙ talis promissio & satisdatio prestita alicui de dictis rectoribus siue officialibus (ut prædicit̄) sufficiat & sufficiens esse intelligat̄ pro ꝗbuscūꝙ cautionibus & satisdationibus quas ꝓstare tenerent̄ ꝗbuscūꝙ de causis siue quibuscūꝙ aliis officialibus dicti cōis. Et tales eoꝝ fideiussores possint ꝑ quēlibet officialē dicti cōis cogi oibus iuris remediis opportunis ēt si corā tali officiali dicta ꝓmissio atꝙ satisdatio ꝓstita nō fuisset ad obseruādū & adiplendū oīa & singula ad que & ꝓut dicti sindici & nobiles ꝓ ꝗbus fideiusserint teneant̄ ꝑinde ac si corā tali officiali & ad ipsius iterrogationē atꝙ per eū talis promissio & satisdatio facta & recepta fuisset. Et possint & debeat ꝗlibet taliū rectoꝝ & corū officialiū in dictis casibus & quolibet eoꝝ recipere in fideiussorē nobilē pro nobili ēt si de sua familia fuerit si ciuem talis nobilis in fideiussorem dare nō posset siue nollet. Præterea uolumus ꝙ quotiescūꝙ expediens fuerit ꝙ aliquis officialis dicti cōis pro aliquo facto ad suū offiū ꝑtinēte

uoluerit ꝙ aliquis sindicus alicuius castri uel uillę dicti comitatus cōpareat corā eo requiri faciat tales eius fideiussores ciues tuderti & in ipsa ciuitate habitātes & eis iniungat ꝙ infra certū terminum per ipm officialē statuendum corā eo talē sindicum faciat cōparere ad hoc ut ꝓ ipsis sindicis baiulus nō mittatur. Cæterū si aliquis officialis cōtra dictam formā aliquē baiulum pro ipsis sindicis uel aliquo eorū miserit talis baiulus nullū propterea salarium habere debeat a tali sindico. Et si quod acceperit eidem sindico illud restituat duplicatū. Et nihilominus talis baiulus uice qualibet dicto cōi in. xl. sol. corto. cōdēnetur. Ita tñ ꝙ hæc locum non habeant eo casu quo contra talē sindicum procederetur occasione alicuius maleficii uel excessus per uiam accusationis denunciationis uel inquisitionis. Verū si qua uilla uel castrū dicti comitatus haberent minorē numeꝝ sex laribus eo casu uice & loco talis promissiōis & cautionis sufficiat iuramentum vnius hominis talis castri uel uillæ quē alii sui conuicini mittere uoluerint coram aliquo de dictis rectoribus siue corā eorum officialibus sine formatiōe alicuius sindicatus. Et si qua cōmunitas esset negligens in prædictis dicti potestas & capitaneus prędicta nihilominus fieri & obseruari facere teneatur. Declarantes ꝙ quæ supra in hoc capitulo dicta sunt de dicta satisdatione a dictis nobilibus prestanda locū nō habeant in illis nobilibus qui nominatim scripti sunt in pñti uolumine statutorū pro magnatibus & potentibus seu ꝙ per formam alicuius alterius specialis capituli uel ordinamēti dicti cōis satisdare tenerent.

¶ De modo seruando per deferentes ligna ad uendendū. Rub. 97.

ITem statuimus ꝙ quicūqꝫ deferens ligna ad ciuitatē Tuderti cā uendendi teneatur & debeat ipsa ligna seu steccus lignaꝝ deferre quæ sint ad minus longitudinis vnius pedis cū dimidio ad pedē cōis tuderti, & quelibet salma sit ad minus de tribus fascis sine tastellis ligatis separatim quorū unus deferatur sup sella seu basto bestiæ ipsa ligna deferentis per trauersum. Cōtrafaciens uero in quolibet dictoꝝ casuū puniatur de facto in. v. sol. pro qualibet salma & qualibet vice. Et potestas & capitaneus ciuitatis tuderti ea omnia faciant integraliter obseruari. Et ꝙ cuilibet liceat contrafacientes accusare & denunciare & habeat medietatem bāni quod peruenerit in camerā dicti cōis ex sua denuncia uel accusa, & stetur iuramento talis denunciatoris siue accusatoris cū uno teste de uisu. Hoc intellecto ꝙ prędicta locum non habeant incipitellis cippis fraschis palis & sarmentis & intachis lignorum.

¶ De certis mensuris habendis per cōmunem tuderti. Rub. 98.

ITem statuimus ꝙ per cōmune tuderti habeantur infrascripta vasa quę sint iustæ mensure uidelicet quartingus medius quartingus & quarta deferro, Item petittus terzarola & foglietta de ramine & medius petittus.

¶ De pena vendentium & mēsurantium cum mensuris non iustis vel contra infrascriptam formam. Rub. 99.

ITem statuimus ꝙ omnes uendentes granum bladum legumē uel aliquid aliud ad quartingum medium quartingum quartam uel aliam mensuram pannum lanę lini uel aliquid aliud ad bracchium uel ad aliam mensuram, siue oleum uinum & his similia ad salmam mezinum petittum mediū petittum terzarolam fogliettam uel aliam mensuram. Siue carnes aromata uel aliquid aliud quod venderetur ad pondus debeant ipsas res & hiis similia uendere cum iustis mensuris & ponderibus cōis tuderti & sigillatis sigillo dicti cōmunis. Et qui contrafecerit puniatur pro qualibet uice in quinqꝫ solidos Cortonen. qui eidem de facto auferri debeant. Et nihilominus talis mensura siue tale pondus contra dictam formam inuenta frangantur & destruantur ita ꝙ de cætero non possit cum eis ponderari uel mēsurari.

Et ꝙ

Et ꝙ nullus in ciuitate uel comitatu tuderti debeat uendere emere vel alio modo alienare seu mensura terrarum uti nisi ad quartingũ qui est centum perticarũ ad perticam & mensuram dicti cõmunis & secundũ morem & consuetudinẽ ciuitatis tuderti. Et si quis uteretur mensura modioli stadii coppe mine uel alia mensura quã dicta mensura dicti cõis in solidos centum cortonen. vice qualibet puniatur. Et ꝙ sindici castrorum & uillarum comitatus tuderti contrafacientes teneantur denunciare prout tenentur denunciare alia maleficia. Ita ꝙ oẽs & singuli vẽdentes calcem debeant habere & tenere quartingos sigillatos sigillo dicti cõis, amplos intrinsecus ex superiori & inferiori parte uno pede, ad pedem dicti cõmunis ad minus & cũ ipsis mensurare & vendere dictam calcem ad culmum & nõ cum alio quartingo uel mensura seu aliter. Et qui contrafecerit in retinendo vel vendendo soluat nomine pene pro quolibet & qualibet vice centum solidos cortonen. Et ꝙ in quolibet dictorũ casuum cuilibet personæ sit licitum accusare & denunciare contrafacientes & credatur accusatori uel denunciatori cũ vno teste & habeat medietatem banni quod ex eius denunciatione uel accusatione in cameram dicti cõmunis peruenerit.

De pena piscantis seu linum uel canepam macerantis siue nauicellam mittentis in Lacu cõmunis Tuderti sito in plebatu Sancti Faustini uel inde aquam deuiantis. Rubrica. 100.

Item statuimus ꝙ nulla persona audeat uel præsumat piscari vel piscari facere seu aliquomodo uel ingenio pisces aliquos capere vel capi facere in Lacu cõmunis tuderti sito in plebatu Sancti Faustini comitatus tuderti sine expressa licẽtia dominorũ Priorum populi tuderti qui pro tpe fuerint. Nullus etiam audeat vel præsumat mittere seu mitti facere in dictum lacum ad macerandũ linum vel canepam aliquo tpe, si quis uero contrafecerit in aliquo prędictorũ casuum puniatur vice qualibet in. xxv. lib. cortonen. Et nihilominus liceat cuilibet ipsum linum & canepam quod inuenerit in dicto loco impune accipere & inde asportare & in suam vtilitatem conuertere. Item nulla persona quoquomodo attẽtet per se uel alium trahere siue duci facere ad alium locum aquã de Lacu prędicto sine expressa licẽtia dictoꝝ dñorũ Priorũ. Et qui cõtrafecerit puniatur in. 50. lib. corto. pro qualibet uice. Et ꝙ nullus possit uel debeat in dicto lacu mittere uel tenere aliquo quesito colore aliquã nauicellam uel sannolum sine expressa licentia dictoꝝ dñorum Priorũ sub pena quinquaginta libra. corto. pro quolibet cõtrafaciente & qualibet uice. Nullus quoq aliquã offensionem vel iniuriam faciat uel inferat seu fieri uel inferri faciat uerbis uel facto contra aliquẽ qui piscatur uel piscari uellet in Lacu prædicto de mandato dictorũ Priorũ. Et qui contrafecerit puniatur in duplo pene quæ alias generaliter per formam statutoꝝ cõis prædicti imponeret de simili offensione siue iniuria. Teneantur super dicti dñi Priores singulis sex mensibus eligere ad minus duos custodes secretos quos uiderint expedire qui teneant & debeant vinculo iuramenti & ad penam. xxv. librarũ corto. pro quolibet eorum denunciare oẽs & singulos qui cõtrafecerint in prædictis uel aliquo pdictoꝝ. Et nihilominus liceat cuilibet alii denũciare & accusare contrafacientes in prædictis uel aliquo pdictoꝝ. Et ꝙ qlibet de dictis custodibus & alius quilibet habeat quartã partẽ totius pene quæ ex eius denũciatione uel accusa peruenerit in cameram dicti cõis. Teneantur ẽt potestas & capitaneus ciuitatis tuderti & quilibet eorũ pdicta oĩa exequi & obseruari facere & mittere saltẽ quolibet mense vnum ex suis militibus ad dictũ locum & loca circunstantia & uicina ipsi Lacui ad inquirendum & inuestigandũ de contrafacientibus in prædictis uel aliquo prædictorũ & quẽlibet quẽ inuenerit in prædictis culpabilẽ in penis pdictis puniat & cõdẽnet. Itẽ ꝙ singulis annis qñ vendunt gabellæ dicti cõis bãniat ꝙ quicũq vult ad cottimũ dictũ Lacũ debeat offerre p quãto precio uelit ipm ad cottimũ

& plus offerenti locetur cum pactis & conditionibus & eo modo & forma sicut videbit ipsis dominis Prioribus tunc in ipso prioratus officio residentibus.

¶ De pena retinentis linum uel canepam non incigliatam. Rub. 101.

ITem statuimus ꝙ nulla persona retineat canepam seu linum non incigliatum in ciuitate burgis uel suburgis tuderti, contra faciens in .xl. solid. cortonen. uice qualibet puniatur. Et ꝙ Potestas teneatur prædicta facere bãniri saltem semel tempore sui regiminis. Et si quis post dictum bannimentum inuentus fuerit retinere contra dictam formam tale linum vel canepam in centum solidos cortonenses puniatur.

¶ De pena pizzicarolorum ementium die Sabbati ante nonam. Rub. 102.

ITem statuimus ꝙ nullus pizzicarolus uel treccholus emat uel emi faciat aliquo die Sabbati in ciuitate tuderti uel prope ipsam ciuitatem per tria miliaria uel infra ante horã nonæ pullos caseum oua uel aliquod genus auium. Et qui contrafecerit in .xl. solidos cortonenses vice qualibet puniatur, quilibet possit talem cõtrafacientẽ accusare & denunciare & credatur suo iuramento cũ uno teste & habeat medietatẽ banni quod ex eius denunciatione vel accusatione in camerã cõmunis tuderti peruenerit. Et ꝙ Potestas & Capitaneus ciuitatis prędictæ quolibet dictorũ dierũ de prędictis inquirere teneatur, & quolibet ipsorũ dierũ mittere unum ex suis notariis cũ aliquibus de suis familiaribus ad perscrutãdũ de prædictis. Et ꝙ in prędictis contra hmõi personas stetur relationi talis notarii & duorũ de ipsis familiaribus & ipsa relatio pro ꝓbatione legitima in dictis casibus habeatur.

¶ De prohibitis pelliparii & de immunditia non facienda in platea & locis aliis. Rub. 103.

ITem statuimus ꝙ nullus pelliparius possit aliquã bulzã pelliũ facere uel fieri facere in aliqua apotheca uel loco iuxta plateã maiorẽ cõis tuderti siue iuxta plateã quę est ẽt dicti cõis quæ vocatur platea S. Ioãnis nec in aliqua de ipsis plateis uel super scalis palatiorũ dicti cõis seu epatus tuderti extendere vel extendi facere siue extensas tenere aliquas pelles extractas de bulza ad scincenzandũ scurlandũ, nec scotere siue battere uel ungere aliquas pelles extractas de balza in aliquo de dictis locis cũ assugnis. Et siquis cõtrafecerit in aliquo dictorũ casuum in sol. xl. uice qualibet puniatur. Et ꝙ potestas & capitaneus dictæ ciuitatis & quilibet eorum, prædicta omnia obseruari facere teneantur.

¶ In qua parte plateæ vendant olera & de pena cõtrafacientiũ. Rub. 104.

ITem statuimus ꝙ quilibet pizzicarolus tricolus uolens uendere minutatim olera siue poma in platea cõis tuderti debeat stare ad uẽdendũ in ea parte ipsius plateæ de qua & ꝓut puiderit & deliberauerit miles socius potestatis ciuitatis tuderti cũ duobus de cõsulibus mercatorũ pannorũ nouorum de lana de ciuitate prædicta. Ita tñ ꝙ nullus stet ad uendendũ prædicta iuxta cisternas ipsius plateæ, contrafaciens uero in quinq; solidos Cortonenses vice qualibet puniatur. Et ꝙ prędicti pizzicaroli siue treccoli mundent & purgent ipsam plateam quolibet die Sabbati maxime a kalendis Maii vsq; ad kalendas Octobris post vesperas ad penam uiginti solidorũ cortonensium pro qualibet uice.

¶ De pena treccolarum filantium in platea. Rub. 105.

ITem statuimus ꝙ nulla mulier stet ad filandum in platea cõis tuderti uel rocchã teneat ad cinturam nec aliquid simile ministerium exerceat uel operetur iuxta olera siue poma uel,

tem aliam quam aduertendã teneret. Nec etiã sibi secum teneat aliquem puerũ uel puellam infantem ad hoc ut ibi nullam immunditiam uel turpitudinẽ faciat. Cõtrafaciẽs uero in .v. sol. corto. uice qualibet puniatur. Et ꝙ quelibet pãnicocula vendens panẽ ad minutũ debeat apud se habere cõtinue unũ baculũ quẽ exhibere debeat cuilibet volenti emere de ipso pane & cũ eo tangat ipsum panem quẽ emere uoluerit. Contrafaciens uero in .v. sol. cortonen. uice qualibet puniatur. Et ꝙ quilibet possit talem contrafacientẽ accusare & denũciare & habeat medietatem banni quod ex sua denunciatiõe uel accusatione in camerã dicti cõis peruenerit.

De modo uendendi panem & seruando per pãnicolas. Rub. 106.

Item statuimus ꝙ uendentes seu tenentes ad uẽdendũ panẽ in ciuitate burgis uel suburgis tuderti teneantur & debeant panẽ uendere sub infrascripta forma uidelicet ꝙ qñ quartingus grani cõiter uenderetur in ciuitate tuderti .xv. sol. uel ab inde supra usq; in quantitatẽ .xx. sol. panem uendentes & facientes causa uendendi teneantur & debeant facere & uendere panẽ cuius quilibet sit ponderis decem unciarũ ad minus pro duobus denariis cortonen. Et panem quattuor denarios qui sit .xx. vnciarum ad minus. Et qñ quartingus granĩ cõiter in dicta ciuitate uenderetur a .xx. sol. supra usq; ad .xxv. teneantur & debeant prædictę personæ facere & uendere panẽ quorũ quilibet sit octo unciaꝝ ad minus per duos den. corto. & panẽ quattuor den. qui sit sex unciarũ ad minus & qñ quartingus grani in dicta ciuitate cõiter uẽderetur a .xxv. solidis supra usq; in quantitatẽ .xxx. sol. tunc teneãtur & debeant prędictæ personæ facere & uendere panem qui sit septem unciarũ ad minus pro duobus denariis cortonen. & panem quattuor denarioꝝ qui sit .xiiii. unciaꝝ ad minus. Et qñ quartingus grani cõmuniter uenderetur in dicta ciuitate, a triginta solidis supra usq; in quantitatẽ triginta quinq; solidorũ tunc teneantur & debeant prædictæ personæ facere & uendere panẽ qui sit sex unciarũ ad minus pro duobus denariis cortonen. Et panem quattuor denario. qui sit unciarum duodecim ad minus. Et si quartingus uenderetur cõmuniter in dicta ciuitate a .xxxv. solid. supra teneantur & debeant dictæ personæ facere & uendere panem eius ponderis sicut caperet pro rata precii quo plus uenderetur ultra trigintaquinq; solidos cortonen. ad rationem prædictam. Et ꝙ facere debeant tales personę panem bene coctum & fermentatũ & bene stationatum & gubernatũ. Et ipsum uendere & tradere cuilibet uolenti pro precio supra scripto secundũ distinctionem prædictam & ad sic faciendum & uendendum cogi possint & debeant per notarios & officiales dictoꝝ potestatis & capitanei ciuitatis prædictæ, contrafacientes aũt in prædictis uel aliquo prædictoꝝ ipso facto perdant & ꝑdere debeat ipm panẽ.

Quod cuilibet liceat in die sabbati habere discum in platea. Rubrica. 107.

Item statuimus ꝙ quilibet possit licite & impune habere & tenere discum & alia necessaria in platea cõmunis Tuderti in die Sabbati tantum. Exceptis uenditoribus pomorum olerum & piscium qui possint habere discos omni die in dicta platea pro uendendo ipsa olera poma & pisces. Contrafaciens uero in solidis quinq; Cortonenses uice qualibet puniatur. Et quilibet qui habet apothecam circa dictam plateam possit ante & iuxta ipsam apothecam habere discum amplum tribus pedibus ad pedem cõmunis tuderti. Et qui ultra dictam mensuram habuerit uel retinuerit in decem solidos Cortonenses uice qualibet puniatur. Et nihilominus talem discum ad dictam mensuram reducere teneatur.

¶ De molendinariis & carriatoribus. Rub. 108

ITem statuimus q Potestas Ciuitatis tuderti teneatur facere iurare & promittere oẽs molendinarios & eorũ famulos & carriatores de obseruãdo & adimplendo oia & singula infrascripta videlicet, q nõ accipient pro multura grani vel bladi qñ ipsi illud ad molendinum deferrent cum eorũ bestiis & deinde similiter cum eo℞ bestiis farinam referrẽt dñis talis grani uel bladi ultra quã .xxiiii. partẽ grani uel bladi. Et qñ aliquis illud cũ sua bestia ad ipsum molendinũ portasset & deinde ẽt cum sua bestia inde farinam reportaret vltra trigesimã partem talis grani uel bladi aut duos solid. pro qualibet corba si fuerit vna corba vel si minus fuerit prout contigerit ad rõnẽ prædictã ad electionẽ eius cuius esset tale granum vel bladũ. Cæterum si aliquis molendinarius uel eius familiaris siue carriator vltra dictã summã acceperit aut nõ restituerit farinam in ea mẽsura siue bonitate sicut debuisset possit ille cuius tale granũ uel bladum fuisset sua auctoritate accipere asinum uel mulum talis molendinarii siue carriatoris & ipsum tam diu apud se retinere donec eidẽ de tali suo dãno integraliter fuerit satisfactum. Et nihilominus si inde querela exposita fuerit per illum cuius interfit talis cõtrafaciens in sol. xx. cortonẽ. cõi tuderti & ad integram talis dãni emendationẽ tale dãnũ passo per potestatẽ dictæ ciuitatis debeat condẽnari. Decernentes & declarantes q ad fidẽ faciendam de tali dãno in quolibet dictorũ casuum sufficiat iuramentũ ipsius dãnum passi uel alicuius de sua familia ætatis. xx. ann. ad minus q hoc casu pro probatione legitima habeat, nisi ipsi domino potestati ex aliqua probabili rõne contrariũ uideretur, teneantur ẽt iurare & promittere coram dicto dño granum ipsum uel bladũ postquã ipsum receperint & carriauerint non deponere siue scarcare nisi apud molendinũ & cum farinã reducerent non deponere nec scarcare eam nisi apud domum illius cuius esset. Insuper nullus molendinarius uel eius famulus siue carriator qui cõsuetus sit deferre granũ uel bladum ad molendinũ deneget vel recusset alicui suũ granum uel bladum molere vel macinare sub pena prędicta. De quo ẽt si de hoc querela exposita fuerit corã dicto dño potestate stare volumus iuramento ipsius cõquerentis. Dũmodo eidem dño potestati contrariũ uisum nõ fuerit vt supra proxime cõtinetur. Praeterea volumus q dicti molendinarii seu eo℞ famuli uel alii qui soliti sunt hmõi ministeriũ exercere nõ possint habere aliquem consulẽ siue sindicum uel procuratorẽ. Et siquis tale officium acceptauerit in lib. x. corto. puniat͂, teneatur quoq dictus dñs potestas saltem semel tempore sui regiminis proponere in consilio generali de pena bladi faciẽda & bñda per ipsum cõe.

¶ Quod molendinarii habeant coppitellos cũ quibus accipiant multuram & de pena contrafacientium. Rub. 109

ITem statuimus q in quolibet molẽdino comitatus tuderti coppitelli ferrei debeant haberi & teneri palam ligati cum catena de ferro & sigillari sigillo plũbeo & pendenti cõis tuderti. Qui coppitellus sit capacitatis vigesimę quartæ partis unius quartinghi rasati & non vltra & sit & esse debeat eius formæ & amplitudinis sicut est coppitellus ferreus qui est apud camerarium dicti cõis, & q molendinarii multuram ad aliam mensuram non accipiant nec accipi faciant seu permittant. Cõtrafaciens uero in centũ sol. corto. vice qualibet puniatur, & q quilibet possit quẽlibet cõtrafacientem accusare & denunciare & habeat medietatẽ bãni quod eius accusatione & denunciatione in cameram dicti cõis peruenerit, & q͂ notarii & berruarii dñorum Potestatis & capitanei ciuitatis possint & debeat perscrutari & rimari pro prædictis & habeant de inuentis per eos cõtra dictam formam quartam partẽ banni q ex eorũ inuentione & relatione in cameram dicti cõis peruenerit, & in hoc casu relatio unius de dictis notariis cũ duobus de dictis berruariis pro plena & legitima pbatione habeat, & q dicti molendinarii usq quo habuerint tales coppitellos mensurę & formæ prædictæ ac ẽt

secundam dictam formam sigillatos & ligatos cogi non possint uel debeant eos alterius facere sigillari nec dicta de causa quoquomodo grauari.

De pena vendentium uinum adminutum contra infrascriptam formam. Rubri. 110.

Item statuimus q̄ quicunq̄ in ciuitate uel comitatu tuderti uoluerit uendere uinū adminutum libere possit illud uēdere. Dū modo habeat & habere debeat in eo loco in quo tale uinū uenderet infrascriptas mensuras, v3 petittum, medium, petittum, fogliettā, terzarolam mediā fogliettam, & aliquod vas quod sit capax unius nūmatæ siue derratæ ipsius uini, quod uenderet habito respectu ad precium quo ipsum vinū uenderet. Quæ mensuræ sint & esse debeant sigillatæ sigillo solito cōis tuderti ad hmōi deputato, & aliter uendi non possit. Et q̄ nulla persona uendat uinū aliquod cuiuscūq̄ gn̄is ultra precium ordinatū & taxatum per dictum cōe. Teneatur quoq̄ potestas dictæ ciuitatis quolibet mense sui regiminis proponere in consilio gn̄ali dicti cōis pro quanto precio ad plus uendi possit petittus uini in dictis ciuitate uel comitatu. Ac ēt teneatur facere mensurari oēs mensuras uendentiū uinum adminutum & illas quæ inuentę fuerint esse iustæ facere sigillari sigillo plūbeo dicti cōis ad hmōi deputato. Et q̄ per uendentem uinū continue teneatur apposita ex parte anteriori vegetis ipsius uini patenter appodissa in qua scriptum sit preciū petitti ipsius uini. Necnon teneatur dictus dn̄s potestas qualibet die sui regiminis mittere aliquē de suis notariis cum aliquibus de suis familiaribus ad perscrutandū & perquirendū de prædictis & repertos culpabiles debitis penis punire. Et si aliquis cōtra prædicta uel aliquod prædictorū faciens nō esset suppositus iurisdictioni dicti cōis puniatur in dicta pena ille cuius est domus in qua talis nō suppositus ipsum uinū uenderet. Et quilibet uendens uinū possit ēt alia vasa magna tenere pro aqua sine aliqua pena. Dūmodo nō uendat cum eis. Volumus in super q̄ quilibet uinū uendens tradere debeat mensuram plenā. Cōtrafaciens uero in aliquo dictorum casuum in sol. xx. cortonē. vice qualibet puniatur. Præterea nullus uēditor uini possit recipere ab aliquo aliquod aquatum, contrafaciens uero in lib. x. cortonen. uice qualibet puniatur.

De Fornariis. Rub. 111.

Item statuimus q̄ potestas ciuitatis tuderti teneatur primo mēse sui regiminis recipe pmissiones & cautiones idoneas ab oibus & singulis fornariis ciuitatis burgorum & suburgorū tuderti de pane bene coquendo & de nō accipiēdo pro eius cocitura ultra. iiii. sol. & vi. denarios pro qualibet corba. Et si quis panis perderet siue perditus diceretur, teneatur quilibet fornarius dictæ ciuitatis uel comitatus apud cuius furnū perditus fuisset siue perditus diceretur ipsum integraliter emēdare, de quo stari debeat iuramēto talis dn̄i panis uel alicuius de sua familia maioris. xv. ann. Preterea nullus fornarius calefaciat furnū cum ossibus siue ciancis oliuarum sub pena. x. sol. pro qualibet vice, liceat quoq̄ cuilibet ad sui uoluntatē calefacere furnū alienum cum suis lignis & eo casu fornarius nō possit sibi accipere nisi unū panē pro furno suo pro qualibet fornata. Teneatur ēt quilibet fornarius ad cuiuslibet requisitionē eius panē coquere. Contrafaciens vero in sol. xx. corton. uice qualibet puniatur de quo stetur iuramento cuiuslibet coquentis. Ita q̄ nullus fornarius uendat aliquē panem ultra duos denarios ad penam. v. sol. pro quolibet pane. Et quilibet possit de prædictis fornarios contrafaciētes denunciare & accusare & habeat medietatem bāni & ex eius denūciatione uel accusatione in camerā cōis tuderti peruenerit. Insuper teneantur dn̄i Priores populi tuderti eligere duos homines pro qualibet regione qui denūcient fornarios cōtrafacientes in prædictis uel aliquo prædictorum. Si uero is cuius fuerit panis noluerit dare fornario panē pro cocitura det unū panē

pro singulis triginta panibus. Et si aliquis fornarius ultra peteret uel reciperet in viginti soli dos Cortonẽses vice qualibet puniatur. Itẽ teneantur iurare oẽs fornarii & oẽs de eorũ fami lia a quatuordecim annis supra obseruare oĩa & singula suprascripta. Itẽ nõ cogat̃ aliquis for narius de comitatu tuderti ad soluendũ aliquid pro lumine in festo sancti fortunati per consu les fornariorũ nisi esset talis fornarius qui cõmunẽ furnũ calefaceret pro pane coquendo ad preciũ. Et ꝙ nullus fornarius de comitatu tuderti tenens furnũ & panẽ coquẽs per se uel aliũ in ciuitate tuderti siue in eius burgis uel suburgis possit grauari seu molestari ab aliqua uniuer sitate seu sindico vel massario alicuius castri uel uillæ comitatus tuderti ad conferendũ siue cõ tribuendum cum eis in expensis factis vel quæ fierent in futurũ per eos vel aliquẽ eorũ occa sione aliquorũ famuloꝝ per eos trasmissorũ seu trãsmittẽdoꝝ ad aliquẽ exercitũ seu ad aliũ locum mandato dicti cõis. Nec ẽt ad aliqua onera ꝑsonalia subeunda in aliquo castro uel uil la dicti comitatus ẽt si in aliquo dictoꝝ castroꝝ uel uillarũ ipsi siue eorũ antecessores scripti essent inter lares ipsius castri uel uille. Decernentes ꝙ ipsi fornarii donec ipsum ministeriũ ꝑ se vel aliũ exercuerint uel administrauerint in ciuitatẽ burgis vel suburgis tuderti in ipsa ciui tate cum ciuibus ipsius ciuitatis dũtaxat personalia onera subire teneant̃, nõ obstantibus ali quibus capitulis staturorũ uel ordinamentoꝝ dicti cõis quæ incontrariũ loquerent̃.

¶ De pena coquendi crescias. Rub. 112.

ITem statuimus ꝙ nullus fornarius coquat aliquam cresciam, xv. diebus ante festũ oĩum Sanctorũ, &. xv. diebus post dictum festũ ad penam. xx. sol. pro qualibet vice. Et quili bet possit quẽlibet contrafacientẽ accusare & denunciare & habeat medietatẽ bãni qđ ex eius denunciatione uel accusatione in cameram cõis tuderti peruenerit.

¶ De Macellariis. Rub. 113.

ITem statuimus ꝙ nullus vendat uel uendi faciat carnes morticinas intra portas burgo rum ciuitatis tuderti. Nec intra ipsas portas deferat uel deferri faciat aliqđ animal mor tuum. Et qui cõtrafecerit in centũ sol. corto. puniat̃. Possint tñ impune uendi & defer ri tales carnes extra portas ipsorũ burgoꝝ. Itẽ nullus macellarius inflet carnes aliquas alicu ius bestiæ nec ponat ad argnonẽ pinguedinẽ alterius bestiæ sed de propria pinguedine eiusdẽ bestię possit apponere in quacũq; parte ipsius bestię prout decens fuerit. Et qui cõtrafecerit in. xx. sol. cortonẽ. uice qualibet puniat̃. Item nullus macellarius uendat vnã carnem ꝓ alia seu vnã speciem carnium pro alia specie. Et ꝙ nullum decipiat inuadendo ad penã. xxv. libre. cortonẽ. Itẽ teneatur quilibet macellarius vendere carnes, vз a. x. lib. infra inclusiuę cum be lancis & a. x. lib. supra cum statera. Et ꝙ semper uendat & tradat eas ad iustum pondus. Con trafaciens uero in sol. xl. uice qualibet puniatur. Hæc ẽt ponderet cum ipsis carnibus capita, vel pedes scilicet cerus alicuius bestię a genu infra, seu aliqua interiora alicuius bestiæ sub pe na. xx. sol. cortonen. Itẽ siquis macellarius haberet stateram uel belanciam falsam uel non si gillatam debito sigillo cõis tuderti puniat̃ in. xxv. lib, cortonẽ. qualibet vice. Si uero post illã sigillationẽ reperta fuerit esse nõ iusti ponderis in. xl. sol. corto. vice qualibet puniatur. [illegible] sup prædictis fiant & ponantur custodes secreti prout fuerit ordinatũ per consiliũ generale dicti cõis. Et ꝙ carnes bouum, vaccaꝝ, castratorum, & porcorum uendantur in macello cõis tuder ti & in aliis locis cõsuetis seorsum & seperatim saltem per spatiũ decem bracchiorũ ad minus ad bracchiũ dicti cõis a loco in quo venderent̃ carnes pecudinæ, caprinę, uaccinaꝝ, monconi næ, scrophinę, & ẽt eligant & eligi debeant per ipsum consiliũ superstites de quibus & prout placuerit ipsi consilio cum salario quod eis ordinatũ fuerit per ipsum consiliũ, qui debeant per ipsos macellarios ostendi oẽs bestię per eos macellandæ antequã incidantur ad penã cen

261

tum solidorũ cortonensiũ pro quolibet eorũ contrafaciente & qualibet uice. Carnes uero hędinæ & agninæ dũmodo morticinæ non sint uendi possint ubiq;. Item ꝙ quolibet mense in die kalendarũ & octo diebus ante natiuitatẽ Dñi nostri Iesu Christi, & octo ante pascha Resurrectionis eiusdem proponatur in dicto consilio per dictum potestatem dictæ ciuitatis qd placet ipsi consilio prouidere super uenditione carniũ. Et ꝙ cuilibet liceat contrafacientem denunciare & accusare & habeat medietatem penæ quæ ex eius denũciatione uel accusatiõe in camerã dicti cõmunis peruenerit. Et ꝙ dictus dñs potestas saltem bis quolibet mẽse ad minus teneať inquirere de prædictis & quolibet prædictorũ & repertos culpabiles in dictis penis punire. Et si dictus dominus potestas in prædictis negligens fuerit penam librarũ quinquaginta ipso facto incurrat.

De pena ementis pisces causa reuendendi & tabernariorum uendentium pisces crudos. Rub. 114.

Item statuimus ꝙ nullus emat aliquos pisces in ciuitate uel comitatu tuderti causa reuẽdendi eos crudos. Quodq; nullus ciuis uel comitatensis tuderti associet aliquẽ forensem ad uendendũ aliquos pisces, in ciuitate uel comitatu prædictis. Et qui cõtrafecerit in cẽtum solidos uice qualibet puniatur. Et quilibet possit contrafacientẽ denunciare & accusare & habeat medietatẽ banni quod ex eius denunciatione uel accusatione in camerã cõis tuderti peruenerit. Item nullus tabernarius siue hospitator uendat pisces alicuius fluminis comitatus tuderti crudos ad dictam penã. Et ꝙ potestas ciuitatis tuderti teneatur & debeat de prędictis inquirere quolibet mense sui regiminis & repertos culpabiles in dictis penis condẽnare. Ac ẽt teneatur mittere unum de suis notariis cum aliquibus de suis familiaribus ad perquirendum & perscrutandũ de contrafacientibus in prædictis, quoꝝ relatio in prædictis pro plena & legittima probatione habeať. Item teneatur dictus potestas quindecim diebus ante introitum quadragesimæ proponere in consilio generali dicti cõmunis de modo obseruando in uenditione piscium.

Quod cuilibet liceat uenire ad uendẽdũ pisces, & de modo seruando tempore quadragesimæ & de pensione macelli. Rub. 115.

Item statuimus ꝙ quilibet per totum tp̃s quadragesimæ maioris & oĩbus diebus ieiunii possit apportare & uendere pisces in ciuitate tuderti & in dicta ciuitate & eius comitatu inueniendo, stando, & discedendo, sit & esse debeat securus & saluus in persona & rebus non obstantibus aliquibus represaliis alicui personæ cõcessis quas pro totis ipsis temporibus suspendimus & pro suspensis & nullius roboris & effectus in dicto casu esse decernimus & declaramus quoad personas prædictas. Et ꝙ nullus deferens pisces ad uendendũ possit uel debeat per se uel alium scharicare uel scharicari facere uel deponere aliquã salmã uel cistã pisciũ nisi in macello gñali cõis tuderti & ibi ipsos pisces debeat uẽdere ad minutũ, cõtrafaciẽs uero in .xl. sol. uice qualibet puniať. Item ꝙ forenses uolẽtes in dicto macello uẽdere pisces stent & stare debeant ad uẽdendũ ipsos pisces diuisim & separatim a ciuibus & comitatensibus tuderti in eodẽ macello simil' pisces uendentibus siue uẽdere uolentibus sub pena .xl. sol. corto. pro quolibet eorũ contrafacien. & qualibet uice. Et ꝙ dicti forenses possint & debeant suos pisces uendere super dischis dicti macelli qui sint uersus stabula existentia sub uoltas palatii ueteris dicti cõis seperatim tñ a dictis ciuibus & comitatensibus tuderti ut dictũ est. Et ꝙ macellarii non possint nec debeant ipsos pisciarolos molestare in dictis diebus & tp̃ibus sub dicta pena. Et ꝙ nullus pisciarolus habere uel tenere possit aliquem discum siue ingomboramentum inter discos pisciarolorũ ciuiũ siue comitatensiũ tuderti & discos pisciarolorum forensium.

dũmodo ipsi pisciaroli inter omnes soluant & soluere teneantur cõmuni tuderti pro pensioe ne & nomine pensionis ipsius macelli quolibet anno uigintiquinq; libras cotton en, quæ.xxv. lib.inter ipsos pisciarolos distribui debeant prout decẽs fuerit. Et ꝙ milites socii tam potestatis quã capitanei dictæ ciuitatis teneantur & debeant ad petitionẽ cuiuslibet dictoꝝ pisciarorũ & maxĩe illoꝝ & cuiuslibet eorum qui ad dictas.xxv.lib.colligẽdas per ipsos pisciarolos deputati fuerint cogere oĩbus remediis opportunis quẽlibet ipsorũ pisciarolorum ad soluendum ipsis collectionibus ex actoribus partem sibi contingentẽ de pensione prędicta. Quod si aliquis dictorũ militum sociorum negligens fuerit in prædictis uel aliquo prędictorũ penã lib.x.corto.incurrat uice qualibet ipso facto, quæ de salario rectoris cum quo talis miles socius fuerit tpe sui sindicatus debeant retineri per camerariũ cameræ dicti cõis. Decernentes & declarantes ꝙ licitum sit cuilibet uolenti uendere toninam siue pisces salatos uel siccos eẽ & eos impune uendere ubicunq; uoluerit pñte capitulo nõ obstante, & ꝙ dicti potestas & capitaneus saltem semel in qualibet ebdomada quadragesimæ maioris inquirere teneantur de omnibus prædictis & repertos culpabiles in prædictis uel aliquo prædictorũ de facto in dictis penis punire. Pręterea uolumus quod quilibet contrafacientẽ dicto domino potestati seu capitaneo denunciare & accusare possit & habeat medietatẽ dictarum penarũ quę ex sua denunciatione uel accusatione in camerã dicti cõmunis peruenerit.

¶ De pena mittentis papirum de alio quã de bambace seu aliquid contrafacientis de cera non pura. Rubrica. 116.

ITem statuimus ꝙ nulla persona debeat mittere alium papirum in laborerio quod facẽret uel fieri faceret quã de bambace. Et qui contrafecerit puniatur pro qualibet uice in v.sol.corto & nulla ꝑsona possit uel debeat aliquod laboreriũ facere uel fieri facere nisi de cera pura. Et si quis in prædictis fraudẽ cõmiserit puniatur in.xxv.lib.corto.

¶ De pena accipientis aliquid pro passatura fluminis contra infrascriptam formam & de modo tenendi naues in flumine. Rub. 117.

ITem statuimus ꝙ per homines plebatus San.Bartholomei de teuellaria fiat & fieri debeat una cathena de ferro fixa in una columna de quercu cum serramine pro naui manu tenenda ad portum Tiberis qui dicitur portus filiorum Zacchei. Quas quidem cathenam, columnam, nauim, & portum homines & uniuersitates uillæ plani Sancti Martini dicti plebatus teneanť & debeant die noctuq; sollicite & diligenter ad passum dictæ nauis custodiri facere per duos ex eis ad minus prout teneanť alii hoies & massarii comitatus tuderti ad passus custodire ad penã contentam in ordinamentis loquentibus de custodia passuũ, ita ꝙ dicta nauis cathena & columna nõ possint ab aliquo surripi uel deuastari. Et ꝙ homines & sindicus uillæ S.Bartholomei de teuellaria nõ teneantur nec cogi possint per aliquem officialẽ cõis tuderti ad custodiam faciendam ad aliũ passum prætterquã ad passum nauis prædictæ. Et si dicta cathena uel nauis ibidem deuastarẽtur siue surriperentur ꝙ hoies & uniuersitas uillæ plani S.Martini teneantur & obligati sint ad refectionẽ dictarũ cathenæ & nauis & colũnę eorum propriis expensis aliquo incontrariũ nõ obstante. Item teneatur Potestas Ciuitatis tuderti facere teneri unam bonã nauim in Tiberim qui dicitur portus filioꝝ Zacchei in qua & super qua possint transire Ciues & Comitatenses tuderti cum eoꝝ rebus, quã nauim in dicto portu teneantur facere & manu tenere oẽs hoies dicti plebatus S.Bartholomei de teuellaria & oẽs alii adiacentes ipsi portui qui consueti sunt ꝓferre & cõtribuere ad ipsam nauim faciendã & reficiendã: Ac ẽẽ teneantur dicti homines habere nautas cõducentes ipsam nauim & ipsam saluam tenere & conseruare ad usum & ministerium prędicti. Et ꝙ

per

277

per cõe tuderti quolibet anno quo per ipsum cõmune prædictis personis imponeret aliquã data dari & solui debeant eis in subsidium & subleuationẽ dictarũ expẽsarum de denariis ta lis datæ decem lib. cortonen. ad plus, quæ quidẽ nauis debeat esse talis ꝙ sit sufficiens pro trã situ trium uel quattuor æquorũ ad minus pro qualibet uice. Et si quis dictis nautis contradi cere transitum ubicũꝙ eis placuerit facere puniatur in. x. lib. corto. & ipsis nautis liceat nauĩ gare hinc inde per Tiberim & portum facere & explanari ut eis placuerit & videbit sine con tradictiõe alicuius personæ. Et si quis ipsam nauim dolose soluerit uel in aliquo leserit vel de uastauerit vice qualibet in centũ solidis cortonen. puniatur. Et nihilominus dãnum ipm emẽ det. Nullus in ipsa naui mittat lapides nisi essent super bestia ad dictã penam. De quibus om nibus teneatur dictus Dñs Potestas a dictis hominibus dicti plebatus uel ab aliis qui sunt so liti conferre ad dictam nauim ut dictum est recipere idoneos fideiussores de prædictis oĩbus obseruandis & adimplendis. Liceat quoꝙ cuilibet suis expensis facere sandolum & tenere in dicto portu dictorũ filiorꝝ Zacchei, & possit accipere a qualibet persona forẽse pro ipso trã situ vnũ denarium. Et pro qualibet bestia grossa alicuius forensis similiter vnũ denariũ pro qualibet vice & non vltra. Item illi qui tenerit seu tenere uolunt naues in portu rupinate & mortitii possint accipere & sibi satisfiat a quolibet forense & pro ipsorũ & suarum bestiarũ transitu secundũ modum consuetũ. Ita tamẽ ꝙ non accipiant pro transitu alicuius hominis vltra unũ denarium pro transitu alicuius bestię grossæ ultra duos denarios. Contrafaciẽs vel ro in. xx. sol. cortonen. puniatur de facto uice qualibet, de quo stetur iuramento cuiuslibet cõ querentis. Ciuibus autem siue comitatensibus vel incolis tudertinis pro trãsitu ipsorum vel eorum bestiarũ nihil per aliquem auferri possit uel debeat quoquomodo. Cõtrafaciens in vi ginti solidis cortonen. de facto uice qualibet puniatur. Et ꝙ quilibet uolens tenere nauim in prædicto portu mortitii possit ibi eam habere & tenere suis sumptibus ab utraꝙ parte fluminis Tiberis. Et ꝙ possit aptare portũ & passum sine contradictione alicuius & ipsam nauim ibi ligare & ligatam tenere. Ita tñ ꝙ tales ibi ipsam nauim hñtes teneãtur sine aliquo salario ducere & transferre super ipsa naui oẽs ciues comitatenses & incolas tuderti & eorꝝ res & oẽs alios a quibus per dictũ cõe pedagium accipi nõ debet seu cũ quibus ipsum cõe est in socie tate, confederatione vel liga & etiã res ipsorũ. Sandolum aũt in dicto portu quilibet ciuis uel comitatensis tuderti habere possit sine dicto onere. Dummodo ipsum sandolum non possit appodiare ad rem alterius sine sua voluntate, & si contrafecerit in vigiti solid. cortonen. vi ce qualibet puniatur.

Quod nullus arnulforum laboret uel pascuet intra confines iurisdictionis cõmunis Tuderti, & de pena contrafacientiũ. Rub. 118.

Item statuimus ꝙ nulla persona de castro Florenzolę siue de castro macerini vel de quo cũꝙ alio loco terrarũ arnulforum audeat uel præsumat laborare seu ad laborandum ue nire vel mittere siue bestias ad pascendũ mittere uel tenere intra confines comitatus Ci uitatis tuderti sine expressa licentia cõis tuderti ad penam. xxv. lib. corto. pro quolibet con trafaciente & qualibet uice. Et quilibet de dictis Ciuitate vel comitatu tuderti possit tales contrafacientes denunciare & accusare & tam ipsos quã eorum bestias contra dictam formã repertos siue repertas in dicto territorio & districtu impune capere, & habeat medietatem di cti banni ac ipsarum bestiarũ. Dũmodo tam personas quã etiam bestias taliter captas de beat omnino representare coram domino Potestate vel Capitaneo Ciuitatis prædictę infra tres dies a die ipsius capture in antea computandos, ipsa die talis capture in dicto termino mi nime computata. Et ꝙ prædicta quolibet anno semel saltem prædictis comitatibus & bo

272

...inibus dictorum castrorum & locorum intimari & notificari debeāt per litteras dicti cōis in
ipsis litteris specialiter exprimendo quod si aliqui ex eis de prædictis senserint se grauatos in-
fra .x. dies ex tunc proxime subsequentes cōparere debeant coram dominis prioribus popu
li tuderti & rectoribus dicti cōmunis ad allegandum & ostendendum coram eis de ipsorū gra
uamine recepturi iustitiæ complementum.

¶ De infectis expellendis & pena receptantium eos. Rub. 119.

ITem statuimus q̄ si dominis potestati vel capitaneo ciuitatis tuderti denunciatum fue
rit q̄ aliquis infectus siue leprosus moretur in dicta ciuitate siue in aliquo castro uel villa
eius comitatus faciat ipsum per duos medicos uideri & si deinde dicti medici sibi retule
rint ipsum esse infectum siue leprosum faciat eum de dicto loco expelli & eum mitti ad hospi
tale leprosorum. Præterea nolumus q̄ aliquis infectus siue leprosus uenire possit ad dictā Ci
uitatem uel in ea stare sub pena librarum .x. cortonen. Et q̄ nullus sub dicta pena eum in Ci
uitate debeat receptare possit tamen quilibet infectus siue leprosus uenire & stare in dicta Ci
uitate die festi & vigiliæ Sancti Michaelis de mense Septembris.

¶ De postribulo cōmunis tuderti. Rub. 120.

ITem statuimus q̄ domini priores populi tuderti qui pro tempore fuerint teneantur &
debeant eligere unū camerarium cui debeat solui annuatim quousq̄ infrascriptū opus
fuerit perfectum tota pecunia quæ per cōmune tuderti deberet recipi uel haberi de pen
sione postribuli ipsius cōmunis quod est in domibus dicti cōis sitis in regione Sancti Silue
stri. Teneantur etiā ipsi domini priores de dictis denariis & pensione de dicto postribulo perci
piendis emere seu emi facere pro dicto cōmuni domus quæ sunt a porta superiori dicti postri
buli usq̄ ad domum monasterii de armata ex utraq̄ parte uiæ quæ est intus portam prædictā
pro condecenti precio declarando per duos bonos uiros quorū unus eligatur per ipsos do-
minos priores & alter per illos quorum domus sunt. Faciant etiam de dicta pensione aptari
& murari murum supra portam prædictā ita & taliter q̄ illis qui habitant prope dictū postri
bulum nullum tedium nullaq̄ iniuria inferatur nec eorū aspectus dicta de causa offendatur.
Et ex parte inferiori ipsius postribuli faciant fieri aliam portam & ipsum postribulum aptari
condecenter. Et q̄ de dicta pensione & denariis ipsius non possit aliqua expensa fieri in alia
re uel opere donec prædicta fuerint expedita. Et q̄ camerarius prædictus uinculo iuramenti
teneatur supradictos denarios quos receperit de pensione prædicta ad petitionem ipsorū do
minorum priorū soluere & cōuertere in precium domorū portarū & pensione operis supra dicti.

¶ Quod meretrices non uadant per ciuitatem. Rub. 121.

ITem statuimus q̄ meretrices quæ stabūt aliquo tempore in postribulo cōis tuderti seu
aliæ publicæ meretrices non possint nec debeant ire per ciuitatem tuderti uel eius bur-
gos extra dictum postribulum nisi in die Sabbati. Et si inuentæ fuerint contra dictā for
mam capiantur & capi debeant per familiares dñorum potestatis & capitanei & per plateā
dicti cōis publice fustigentur. Et nulla meretrix postribularia possit stare procul a dicto po-
stribulo ultra tres perticas ad perticam cōis tuderti sub pena .x... sol. corto. pro qualibet uice.
Hoc intellecto & declarato q̄ postribulum intelligatur & sit ille locus qui positus est in ciui-
tate tuderti in regione S. Siluestri & parrochia S. Ilarii in contrada quæ dicitur casalena in do
mo & iuxta domum quæ fuit spallette & in aliis domibus ibidem emptis per dictum cōmune
ad usum prædictum cui loco & postribulo coherent uiæ publicæ & alia sua latera. Meretrices

autem

autem & lenones haberi & intelligi uolumus illas & illos qui & quæ cõmuniter morantur & se reducunt in postribulo & in loco prædicto.

De pena iniuriantis offendentis uel molestantis aliquam meretricem in postribulo & eius coherentiis. Rub. 122.

ITem statuimus insuper q nulla persona iniuriam uel offensam aliquã inferat alicui de prædictis meretricibus seu lenonibus in postribulo & loco prædicto seu in eius coherentiis sub pena quæ de simili maleficio per formam statuti cõmunis tuderti imponenda ueniret si talis iniuria uel offensa inferretur uel fieret contra Ciuem tudertinum honestæ conditionis & uitæ. Nullus etiã proiiciat aliquẽ lapidem uel aliquid aliud supra uel infra domos dicti postribuli uel eius coherentias seu circũstãtias uel ibidem molestiam seu uexationem aliquam inferat quoquomodo propter quã seu cuius occasione meretrices & lenones ibidem receptantes libere & cõmode ibi morari nequirent seu impedirentur. Et qui contrafecerit puniatur in quadruplum eius pene quę per formam statutorũ dicti cõmunis imponenda ueniret si tale maleficium alibi per eundem cõmittere contra aliquẽ Ciuem tuderti bonæ conditionis & famæ non obstante statuto aliquo incontrarium loquente.

Quod conductores postribuli teneantur illud aptare & de pena meretricum alibi hospitantium & q tertia pars questus siue lucri sit conductoris. Rub. 123.

ITem statuimus q conductores prædicti postribuli teneantur ipsum postribulum taliter aptare eorum expensis q meretrices & lenones cõmode ibi stare & hospitari ualeant die noctuq. Et si aliqua dictarum meretricum alibi hospitaretur absq licentia dicti conductoris puniatur in quinq solidos Cortonenses pro qualibet uice. Cuius pene medietas sit cõmunis tuderti & altera medietas dicti conductoris. Et q dictus conductor tertiam partem eius q ipse meretrices ex questu earum corpore perciperent siue lucrarentur habeat & recipiat ab eisdem.

De denariis mutuatis per Iudeos. Rubrica. 124.

ITem statuimus q omnes denarii quos Iudei a uiginti citra mutuauerint cõmuni tuderti uel alicui personæ pro dicto cõmuni stent ac stare & stetisse intelligantur pro tempore præterito & futuro ad duos denarios pro libra ad plus. Dummodo ipsi duo denarii per libram non excedant nec excedere possint duplum uere sortis ipsius debiti. Et q de dicta quantitate discomputentur & in ea compensentur omnes denarii quos ipsi Iudei de uoluntate dicti cõmunis dictis de causis a Ciuibus uel comitatensibus tudertinis hucusq perceperunt de datis per ipsum cõmune impositis uel aliunde siue aliter quoquomodo.

Quod nullus deferri faciat aliquas res super aliquibus bestiis certis diebus solẽnibus. Rubrica. 125.

ITem statuimus q nulla persona de Ciuitate uel comitatu tuderti seu in ipsa Ciuitate uel comitatu habitans deferri faciat per ipsam Ciuitatem uel eius comitatum aliquam rem super aliqua bestia die dominico nec in aliquo infrascriptorum dierum, uidelicet die natiuitatis Domini nostri Iesu Christi cum duobus diebus sequentibus, die Circũcisionis eiusdem, die Epiphaniæ, diebus omnibus festiuitatum Virginis Gloriosæ, die Paschatis Resurrectionis Domini cum duobus diebus sequentibus, die Ascensionis Domini, die Penthecostes, die festiuitatis Corporis Christi, diebus festiuitatum duodecim Apostolorum, & Beati

Io. Baptistę, die S. Fortunati, S. Saluatoris Sancti Pancratii. S. Matthęi, & Sancti Angeli de Septembre, ad penam & sub pena decem solidorú pro quolibet bestia & qualibet vice. Et q quilibet possit contrafacientes denunciare & accusare & habeat medietatem banni q ex eius denunciatione uel accusatione peruenerit in cameram cōmunis tuderti. Hoc intellecto q predicta non uendicent sibi locum in illis qui deferrent herbam vel paleam super aliquibus bestiis ad uendendum. Hæc etiam tempore uindemiarú quo tépore cuilibet quibuscúq diebus impune uuas & mustum deferri facere super quibuscú q bestiis necnō res alias ad uindemias oppertuna licitú sit. Prędicta potestas publice banniri facere teneatur per ciuitatē tuderti in locis solitis primo mense sui regiminis. Ac etiam quolibet dictorú dierum unum ex suis officialibus ad perquirendum & perscrutandum de prædictis. Et contrafacientes pena prædicta punire, de quo stetur officiali prædicti. Qui potestas habeat tertiam partem penæ prædictæ quæ ex inuētione & relatione talis sui officialis peruenerit in cameram dicti cōmunis, & eam camerarius dictæ cameræ sibi soluere teneatur.

ℭ Quod diebus Dominicis & festiuis liceat ferrare in casu necessitatis. Rubrica. 126.

ITem statuimus q cuilibet Marescalco liceat ferrare ęquos mulos & asinos & alia animalia quæ ferrantur etiam diebus Dominicis & festiuis si necessitas vrgeat, non obstātibus aliquibus ordinamentis tam cōmunis Tuderti quá consulum dictę artis in contrarium loquentibus, & intelligatur q necessitas vrgeat si ille cuius animal ferrari petitur id suo firmauerit iuramento.

Explicit quarta distinctio.

275

INCIPIT QVINTA DISTINCTIO Iuris municipalis Tudertini.

¶ Quod quelibet ars in festo Sancti Fortunati se debeat congregare. Rubrica Prima.

ITem ad laudem & honorem Dei & beatæ Mariæ Virginis & Sancti Fortunati & aliorum Sanctorum quorum corpora requiescunt in ecclesia sancti Fortunati statuimus quod Consules cuiuslibet artis quindecim diebus ante festum Sancti Fortunati faciant congregare homines suę artis & per ipsos prouideri & ordinari quod habeant cereum & luminaria in sero vigiliæ Sancti Fortunati pro offerendo ipsum cereum apud dictam Ecclesiam in sero prædicto.

¶ De pena artium non facientium cereum in festo Sancti Fortunati & cum qua arte quis pro cereo soluat. Rubrica. 2.

ITem statuimus quod quindecim diebus ante festum gloriosi cōfessoris beati Fortunati protectoris & defensoris cōis & populi tudertini in locis solitis per ciuitatē tuderti publice banniatur quod quelibet ars dictę ciuitatis quæ a.xx. annis citra consules solita est eligere, uel cereum facere in dicto festo teneatur, & debeat quolibet anno facere cereum nō coloratum aliquo colore apposititio, ars contrafaciens in centū sol. corto. uice qualibet puniatur. Et nihilominus artifices ipsius artis ipsum cereū prout debent facere cōpellantur. Item quod nullus artifex possit uel debeat cogi ad soluendū pro cereo faciēdo in dicto festo nisi pro una arte tantū v3, pro illa arte quam ipse artifex magis cōtinue exercet, & de hoc stetur iuramēto talis artificis sic coacti. Statuentes quod si qua ars ciuitatis tuderti et si Consules eligere consueuerit nō fecerit cereum siue lampadē argenteam in Festo S. Fortunati & eam uel eū nō obtulerit in ipsa ecclesia S. Fortunati more aliarum artiū Consules eligere nō possit. Et si hoies dictæ artis Cōsules elegerint tales sic electi pro Consulibus ab aliquibus nō habeantur nec debeant ab aliquo officiali dicti cōis pro cōsulibus reputari. Prętera volumus & declaramus quod oēs & singuli cenciaroli intelligantur esse & sint de arte pizzicarolorū & cū hoibus ipsius artis contribuere teneantur ad oēs expensas ut alii artis præfatæ pizzicariæ.

¶ De cereis portandis per sindicos comitatus in festo S. Fortunati. Rub. 3.

ITem statuimus quod quelibet uniuersitas cuiuslibet castri & villæ comitatus tuderti, teneatur in sero uigiliæ S. Fortunati portare ad ciuitatē tuderti unū duplerium de cera bonū & sufficientē & illum repræsentare in pede scalarum palatiorū cōis tuderti officiali, qui per dnos priores populi tuderti ad hoc fuerit deputatus. Et nulli de ciuitate tuderti ipm duplerium date debeat sed suis manibus ad ecclesiā S. Fortunati ipsum portare debeat & offerre.

¶ De pena proiicientiū lapides in circuitu S. Fortunati. Rub. 4.

ITem statuimus quod nullus audeat uel presumat piicere lapides infra mœnia & circuitum ecclesiæ S. Fortunati uel mittere spiculā uel palluctas cū balistra uel arcu contrafaciēs puniatur vice qualibet in decem solidis cortonen. Et de hoc stetur relationi cuiuslibet fratris uel familiaris conuentus dicti loci.

¶ De potestate & balia in fratres procurandi sindicorum & procuratorum fratrum cōuentus S. Fortunati & aliorum conuentuum ordinis fratrū minorū tudertinæ diocesis. Rub. 5.

ITem statuimus q̃ oẽs & singuli infrascripti & quilibet eoꝝ insolidũ ita q̃ nõ sit melior cõditio occupãtis, & quod per vnũ uel per plures eoꝝ inceptũ fuerit alii & quilibet eoꝝ libere possint prosequi finire & terminare, sint & esse intelligantur de cætero uigore & authoritate pñtis statuti, ueri & legitimi sindici procuratores & administratores, in oibus & singulis & super oibus & singulis cauĩs litibus & qõnibus motis seu mouẽdis, de bonis rebus & iuribus seu sup bonis rebus & iuribus cõcessis donatis siue relictis quocũq̃ modo uel titulo inter viuos seu in vltima voluntate seu imposterũ concedẽdis donandis & relinquẽdis cõuen tui fratrũ minorum ecclesiæ S. Fortunati de tudertino seu aliis cõuentibus ipsoꝝ fratrũ mino rũ alioꝝ quorũcunq̃ locorum tudertinę diocesis seu ẽt ipsis locis siue pro opere ipsoꝝ locõ rum. Qui quidẽ sindici ꝓcuratores & administratores habeant in prædictis & sup prædictis ac ẽt circa ea & ab eis dependentia seu occasione tam in iudicio quã extra iudiciũ plenum liberũ & gñale mandatũ cũ plena & libera & gñali administratiõe. Ita q̃ libere possint tam in iudicio quã extra ipsas lites causas & qõnes & actus quoslibet in prædictis & pro ꝑdictis & prędictoꝝ quolibet opportunos facere & exercere. Et q̃ cõtra ipsoꝝ personas uel alicuius eorũ seu cõtra pñs eorum mandatũ nihil possit obiici per quãcunq̃ personam locũ collegiũ & uniuersitatẽ quominus ad actus singulos opportunos iudiciales & extraiudiciales in pędi ctis & circa prædicta & quolibet prędictoꝝ libere admittantur & admitti debeant tanquam ueri & legittimi sindici ꝓcuratores & administratores ẽt in casibus in quibus de iure expres sum seu spãle mandatũ requireretur, & ẽt in cõsimilibus & maioribus. Et spãliter q̃ possint & sibi liceat super ꝑdictis & quolibet prædictoꝝ & circa ea & qdlibet prædictoꝝ eorum iura mentũ calũniæ ueritatis malitiæ & in litem & qdlibet aliud iurm̃ præstare & deferre & exce ptiones oppositiones replicationes & defensiones quaslibet ꝓponere & allegare, litẽ prestari in casibus opportunis si qui occurrerent testes, instrã, & iura quelibet producere, iudices, notarios, & consultores eligere, & suspectos recusare, & iurisdictionẽ cuiuslibet iudicis prorogare, sñias tam interlocutorias quã diffinitiuas ferri facere easq̃ audire & a quibuscũq̃ sentẽtiis in terlocutionibus & grauaminibus appellare & recurrere, arbitros & arbitratores eligere, alienationes quaslibet transactiones, cõuentiones, & amicabiles cõpositiones sup prædictis facere, ꝓut eis uidebit̃ expedire, oẽmq̃ pecuniarũ quãtitatẽ uel rem aliã petere exigere & recipere a qbuscũq̃ debitoribus dictis de causis seu occasionibus uel eaꝝ aliqua obligatis, & de his que receperint eos quietare & liberare, & qcquid ad eoꝝ manus peruenerint causis siue occasionibus supradictis uel aliqua eaꝝ cõuertere & expendere in utilitatẽ & cõmodum ꝑdictorũ cõ uentuum & locorum. Et gñaliter oia & singula facere quæ in prædictis & circa ꝑdicta & qdlibet eorum fuerint opportuna, & quæ per quẽlibet uerum & legitimũ sindicũ ꝓcuratorem & administratorẽ fieri possent. Et q̃ potestas & capitaneus & eorum iudices & quilibet eorũ qui de prædictis uel aliquo prædictorum fuerit requisitus sup prædictis dictos sindicos ꝓcuratores & administratores & eorum quẽlibet benigne audire & exaudire teneant̃. Et ipsas lites qõnes & causas ad eorũ postulationẽ examinare cognoscere & terminare & expedire breuiter sũmarię & de plano & sine strepitu & figura iudicii, & sine solutione alicuius salarii. Et qd̃ audire nõ debeant nec possint aliquẽ qui qualitercũq̃ impugnauerit seu nixus fuerit im pugnare presens eorum mandatum quocũq̃ iure uel modo quinimmo talem opponentem prorsus reiicere & repellere teneantur. non obstante iure aliquo canonico uel ciuili seu aliquo capitulo statutorum dicti communis incontrarium loquentibus quibus omnibus per præsens capitulum ex certa nostra scientia derogatum esse intelligi uolumus & mandamus. Et hoc capitulum singulis annis quibus statuta cõmunis tuderti contigerit renouari de statuto in statutũ ponatur, Nomina vero ipsorum sindicorum procuratorum & administratorum sunt hæc videlicet.

¶ Quod

¶ Quod inclusæ intelligantur sine salario. Rub. 6.

ITem statuimus q; omnes inclusæ in quocũq; loco ciuitatis uel comitatus tuderti ad penitentiã agendam audiantur super earum petitionibus & causis sine salario ac breuiter summariæ & de plano & sine strepitu & figura iudicii.

¶ Quod causæ relictorum operi & ecclesiæ Sancti Fortunati summariæ diffiniantur. Rub. 7.

ITem statuimus q; in causis & super causis litibus & quæstionibus legatorum relictorũ vel relinquendorum per quãcũq; personam in eius testamento vel alia eius ultima volũtate conuentui fratrũ minorum ecclesiæ Sancti Fortunati uel ipsi ecclesiæ uel pro eius opere. Iudices curiarum cõis tuderti ad ciuilia deputati possint & debeant cognoscere, procedere, pronunciare, diffinire, & exequi breuiter summariæ & de plano ac sine strepitu & figura iudicii ac etiam omni appellatione remota.

¶ De pena cantantis uel inhonestum facientis ante monasterium uel carcerem alicuius mulieris ibi reclusę ad penitentiã agendam. Rub. 8.

ITem statuimus q; nullus audeat de die uel de noctæ cantare siue aliquod instrumentum sonare ante carcerem alicuius mulieris ibi reclusę ad penitentiam agendam siue ante aliquod monasterium. Contrafaciens uero in. xx. solidis cortonen. vice qualibet puniatur. Item quod nullus stet ante talem carcerem contra voluntatem ipsius mulieris. Et qui contrafecerit post prohibitionem ei factam a continentibus, in viginti solidis cortonensibus vice qualibet puniatur.

¶ De pena vaghigiantium siue cantantium uel aliquod inhonestũ dicentium uel facientium ante ecclesiam uel locum religiosum siue intus. Rub. 9.

ITem statuimus, q; nullus aliquo tpe & maxime diebus Dominicis & festiuis stet ante uel prope aliquã ecclesiã uel locum religiosum seu in ipsa ecclesia uel loco religioso ad cantandum uel vaghigiandũ seu inhonestũ aliqđ dicẽdũ uel faciendũ. Contrafaciens in aliquo pdictorum in. xl. sol. cort. uice qualibet puniatur. Saluis aliis penis maioribus in aliquo capitulo statutorum dicti cõmunis contentis, & de prædictis stetur in quolibet dictorum casuum relationi & assertioni cuiuslibet officialis potestatis seu capitanei ciuitatis tuderti. Et quod potestas siue capitaneus cuius officium prædicta uel aliquod prædictorum retulerit habeat quartam partem totius eius quod dicta de causa in cameram cõmunis tuderti fecerit deuenire. Item quod domini priores populi tuderti teneantur uinculo iuramenti eligere custodes secretos prout eis uidebitur conuenire qui per sacramentum ab eis præstitum denuntient omnes & singulos contrafacientes in aliquo prędictorũ. Et prædicta per ciuitatem tuderti in locis solitis publice bãniantur saltem semel tempore regiminis cuiuslibet potestatis & capitaneus ciuitatis eiusdem.

¶ Quomodo & quando offerantur captiui & qui offerri non possint. Rub. 10.

ITem ad honorem & reuerentiam Omnipotentis DEI, & beatissimæ Mariæ semper Virginis & Beati Fortunati confessoris & totius celestis curiæ gloriosissimę Statuimus quod Dominus Capitaneus, Populi Tudertini, uinculo

iuramenti decem diebus ante natiuitatem Domini nostri Iesu Christi & decem diebus ante venerabilem diem Veneris Sancti in quo idē dominus noster Iesus Christus pro redēptione humani generis extitit crucifixus. Et decem diebus ante festum S. Fortunati teneatur propo nere in consilio populi quod unus vel plures de carceratis in carceribus cōmunis tuderti ma gis pauperibus condēnatis pro maleficio in quolibet dictorū festorum debeat siue debeant offerri ac de ipsis carceribus relaxari & eximi & subsequenter ipsorū bāna & condēnationes cassari & cancellari. Et secundū quod in ipso consilio deliberabitur de prædictis ita p ipsum Dominum Capitaneum ad effectum producatur, ad penam ducentarū librarum. Dūmodo nullus ad dictum beneficiū admittatur qui condēnatus fuisset pro homicidio proditione uel īcendio siue pro aliquo maleficio per eū vel eius mandato cōmisso in personam alicuius ci uis vel comitatensis tuderti cū sanguinis effusione vel sine, de quo pacem nō habuerit ab ipso offenso vel ab ipsius hærede seu qui vltra quantitatē tricentarū librarum cortonen. pro ali quo maleficio condēnatus fuisset. Aut qui alias oblatus & relaxatus fuisset per dictum cōmu ne. Nec etiam plures simul quorū condēnationes inter omnes sūmam librarū tricentarum di ctę monetæ excederent possint & debeant offerri & relaxari. Nec etiam aliquis qui in trecen tis libris tantū siue in minori quantitate fuerit cōdemnatus pro aliquo maleficio possit ad beneficiū prædictum admitti nisi eo casu quo si cōdemnatus fuisset in libris trecentis prius ipso carcere per integrū triennium uel si in minori quantitate condēnatus fuisset prius in di cto carcere steterit prout pro rata contigerit ad rationē prædictam. Hoc intellecto quod in omnibus prædictis habeatur respectus solum ad originalē & primeuam condēnationem nō ad augmentū aliquod ex post facto eueniens ob moram & contumaciam nō soluētis. Item quod domini priores populi tudertini habere debeant apud se nomina omniū ipsorum carce ratorū, & ea legi faciant in dicto consilio. Et per ipsos dominos priores in ipso cōsilio debeāt declarari qui ex ipsis carceratis in minori quātitate fuerint condēnati & qui sint magis pau peres & qui eorū offerri & relaxari possint. Et deinde secundū deliberationē dicti cōsilii eos offerri & relaxari de dicto carcere ipsorūq; condēnationes & bāna cancellari & cassari facere teneantur. Et si secus factum fuerit talis prouisio & reformatio ac oblatio, relaxatio, cassatio, cancellatio inde sequuta ipso iure non teneat, sed nihilominus prædictis nō obstantibus talis oblatus & relaxatus pro ex bānito & cōdēnato prout prius fuerat penitus habeatur adeo q ex integro capi & incarcerari possit & debeat, & in ipso carcere detineri donec suam condem nationē integraliter soluerit dicto cōi, nō obstante quod ipsa condēnatio prætextu talis re formationis & prouisionis iam cassata & cancellata fuisset.

De ordinamentis hospitalis charitatis. Rub. 11.

ITem statuimus q potestas ciuitatis tuderti teneat facere fieri inuentariū, de bonis & rebus hospitalis charitatis infra unū mēsem post initiū sui regiminis & oēs possessiōes ipsius reduci facere in publicam scripturam de quo inuentario fiant duo instrumenta quorum unū [illegible] præceptorem ipsius hospitalis & aliud penes cōmune tu derti & ipsum faciat cū diligētia reponi & custodiri facere apud idoneam personā pro ipso cōmuni, & nihilominus omnia & singula bona mobilia dicti hospitalis seu ad ipsum hospita le pertinentia & eorū [illegible] debeant in quodā quaterno librę nouę cōmunis tuderti in publicā formā per notarium qui ad hoc per ipsum cōmune fuerit depu tatus. Et nullus contractus possit uel debeat fieri de aliqua re ipsius hospitalis charitatis vel ad ipsum hospitale pertinenti seu de parte aliqua ipsius rei sine consensu & uolūtate cōis tuderti. Et si quis contractus [illegible] fuerit in præiudiciū ipsius hospitalis dictus potestas faciat ipsum

cancellari

279 140

cancellari & cassari. Et de hoc teneatur facere inquisitionem. Possint tamen absq; solẽnitate praedicta fieri pro dicto hospitali contractus locationis ad laboritium uel pensionem pro tẽpore & ad tempus triũ annorũ ad plus. Et quod praeceptor siue rector dicti hospitalis eligatur per cõsiliũ populi tudertini quoties fuerit opportunũ cuius salariũ siquidem talis rector fuerit de ciuitate uel comitatu tuderti excedere non possit libras triginta cortonen. pro quolibet anno. Qui rector antequã ipsum officium administrare incipiat iurare teneatur in dicto consilio de suo officio bene diligenter solicite & legaliter exercendo, & ipso officio finito teneatur statim rationem reddere ratiocinatoribus adhoc per dominos priores populi tudertini deputandis de introitibus prouentibus & exitibus & expensis dicti hospitalis. Et deinde dicta ratio in dicto consilio legatur. Item quod nullus possit uel debeat aquam pluuialẽ fluentem per uiam dicti cõmunis a porta Sanctae Praxedis usq; ad dictũ hospitale impedire quẽ libere fluat & fluere possit ad dictum hospitale, adhoc ut sedilia siue cloace dicti hospitalis melius purgentur & mundentur, & si quis contrafecerit puniatur in uiginti solidis qualibet uice. Item oẽs oblati & familiares ipsius hospitalis teneantur obedire mandatis praeceptoris siue rectoris positi & ordinati a dicto cõmuni in dicto hospitali. Et non possit potestas siue capitaneus uel alius rector siue officialis cõmunis tuderti uel aliquis de alicuius eorũ familia petere uel recipere aliquem pãnum siue lectum uel aliam suppellectilem dicti hospitalis a praeceptore siue a rectore ipsius hospitalis uel aliquo alio de ipso hospitali sub pena librarum uigintiquinq; pro quolibet eorũ contrafaciente & pro qualibet uice. Rector uero praedictus cõtrafaciens ipso facto de suo officio sit priuatus. Et nullus carnaliter cognoscat seu carnaliter cognoscere attentet aliquam mulierem in ipso hospitali morantem sub pena librarũ centum cortonẽ. ac etiam maiori pena arbitrio potestatis seu capitanei ciuitatis tuderti de tali maleficio cognoscentis. Et nihilominus talis malefactor sine spe aliqua ulterius reuertendi ad hospitale praedictũ ab ipso hospitali eiiciatur & q; contra uoluntatẽ rectoris siue familiaris dicti hospitalis nullus intret hostiũ siue claustrũ dicti hospitalis sub pena .xxv. lib. & ultra arbitrio potestatis seu capitanei praedicti de tali maleficio cognoscentis, & dictus praeceptor siue rector ipsius hospitalis teneat & debeat semel in anno uenire ad consiliũ cõis tuderti & in ipso cõsilio cõfiteatur se tenere pro dicto cõi & eius nomine dictum hospitale charitatis & bona ipsius. Item quod nulla persona grauetur uel grauari debeat in aliqua data uel collecta soluenda pro terris & possessionibus quas dictum hospitale emerit uel alio quocunq; iure uel titulo ad ipsum hospitale peruenerit sed eleuentur ipse terre & possessiones de libra illorum quorum fuerit & ponantur & scribantur inuentario dicti hospitalis. Et quicunq; uenire uoluerit ad dictum hospitale & pro utilitate ipsius hospitalis uoluerit edificare in aliqua parte dicti hospitalis aliquam domum suis expensis, & dimittere de bonis suis dicto hospitali & facere dictũ hospitale haeredem in bonis suis libere possit ipsam domum ibidem edificare, & quod per rectorem dicti hospitalis seu per aliquem alium inde expelli non possit. Ita tamen quod ipsa domus perpetuo sit hospitalis praedicti & ipsi hospitali per talem aedificantem inreuocabiliter concedatur. Et quod talis persona quae ipsam domum aedificauerit de bonis dicti hospitalis propria habere non possit rem quatenus processerit de uoluntate dicti rectoris, & quod nullum officiũ habeat in ipso hospitali nec illud tantũ quod ei cõmitteretur per rectorem praedictum, & quod nulla persona cuiuscunq; conditionis existat audeat aliquam molestiam siue iniuriã rectori ipsius hospitalis qui nunc est uel pro tpe fuerit uel alicui personae ipsius hospitalis oblatae, sacratitie, uel familiari siue cuiuscũq; personae quae in dicto hospitali receptaretur inferre per se uel alium quoquomodo seu in bonis aliquibus ipsius hospitalis siue ad ipsum hospitale pertinentibus quocunq; iure uel titulo aliquod dampnum dare uel inferre. Qui autem contrafecerit emendet ipsum damnum totaliter hospitali praedicto, & nihilominus

condénet dicto cõi in quadruplo pene cõtente in statuto dicti cõis pro tali molestia iniuria
sine dãno. Et si in statutis dicti cõis de tali maleficio nõ reperiret pena expressa & specificata
puniatur eo casu pena quę de simili maleficio per formã ipsoꝝ statuto[rum] alias iponenda ueni
ret, facta simili modo eius quadruplicatione in quolibet casuum prædictoꝝ. Et si similis pena
in ipsis statutis nõ reperiret puniatur talis delinquens sm ius cõe uel prout rectori de tali ma
leficio cognoscenti iustũ & equũ uidebitur, inspecta & cõsiderata qualitate facti & ꝯdõne p[er]
sonæ talis delinquentis. Et ꝙ oẽs ablati iactatitii & familiares dicti hospitalis & gñaliter oẽs
qui in ipso hospitali recepti erunt seu habitarẽt teneant & debeant obedire rectori ipsius hos
spitalis ac officialibus per eundẽ rectorẽ in ipso hospitali positis & deputatis, & ꝙ ipse rector
possit & debeat ipsos cogere & coercere ad ipsam obedientiã exhibenda & inobediẽtes corri
pere prout sibi videbitur ꝯuenire. Et ꝙ dicti potestas & capitaneus & quilibet eoꝝ teneantur
& debeant ad requisitionẽ dicti rectoris eidẽ rectori exhibere suos berruarios ad capiendũ &
carcerãdũ quoscũ ꝙ de prędictis inobedientes seu alias delinquẽtes. Et ꝙ nullus de prędictis
portet seu portare possit aliqua arma ẽt in casu cõtra p formã statutoꝝ dicti cõis cõcesso sine
exp̃ssa & spãli licẽtia & uoluntate rectoris p̃dicti. Et ꝙ cõtrafacientes ad requisitionẽ & uolũ
tatẽ eiusdẽ rectoris de dicta delatione armoꝝ per ipsum dñm potestatẽ seu capitaneũ puniã
tur. Et nullus de prædictis possit uel debeat donare seu cõmodare alicui aliquã supp[ell]ectilem
uel rẽ aliam dicti hospitalis sine expressa licẽtia dicti cõis. Et ꝙ dicti potestas & capitaneus
& eorũ quilibet & eorum officiales in oĩbus casibus opportunis eorũ cõsilium auxilium & fa
uorẽ exhibeant dicto rectori & sindico hospitalis p̃dicti quoties ab eisdẽ uel altero eorũ fue
rint requisiti. Et ꝙ quicũ ꝙ fuerit rector uel notarius dicti hospitalis finito termino sue electio
nis dictũ officiũ exercere seu ad ipm eligi uel assumi nõ possit usꝙ ad tres annos tunc proxime
subsequẽtes. Ita tñ ꝙ hæc locum nõ habeant in fratribus minoribus predicatoribus seu here
mitanis si aliquĩ ad ipsum officiũ rectoratus per dictum cõe electi fuerint uel assumpti. Nulla
ẽt persona quæ in dicto hospitali aliqđ administrasset officiũ possit vel debeat idẽ officium
postquã ipsum finierit gerere vel administrare in dicto hospitali usꝙ ad unũ mensem ex tunc
proxime sequuturũ. Et ꝙ nullus in dicto hospitali eligi uel assumi possit pro sacerdote seu ad
ipsum sacerdotale offm̃ ibi administrãdũ nisi per dictum cõe & pro tpe & eo mõ quo & prout
ipsi cõi placuerit. Nec ẽt in dicto hospitali aliquis recipi possit pro toto tpe suæ uitæ seu usꝙ
quo vixerit sine expressa licentia dictorum dñoꝝ priorum uel duarũ partiũ eorundẽ. Et si re
ctor dicti hospitalis aliquã personam preter uel cõtra dictã formam receperit totũ suum sala
rium ipso iure amittat. Et nihilominus ab officio dicti rectoratus debeat remoueri. Et ꝙ õẽs p[er]
sonæ infirmæ quæ in dicto hospitali fuerint curẽtur & alantur & gubernẽtur prout decẽs &
opportunũ extiterit de bonis & rebus ipsius hospitalis. Et ꝙ sup prędictis eligantur & depu
tentur duæ p̃sonę una uidelicet femina & alter masculus. Et si tales p̃sonæ in prędictis fuerint
negligentes de ipso hospitali eiiciantur nec in ipso hospitali ulterius admittantur. Et ꝙ nulla
mulier ætatis .xl. ann. uel ab inde infra habitet seu moretur in aliqua domo ipsius hospitalis
in comitatu tuderti. Nec ẽt simul habitet in uno & eodem loco cum aliquo masculo ætatis
xiiii. ann. vel abinde supra nisi occasione curæ & custodiæ infirmorum. Et cõtrafacientes tam
masculus quã femina de dicto hospitali eiiciatur nec ad ipsum ulterius admittatur. Et ꝙ nul
lus oblatus seu iactatitius dicti hospitalis possit habere aliquid p[ro]prium. Et si quis [illegible] habere
repertus fuerit illud pleno iure ipsi hospitali applicetur & acquirat & a[d] usum ipsius [illegible]
telligatur. Et ꝙ pro prædictis effectualiter [illegible] & cõsequendis rector seu sindicus di
cti hospitalis agere valeat pro dicto hospitali & eius noie ac si immediate directe originaliter
& a principio [illegible] ipsi [illegible] & ipsi hospitali legitime acquisitum fuisset. Et ꝙ dicti potestas & capi

taneus

tarieus & eorum cuiuslibet officiales qui de prædictis fuerint a dicto rectore seu sindico reģ
sitt per dictum rectorē & sindicum & eorū quilibet effectualiter audiant & attendiant in præ
dictis. Et ꝙ oēs & singuli tam mares quā feminæ dicti hospitalis cuiuscūq; ætatis sint teneā
tur publice palam in eorū & super eorum uestimentis habere & deferre signum dicti hospita
lis & dicti cōis euidenti cōtrafaciens in carceribus dicti hospitalis includat͛ ibiq; detineatur ad
beneplacitū dicti rectoris. Et ꝙ similia signa ponātur & teneātur super oibus & in omnibus
coopertoriis lectorū dicti hospitalis & ꝙ oēs & singuli mares dicti hospitalis habeāt & portēt
mantellū amplum cum caputeo tetro & ēt capellinam super eoꝝ capitibus cum dicto signo,
& ꝙ habere uel portare nō possint cappam seu mantellū rotundū seu thedeschinū seu gaida
tam uel coprerone nec pantū aliquē coloratū. Cōtrafaciens in prædictis uel aliquo prędicto
rum in dictis carceribus recludatur. Et nihilominus postquā talis carceratus fuerit de dicto
hospitali eiciatur prout & qn̄ dicto rectori placuerit. Et ꝙ oēs & singulæ personę dicti hospi
talis debeant simul in eodē refectorio comedere separatim tū masculi a feminis, & de coqui
na & uictualibus cōibus, cōtrafaciens puniatur ad arbitrium dicti rectoris. In quoꝝ tū nume
ro nō includantur infirmi seu qui sibi diminutionem sanguinis ē fecerint & aliquā medelam assumse
rent, qui alibi & de aliis uictualibus sibi magis expedientibus comedere licite & ipune possint,
iuxta discretionē tū & prouidentiam dicti rectoris. Et ꝙ nullus masculus maior. x. ann. iacere
possit in loco deputato mulieribus habitantibus in dicto hospitali. Et uersa uice nulla mulier
maior octo annis iacere possit in loco masculis deputato. Cōtrafaciens coherceatur & corri
piatur arbitrio dicti rectoris. Et ꝙ oēs familiares dicti hospitalis & pauperes qui ibidem rece
pti fuerint, ali debeant decenter & cōmode, de bonis dicti hospitalis, & ꝙ oēs fructus ꝗ in
dicto hospitali ultra massaritias expensas dicti hospitalis sup habundauerit ānuatim quolibet ex
pendantur & cōuertantur in maritando & dotando mulieres in dicto hospitali morantes uel
in alia cōmoda dicti hospitalis prout dicto cōi magis expediēs & cōueniens uisum fuerit. Et
q rector dicti hospitalis recipiat in dicto hospitali oēs psonas pauperes & ifirmas quę de suis
facultatibus nullatenus ualeant substentari. Et ꝙ nulla persona in dicto hospitali habitās seu
ibi recepta habeat uel habere possit aliquā cameram separatam a cōi dormitorio seu lectū
suum clausum siue circūdatum sirgis cortinis uel re alia, sed stare debeant in cōi dormitorio p
is sui sexus deputato. Cōtrafaciens eiciatur de hospitali prędicto, ita tū ꝙ in infirmis hoc nō
uēdicent sibi locum. Itē ꝙ quilibet de dicto hospitali ætatis. xiiii. ann. uel abinde supra vsq;
in ætatem lxx. ann. sanus corpore teneatur colere terras & possessiones dicti hospitalis & alia
negotia dicti hospitalis gerere iuxta mandatū dicti rectoris prout magis & melius poterit, cō
trafaciens eiciatur de hospitali prędicto. Insuper statuimus ꝙ si aliqua psona oblata seu pie
tata dicti hospitalis de dicto hospitali aufugerit seu de dicto hospitali recesserit uel expulsa
fuerit sui culpa, de cætero in dicto hospitali nō recipiatur nec recipi ualeat sine licentia & vo
luntate dicti cōis. Præterea uolumus statuentes adhoc oēs & singuli habitantes in dicto ho
spitali sint conscii prædictorū nec de eis possint prætendere ignorantiam aliquam quod pię
sens capitulum saltem semel quolibet mense ad eorum plenā intelligentiam legatur uniuersis om
nes uulgariter & distincte.

¶ Quod causæ hospitalis charitatis expediantur breuiter & sum
mariæ infra quadraginta dies. Rub. 12.

ITem statuimus ꝙ oēs & singulæ lites & causæ ciuiles ordinariæ uel extraordinariæ
hospitalis charitatis cōis tēderti tam pendentes quā futuræ & tam in agendo quam in
defendendo ac etiam in reconueniendo ad requisitionem & beneplacitum rectoris seu

sindici dicti hospitalis cognoscant examinent discutiatur & terminetur, & executioni mandetur, breuiter summarie, & de plano, & sine strepitu, & figura iudicii. Necnon tam iuris cois quam et statutor. cois tuderti solemnitate omissa. Et quod iudices coram quibus dictae lites & causae uertentur eas terminare & diffinire debeant infra. xl. dies, ex die dictae motae litis, & causae computandos. Et siquis ipsorum iudicum negligens seu culpabilis fuerit in praedictis, in lib. 50. corto. uice qualibet puniatur. Et quod quilibet iudex cois tuderti teneatur ad petitionem dicti rectoris seu sindici eundem rectorem seu sindicum inducere in corporalem possessionem oium bonorum quae olim fuerunt oblatorum dicti hospitalis siue ad eos peruenerunt tpe ipsius oblati.

Quod bona hospitalis charitatis absque licentia consilii populi alienari, vel obligari non possint. Rub. 13.

ITem statuimus quod per aliquem rectorem, vel sindicum hospitalis charitatis, siue per capitulum hospitalis praedicti non possit quolibet in futurum contrahi aliquod mutuum uel obligatio aliqua, de aliqua quantitate pecuniae uel re alia nec aliquid de possessionibus dicti hospitalis pignorari, uel quouis alio modo uel titulo alienari, sine expressa licentia consilii populi dicti communis, & si contrafieret non valeat neque teneat ipso iure.

Quod dni priores vadent ad hospitale charitatis de rone reddenda eis de bonis hospitalis eiusdem. Rub. 14.

ITem statuimus quod dni priores populi tudertini teneantur & debeant tpe cuiuslibet prioratus oes uel saltem octo ex eis una cum notario ire ad supra dictum hospitale charitatis & ibi facere inquisitionem solenem de hiis quae fiunt & administrantur in dicto hospitali & si inuenerint aliquod malefactum uel aliquid quod uideretur dictis dnis prioribus legi facere in consilio populi quod fiat sup pdictis illud quod ipsis dnis prioribus uidebitur & placebit. Et quod ipsi dni priores semel in anno de mense Ianuarii reuidere possint & debeant inuentaria oium & singulorum bonorum & iurium dicti hospitalis, seu ad dictum hospitale pertinentium, ac et exituum expensarum & debitorum eiusdem hospitalis, & de praedictis rationem diligenter reuidere, & calculare, eamque recipere ab administratoribus dicti hospitalis, & quod faciant obseruari omnia & singula statuta facta in utilitatem hospitalis praedicti.

De inquisitione facienda per rectorem dicti hospitalis. Rub. 15.

ITem quilibet rector dicti hospitalis debeat diligenter perquirere si in dicto hospitali est aliquis piectius aetatis. xv. ann. uel abinde supra, & si quem ibi esse inuenerit, opere ut propositum talis piectius in dicto hospitali debeat se offerre. Et siquis ipsorum hoc facere recusauerit de ipso hospitali expellatur sine spe aliqua ulterius redeundi ad hospitale praedictum.

Quod rector dicti hospitalis notificet dnis prioribus ordinamenta & inuentarium ipsius hospitalis & ipsa ordinamenta penes se habeat. Rub. 16.

ITem statuimus & ordinamus quod rector dicti hospitalis teneatur & debeat singulis annis prima hebdomada mensis Ianuarii comparere coram dnis prioribus populi tudertini & eisdem notificare contenta in ordinamentis dicti hospitalis. Et coram eis inuentaria dicti hospitalis in scriptis exhibere uinculo iuramenti ad penam. xxv. lib. corto. eidem de facto si contrafecerit auferendam, & idem rector debeat penes se habere omnia & singula statuta & ordinamenta facta & imposterum facienda per coe tuderti pro hospitali praedicto super negotiis ipsius hospitalis, & ipsa statuta & ordinamenta saltem semel in anno legi facere in capitulo seu adunantia ipsius hospitalis.

¶ Quod hospitale charitatis non teneatur ultra vires hæreditatis ad ipsum hospitale deuolutate. Rub. 17.

Item statuimus q hospitale charitatis pro aliqua hæreditate eidem delata uel imposterum deferenda totaliter uel pro aliqua parte iure directo uel fideicōmissi siue substitutionis cuiuscūq seu alio quoquo iure & per ipsum hospitale seu eius nomine iam addita & acceptata seu in posterū adeunda & acceptāda teneri seu quoquomodo grauari nō possit nec debeat a quacūq persona, loco, collegio, uel uniuersitate, ultra uires hæreditatis eiusdē. Ac ēt eidem hospitali cōpetat & cōpetere possit & debeat cū effectu quarta trebellianica & falcidia, oēq aliud ius & cōmodū perinde ac si de ipsa hæreditate pro parte dicti hospitalis inuentarium legitimæ & infra legitima tempora factum esset, & omnia alia iuris solēnia & opportuna legitimæ ad plenū obseruata fuissent, quę omnia fictione & auctoritate pñtis capituli pro factis obseruatis & adimpletis intelligi uolumus & mandamus.

¶ Quod sindicus hospitalis charitatis admittatur ad accusandum. Rubrica. 18.

Item statuimus q sindicus hospitalis charitatis admittat ad accusandū in curiis maleficiorum cōis tuderti de quocūq maleficio per quācūq personā cōmisso seu q cōmissum diceret in aliqua re ad dictū hospitale pertinente quocūq iure uel titulo & ad procedendum in ipsa cā ad actus oēs & singulos opportunos tanquā legittimus accusator.

¶ De uno bono doctore in iure ciuili forense habendo. Rub. 19.

Item statuimus p augumēto honore & statu ciuitatis tuderti q dñi priores ppli ciuitatis tuderti qui p tpe fuerint teneant & debeant uinculo iuramēti post approbationem pñtis statuti infra duos menses ex tunc proxime sequuturos cōuocari & adunari facere in palatio corū habitationis .lx. bonos uiros maioris librę, quorū .xxx. debeāt esse magnates & potentes, & alii .xxx. sint populares & consules artiū dictæ ciuitatis, & inter eos proponere quid sit agendū per dictum cōe & ipsos dños priores, de electione & super electiōe unius boni doctoris iuris ciuilis forensis habendi in ciuitate tuderti qui iura doceat uolentes ipsa iura audire. Et quid faciendum sit de ipso bono doctore hñdo & de salario eidem doctori per dictum cōe dando & pro quanto tpe eligatur, & gñaliter de omnibus aliis pactis & cōuentionibus cum ipso doctore faciendis. Et quicquid per ipsos dños priores & prędictos .lx. bonos uiros, & consules seu duas partes ipsorū, de prędictis & super prædictis prouisum ordinatum & deliberatum fuerit, ualeat & teneat & executioni mādetur, per ipsos dños priores, infra duos menses a die prouisionis prædictæ in antea cōputandos aliquo statuto seu reformatione in contrarium loquentibus non obstante.

¶ Quod quilibet artifex possit uenire & stare in ciuitate tuderti. Rub. 20.

Item statuimus q quilibet forēsis iuris peritus lanarolus, mercator, faber seu alius artifex libere possit uenire ad ciuitatē tuderti, & in ea stare & habitare in ipsa ciuitate suam aduocationem & artem facere, & exercere, non obstante aliquo statuto reformatione uel ordinamento cōis tuderti in contrariū loquentibus. Dūmodo talis forensis non possit comedere uel bibere cū aliquo officiali forense dicti cōis tuderti sub penam .xxv. lib. corto.

¶ Quod mulacterii possint uenire ad ciuitatē tuderti libere. Rub. 21.

Item statutum est q quilibet uecturalis & mulacterius licite libere & impune uenire possint cum salmis pānorum & aliarū mercium ad ciuitatem tuderti. Et quod nullus ciuis uel comitatinus

284

tatensis tuderti possit tali uecturali siue mulacterio suos mulos & alias bestias seu quicquam aliud auferre uel auferri facere, occasione aliqua represaliarum, & quod tales uecturales & mulacterii & quilibet eorũ cum talibus rebus licite libere & impune stare & esse possint in dictis ciuitate & comitatu per duos dies integros & cõtinuos & quod infra dictos duos dies grauari uel molestari non possint personaliter uel realiter per quãcunque personã prętextu siue vigore vel occasione cuiuscunque represaliæ per dictum cõem tuderti concessæ uel impostetum cõcedendæ.

Quod cuilibet alienigenę liceat venire ad habitandum in ciuitate & comitatu tuderti. Rub. 22.

ITem statuimus quod quilibet forensis licite possit venire ad habitãdũ in ciuitate & comitatu tuderti & quod in dictis ciuitate & comitatu tuderti stet securus & saluus in personis & rebus. Et quod ipsius loci habitatores teneantur talem aduenam benigne tractare & recipere & eum defendere ab omni lesione & molestia. Ita tñ quod si talis aduena cum rebus alterius ad ipsam ciuitatem uel eius comitatum accessisset potestas dictæ ciuitatis eum compellat omnibus iuris remediis opportunis ad restituendum ipsas res ei ad quem pertinerent prout iustitia suadebit.

Quod liceat mercatoribus vendere eorum mercantias & de pena contradicentis. Rub. 23.

ITem statuimus quod quilibet mercator forensis possit & ei liceat in ciuitate & comitatu tuderti vẽdere suas mercantias ad grossum & ad minutũ, sicut ei placuerit, sine cõtradictione cuiusquã nõ obstãte aliquo statuto uel ordinamẽto alicuius artis ciuitatis tuderti, quod incõtrarium loqueretur. Et quod nullus possit alicui de dictis mercatoribus de aliquibus mercantiis quas uẽderet in dictis ciuitate uel comitatu accipere uel ab eo retinere caput libram. Si quis uero contrafecerit in prædictis uel aliquo prędictorum puniatur uice qualibet in centum lib. cortonen.

Explicit huius operis.

Impressum in Inclita Ciuitate Tudertina de mãdato Generalis consilii eiusdẽ Ciuitatis procurantibus Consulibus Collegii Aduocatorum, Procuratorum & Notariorum Ciuitatis eiusdem per Petrum Mattheum Thesori de foro Sempronii. Anno Domini. M. D. XLIX. & De. 16. Augusti dicti Anni.

285

14

INCIPIUNT REFORMATIONES STATUTORUM Ciuitatis Tuderti.

¶ Declaratio & limitatio Statuti positi sub Rub. de citationibus & exbanni- mentis in maleficiis faciendis. Rub. i.

DEcreuerunt & reformauerunt quod si talis accusatus denũciatus vel inquisitus tunc tem- poris non habitauerit, nec habitare dicatur, in Ciuitate burgis vel suburbiis seu in comitatu Tuderti & fuerit ipse citãdus de Ciuitate, terra vel loco distanti ab ipsa Ciuitate Tuderti vltra dietam idest vltra viginti miliaria eo casu fieri possit & debeat eius ci- tatio voce p[illegible]conum in loco publ. dicte Ciuitatis cum terminis secundũ loci distantiam sta- tuendis arbitrio procedẽtis & hec habeatur & sit vltima citatio qua sic facta, procedatur vl- terius secundum formã statuti prædicti de hac materia superius tractantis. Et hoc eidem ser- uetur quo ad eos qui essent intra territorium Tudertinum in loco nõ subdito dicto communi.

¶ Quod propter pacem & confessionem sola dimidia minuatur. Rub. ii.

ITem ordinauerunt quod facta confessione per reum pro [illegible] ipso statuto sit detractio quar- ta par[illegible] poenæ alias imponende de iure secundũ formã statuti [illegible] & ordinamentorũ [illegible] communis diminuatur cõuentio. Et quod pro pace facta & etiã producenda sit p for- mam dicti statuti, quod de hac materia loquitur expressum est alia quarta pars eidem reo di- minuatur de con[illegible] contra ipsum facienda, tamen casu quo ipsa cõfessio dictam pa- cem legitime sequitur vel præcedit, & aliter ad pacis beneficium nihil prosit ita quod propter solam confessionem, tantum quarte partis diminutio fiat, & quod pro pace & confessionem si- mul iunctas, et cumulatas solum dimidia possit minui in illis dumtaxat casib. [illegible] eo modo & [illegible], quæ [illegible]ditur a statutis prædictis & sicut ab eisdem permittitur vt superius dictũ est. Quam legem locum solum habere volumus in maleficiis committendis.

¶ Suppletio & declaratio statuti de poena verborum iniuriosorum. Rub. iii.

ITem decreuerunt & ordinauerunt quod si quis dixerit [illegible] alicui vel cõtra aliquẽ [illegible] iniuriosa [illegible] pro ipsis verbis licet plurib. vnã tm̃ [illegible] eadem rixa non diuertendo ad alios actus extraneos dictis poenis xx. solid. & [illegible] super vsque in quantitatem librarum viginti arbitrio iudicis cognoscentis [illegible] qualitate personarum loci seu tem[illegible].

¶ Suppletio statuti supra poena imponenda singularib. receptantibus exbannitos. Rub. iiii.

ITem addentes [illegible] quod quecunque persona aliquem ex ipsis exbannitis & con- demnatis seu condemnatis tamen dicti cõmunis ciuitatis Tuderti scienter [illegible] in comitatu Tuderti [illegible] sua domo vel sua habitatione morari siue stare permiserit contra formam dicti statuti & prohibitionis ipsius poenæ centum lib. den. [illegible] incurrat vice qualibet ipso facto. & hoc casu vniuersitas vbi dicta domus est sita in qua dicta re- ceptatio facta est minime puniatur.

¶ Quomodo Sindici debent denunciare Maleficia. Rub. v.

PRouiderunt ordinauerunt decreuerunt & deliberauerunt quod deinceps oẽs & singuli Sindici Massarii, & quicunq quibus secũdum formam statutorũ siue ordinamẽtorum dicti communis incumberet aliqua maleficia denũciare regiminibus Ciuitatis prædictę teneantur infra terminum in ipsis statutis siue ordinamentis contentũ personaliter adire dominum Potestatem siue Capitaneum Ciuitatis Tuderti tũc in ipsis regiminibus præsidẽtes siue ipsorum uel alicui eorum iudicibus maleficiorũ ipsisq una uoce dumtaxat ipsa maleficia referre & denunciare fideliter & integraliter perfecteq; quodq eorũ ipse potestas & Capitaneus siue iudex teneantur antequam ipsi denunciatores ab eis se separent scribi facere predictas denuncias per unum ex eorum notariis ad maleficia deputatis, integraliter fideliter, & perfecte considerata in prædictis sola facti ueritate mera. Ita q nihil ultra uel cõtra ipsius rei ueritatem in predictis denunciis inferatur, saluis aliis quæ circa dictam materiam sunt statuta in quocunq statuto uel ordinamento dicti communis. Verum si quis ex ipsis denunciatoribus formam predictam in sua denuncia ob aliquam suam fraudem culpam uel negligentiam non seruauerit ex tunc pro non denunciata habeatur & reputetur. Et insuper quilibet de predictis rectoribus seu iudicibus contrafaciens in predictis uel aliquo prædictorum p cenam centum librarum cortonensium se nouerit incursurum ipso facto. non obstante in prædictis uel aliquo prædictorum aliquo capitulo statutorum uel ordinamentorũ Tuderti de hac materia loquente & specialiter capitulum 17 tertię distinctionis nolumus statutũ dicti communis de poena comitatus nõ denunciantis maleficia siue aliquo alio, quod in contrarium loqueretur. Quibus omnibus ex certa scientia presens decretum uoluerunt præualere & derogatorium esse in parte prædicta mandantes presens decretum pro generali lege dicti cõmunis obseruari.

De salariis officialium ciuium.

Rub. vi.

IN primis quidem ne aliqui officiales ciues grauent ultra debitum ratiõis aliquos in eorum officiis, prouiderunt ordinauerunt & deliberauerunt quod deinceps omnes & singuli officiales dicti & eligendi ad quæcunq officia communis prædicti salarientur & ipsis salarium deputetur prout inferius continetur & quod ultra infrascripta salaria taxam & declarationem nihil aliud petere, accipere exigere uel habere possint uel debeant aliquo quæsito colore uel ingenio, sed dictis salariis sint & stent tacita & contenta sub poenam & sub poena decem librarum pro quolibet ipsorum & ammissionis eorum salarii & restitutionis totius eius quod acceperint contra præmissa uel aliquod præmissorum. saluo quod eis licitum sit de quocunq rogitu seu publico instrumento uel publica scriptura per eos in dictis eorum officiis infrascriptis fiendis in futurum a cuiuscunq specialis personę ipsis notariis & officialibus sibi solui facere & eis prouideri de salario & mercede competenti.

Salaria uero dictorum officialium sint & esse debeant infrascripta u3.

Notarii officiales ciues cameræ Tudertinæ habeant & habere debeant pro quolibet eorum & quolibet mense libras decem denariorum corton.

Notarii & officiales Gabella pro quolibet ipsorum libras octo den. corton.

Camerarius gabelle habeat & habere debeat pro quolibet mense sedecem libras corton.

Notarii & officiales supra conducta & officiorũ conductæ habeant pro quolibet ipsorũ & quolibet mense florenos duos.

Et quod

Et quod omnes alii ciues eligendi super aliquibus negociis dicti communis & ad quæcunque officia debeant salaria & eis salarium certum deputari secundum discretionem duorum priorum populi & Communis Tuderti de cõscientia tamen dictis cõmunis & eius uoluntate uel alterius qui loco ipsius in dicta ciuitate persistant his uidelicet quorum salaria hic non essent specificata.

De prædictis uero sint excepti notarii & officiales ciues electi & deputandi ad ciuilia & ad officium & ad banchum militis curia cõmunis Tuderti quos & eorum officium ordinauerũt secundum ordinem infrascriptum uidelicet quod dicti notarii & officiales de cetero eligentur & eligi debeant & possint pro duobus mensibus & infra duos menses & eis soluatur & accipere possint & debeant pro eorum laboribus & mercede secundum taxam & ordinem infrascriptum uidelicet.

Pro qualibet commissione cuiuslibet citationis sol. unum.

Pro relatione & præsentatione dena. sex

Pro commissione tenuta solidum unum & dena. sex

Pro iuramento testium pro quolibet teste den. sex

Pro qualibet pronuncia interlocutoria sol. unum dena. sex

Pro examinatione cuiuslibet testis solidos duos.

Pro petitione solidum unum.

Pro pronunciatione sententia & mandato de soluendo diffinitiuis uel quæ habet uim diffinitiua solid. duos denarios sex.

Pro quolibet alio actu extraordinario uel hic non expresso den. sex

Pro copia quorumcunque actorum testium & scripturarum pro qualibet carta sol. tres

Pro qualibet exceptione seu responsione & quolibet articulo den. sex

Et quod ultra uel præter dictam taxam & quantitatem prædictam uel aliud accipere uel habere possint uel debeant aliquo quesito colore directe uel per obliquum sub poena decem librarum pro quolibet ipsorum.

Exceperunt & a prædictis notarios & officiales ponẽdos & eligendos ad exequutionem datiuarum ueterũ qui quidem possint & eis liceat accipere & habere pro eorum laboribus & mercede pro quolibet acconcimine cuiuslibet specialis personæ & cuiuslibet datiuæ sol. unum.

Pro qualibet cõmunitate & decem laribus supra & qualibet datiua sol. tres

Pro qualibet communitate a decem laribus infra & qualibet datiua sol. duos.

De mercede exactorum datiuarum.
Rub. vii.

NEc non habeãt & habere possint pro exactione & nomine exactionis duodecim denarios pro qualibet libra pecuniæ & totius eius quod soluere fecerint & in camera dicti cõmunis fecerint puenire cũ effectu & quod taliter quod alia exequtio ad petitionem cuiuscunque fieri non expediat pro eisdem & nil aliud percipere uel habere possint uel debeant quoquo non ad poenam decem librarum corton. pro quolibet contrafaciente, & restitutione totius eius quod ultra prædicta exegerint. Et quod nulla uniuersitas Castri uel uillę uel alia quæuis spæcialis persona cogi possit uel grauari uel molestari debeat ad solutionem dictę exactionis nisi semel tantum pro una & eadem quãtitate eius quod soluere teneret sub dicta poena & ad restitutionem eius quod præter dictam formam quod solueretur dictis officialibus uel cuicũque alteri psonæ dictis officialibus & quibuscunque aliis accipiẽtibus auferatur.

¶ Merces exactorum. Rub. viii.

ITem quod nullus exactor datiuarum uel gabellarum aut aliorum onerum quorumcunque & nullus Notarius eis deputatus uel deputandus possint uel debeat aliquod recipere uel habere pro aliqua exactionis apodissa uel acconcimine nisi tantum quod habeant pro eorum salario & exactione a cõmuni Tuderti & a Camera dicti Communis quatuor florenos auri pro quolibet miliari florenorũ quos colligeret & abinde supra & infra pro rata prout tangit & non ultra aliquo quæsito colore. & quod dictis quatuor florenis & solutione ad dictã rationem contenti sint & esse debeant pro omni eorum uel alterius labore scriptura salario, & mercede,& quod teneantur & debeant facere apodissam solutionis cuilibet petenti sine aliqua solutione,& absque aliquo alio salario,& mercede ad poenam & sub poena decem librarum denar. corton. & amissione dicti salarii, & mercedis & restitutionis, quod ultra acceperint pro quolibet ipsorum, & qualibet uice qua contrafecerint in præmissis uel aliquo prædictorum,Et quod de prædictis stetur & crediatur sacramento cuiuslibet personæ aliquid ultra & cõtra prædicta formam soluentis cum uno teste. Et quod exactores huiusmodi post triennium non possint quoquomodo datia collectas uel gabellas exigere, sed post dictum tempus censeatur facta solutio, & soluere debentes sint poenitus liberati & securi a solutione de cetero facienda. Et hoc ideo quia multæ fraudes committi consueuerunt in dictis exactionibus.

¶ De modo seruando pro cancellarium & mercede soluenda. Rub. ix.

ITem quod deinceps Cancellarius & Notarius reformationũm Communis Tuderti qui nunc est,& pro tempore fuerit. Teneatur recipere pro quælibet scriptura tradenda in publ. formam alicui speciali personæ, illud salarium mercedem & præmiũ,quod declarabunt domini priores,qui pro tempore fuerint & non ultra.Et quod dictus Cancellarius teneatur mittere & ponere in uolumine statutorum communis Tuderti omnia decreta & reformationes, de quibus fuerit rogatus, in quibus contineatur & actum sit per priores, quod ipsa sine ipsæ in ipsis statutis debeant inseri. Et quod camerarius camere cõmunis Tuderti teneatur & debeat dare & tradere eidem Cancellario pergamenum necessarium pro prædictis infra tres dies postquã fuerit requisitus a dictis prioribus uel cancellario. Et quod ipse Cancellarius permittat extrahere, & copiare de libris dictæ cancellariæ omnes & singulas scripturas in dicta cancellaria existentes publicas uel priuatas, per quemcunque notarium dictæ Ciuitatis sine aliqua solutione eidem fienda. Saluo quod in dicta scriptura expresse nõ contineatur quod dicta scriptura de Cancellaria extrahi non possit,& quod sit secreta, Et hoc non intelligatur de scripturis quibuscunque quæ per dictum cancellarium factæ essent. uel fierent in seruitium alicuius specialis personæ, & quæ personam aliquã specialiter tangerent. Quimmo eo casu illi Cancellario qui rogatus esset tempore sui officii de dictis scripturis, licitum sit & existat extrahere & copiare & nemini alii sit permissum sine licentia & uoluntate dicti cancellarii recepta cõpetenti mercede & pretio declarando per dictos dominos priores utsupra exceptis etiam copiis inquisitionum denũciationum & accusationũ transmissis uel transmittendis per quemcunque officialem dicti communis ad dictam Cancellariam de quibus nulla copia dari possit, sed permittat legere & ibidẽ ipsas copias cuilibet petenti & cuius interest.

Quæ omnia dictus Cancellarius & Notarius facere obseruare & adimplere teneatur & debeat ad poenam decem librarum de suo salario auferen. Quotiens in prædictis uel aliquo prędictorum per eum fuerit contrafactum & qualibet uice de suo salario retinen. per camerarium camere Tudertine.

Item quod dictus Cancellarius teneatur & debeat tempore iuramenti præstandi per dominos & infrascriptos officiales ciues deputandos ad dicta & infrascripta officia eos monere, & ab eis corporaliter iuramentum recipere de & super obseruantia prædictorum contentorum in dictis & infrascriptis capitulis.

Item quod notarii & officiales deputandi super conducta & qui fuerunt & erunt pro tempore teneant & debeant facere mostram reassignationem omnium & singulorum officialiũ stipendiariorum & eorum familiarium & equorum bis quolibet mense ad minus & plus ad mandatum dominorum priorum qui sunt & pro tempore fuerint nominatim & cum signis pilis & statura dictorum famulorum, & equorum ita, quod bene recognosci possint. Et omnes & singulos defectus, pontaturas si quæ fuerunt statim ea die uel sequenti quæ mostra uel reassignatio facta fuerit in scriptis referre dare & assignare teneantur uel debeant camerario cameræ Tudertine ad poenã. xxv. librarum & amissionis eorum salarii supradicti, ac etiam tempore sindicatus dictorum rectorum & officialium dare & tradere dictos defectus & pontaturas infrascriptis sindicis dictorum rectorum & officialium & tempore sindicati ipsorum ad pœnam prædictam. Et etiam teneantur & debeant facere reassignam omnium & singulorum castellaniorum & eorum famulorum & ipsorũ defectus si qui fuerint dicto camerario assignare. Qui camerarius teneatur & debeat sub uinculo iuramenti & ad penam quinquaginta librarum corton. dictas appontaturas & defectus retinere & discomputare in & de salario & stipendiis dictorum officialium & stipendiariorum & castellanorum illas uidelicet quantitates pro defectibus & appontaturis præ dictis in statutis cõtentas, quæ discomputari consuete sunt in dicta ciuitate Tuderti & secundum declarationem dictorum sindicorum dictorum rectorum & officialium & tempore sindicatus prædictorum. Et quod dicti defectus & pontaturæ quæ & qui essent & quæ reperirent & repertę essent in prima mõstra quę fieret dictis rectoribus officialibus stipendiariis famulis & castellanis intelligantur esse a primo officii talium rectorum officialium famulorum stipendiariorum & castellanorum usque ad primam monstram prædictam & ad tempus dictę primæ monstrę. Et sic subsequenti a tempore unius monstræ ad aliam monstram pręcedentem. Et quod quandocunque remitteretur ad petitionem dictorum rectorum officialium castellanorum & stipendiariorum uel alterius eorum aliquis Iudex notarius domicellus famulus uel equus loco alicuius Iudicis Notarii domicelli famuli uel equi qui tempore talis remissionis esset absens intelligatur talis absentis defectus talis absentis a tempore monstrę præcedentis usque ad talem remissionem non obstante aliquo alio statuto in contrarium disponente. Item quod defensor & iudex appellationum & recursuum & damnorum datorum communis Tuderti qui nunc est & pro tempore fuerit non possit nec debeat aliquid percipere uel habere ex consuetudine.

De compromissis Rub. x.

ITẽ uolẽtes quãtũ eis sit possibile cõsanguinitatũ litibus obuiare ipsarũque parcere sumptibus & expẽsis & quia lites inter tales plerumque ad peiora ptendũt puiderũt ordinauerũt

& deliberauerunt & reformauerunt quod omnes causæ lites questiones & controuersiæ quæ essent uel esse possent uel orirentur inter aliquos consanguineos uel affines usq; in tertiũ gradum consanguinitatis uel affinitatis inclusiue secũdum ius Canonicum computan. compromittantur in duos consanguineos uel affines si reperientur in ipsorum consanguinitate uel affinitate uel in alios de quibus partes fuerint in concordia si non reperientur uel quod dictos consanguineos non haberent compromittantur in duos bonos uiros eligendos per dictos cõsanguineos uel affines unum uidelicet pro qualibet parte & capitaneus & quilibet alius officialis communis Tuderti coram quo talis questio uerteretur uel esset uel esse posset teneatur & debeat ad petitionem alterius partis petentis cogere dictas partes realiter & personaliter & omnibus iuris remediis oportunis ad dictum compromissum faciẽdum. Et ad ipsos consanguineos uel affines ut bonos uiros eligẽdum, Et etiam dictos arbitros & arbitratores sic electos ad acceptandum & ut accepent compromissum in eos factum qui quidem sic electi teneantur & debeant dictam causam litem & questionem sic ut prædicitur eis commissam uidere cognoscere discutere & terminare infra duos menses continuos a die qua ipsum compromissum acceptauerunt ad penam centum sol. den. cortonensium & in huiusmodi causis litibus & controuersiis dicti tales electi ut arbitri & arbitratores & consanguinei communes & amicabiles compositores possint & debeant cognoscere procedere inuistigare & sententiare & laudare & terminare breuiter summarie & de plano sine strepitu & figura iudicii diebus solennibus & feriatis omni iure & iuris ordine prętermissis sola facti ueritate inspecta. Et si dicti tales sic electi non essent concordes in laudando & terminando dictas lites causas & questiones ꝙ tunc & eo casu possint & debeant dicti sic electi eligere in tertium alium consanguineum uel affinẽ siue bonum uirum Et tunc duo ex eis qui cõcordes fuerint possint & debeãt dictas causas lites questiones & controuersias decidere & terminare ut supra dictum est non obstante contradictione alterius, Et quod si dictæ causæ lites questiones & cõtrouersiæ infra dictum terminum per dictos arbitros & arbitratores & amicos communes decisæ & terminatæ non fuerint. Dominus Capitaneus Ciuitatis Tuderti & quilibet alius officialis qui alias de tali causa cognitionem habere teneatur & debeat ad petitionem talis petentis ipsos taliter electos cogere realiter & personaliter ad solutionem penæ prædictæ arbitrio dicti Domini Capitanei ipsosq; in palatio detinere & non relaxare nisi prius dicta causa questio & cõtrouersia fuerit per eosd ecisa & terminata non obstante quod terminus dictorum duorum mensium fuerit elapsus saluo quod prædicta non uendicent sibi locum instrumentis liquidis guarantigiatis tantum. Et ꝙ Potestas & Capitaneus & quilibet alius officialis communis Tuderti ad petitionem partis petentis de sententia & laudo per dictos arbitros & arbitratores inde lato & dato executionem realem & personalem facere teneantur & debeant post lapsum decem dierum a die sententie computandorum si non fuerit recursum quemadmodum fit de instrumentis puram guarentigiam continentibus aliquo in contrarium non obstante. Et si a dictis laudo & sententia seu arbitramento per aliquam partium recursum reclamatum seu de nullitate dictum & talis recurrens seu de nullitate dicens subcubuerit non possit amplius a sententia lata super dictis recursu & nullitate appellare uel de nullitate dicere, Et super appellatiõe nullitatis nullatenus audiatur sed potius ut supra dictum est executioni mãdetur aliquo in contrarium non obstante.

Cognitio militum in ciuilibus. Rub. xi.

ITem ad hoc ut causæ & quæstiones paruarum quantitatum & qualitatum quæ præcipue tangunt pauperes & miserabiles personas expediantur & dictæ pauperes & miserabiles personæ non aggrauentur dictis de causis in sumptibus & expensis prouiderunt ordinauerunt & deliberauerunt & reformauerunt quod milites socii Capitanei seu potestatis ciuitatis Tuderti & quilibet eorum possit & ualeat cognoscere terminare & diffinire omnes & singulas causas ciuiles inter quascunque personas uertentes usque in quantitatem decem librarum inclusiue. Dum modo dictæ decem libre non dependeant a maiori summa breuiter summarie & de plano sine strepitu & figura iudicii sola facti ueritate inspecta & sine aliqua solutione salarii. Et dummodo dicta causa lis & quæstio annuale debitum non contingat nec inferat præiudicium circha proprietatem alicuius rei immobilis Ita tamen quod quelibet pronunciatio & interlocutoria habens uim diffinitiuæ sententiæ & diffinitiua per dictos milites sotios uel aliquem eorum feren. feratur & detur cum consilio & deliberatione iudicis maioris curiæ causarum ciuilium communis Tuderti si hoc per aliquam dictarum partium fuerit postulatum, Et si aliter fieret dicta pronunciatio sit ipso iure nulla hoc tamen addito & expresse declarato quod dicti milites uel aliquis eorum ultra quantitatem prædictam aliquam cognitionem non habeant nec cognoscere possint aliquo tempore ure aliquo uel causa etiam si partes prædictæ consentirent tacite uel expresse aliquo in contrarium non obstante.

Cognitio Iudicis maioris Curiæ. Rub. xii.

ITem similiter dicta cause moti ut causæ usque in quantitatem infrascriptam expediantur & quantum potest parcant litibus & expensis prouiderunt ordinauerunt & deliberauerunt ut supra, quod iudex causarum ciuilium communis Tuderti possit & ualeat ac etiam debeat cognoscere decidere siue de facto terminare omnes & singulas causas lites questiones ciuiles usque in quantitatem uigintiquinque scutorum den. cortor. cursum inclusiue. Dum tamen dicta causa lis & questio non dependeat a maiori summa & annuale debitum non contineat nec preiudicium inferat circha proprietatem alicuius rei immobilis breuiter summarie & de plano sine strepitu & figura iudicii sola facti ueritate inspecta & habita consideratione ad medullam facti & substantiam æquitatis aliquo statuto & ordinamento uel reformatione disponente in contrarium non obstante in aliis uero litibus & questionibus quæ transcenderent dictam summam uigintiquinque scutorum & quæ dependerent a maiori summa per dictos iudices procedatur secundum formam statutorum & ordinamentorum comunis Tuderti & hiis cessantibus secundum formam & censuram iuris communis.

Quod causę soccitæ & bestiarum expediantur per capitaneum. Rub. xiii.

ITem quod omnes & singule lites causę quæstiones & controuersię quæ essent & in futurum uerterentur inter aliquos occasione soccite quarumcunque bestiarum & cuiuscunque laboritii quarumcunque possessionum & terrarum comitatus Tuderti de quibus non apparet publicum instrumentum cognoscantur audiantur & diffiniantur breuiter summarie & de plano sine strepitu & figura iudicii & sine solutione salarii sola facti ueritate inspecta per dominum Capitaneum Ciuitatis Tuderti uel per dominum Potestatem

294

aliquo statuto ordinamento uel reformatione in contrarium disponente non obstante.

De Feriis. Rub. xiiii.

Item quia propter multiplices Ferias ex forma statutorum communis Tuderti inductas causae dilatantur & ciues ex hoc damnificantur maxime propter temporis prolixitatem modificauerunt & resecauerunt & a temporibus & diebus feriatis in statutis communis Tuderti [illegible] detraxerunt & exemerunt omnes dies in dicto statuto pro feriatis descriptos [illegible] infrascriptis quos tantummodo pro feriatis haberi & seruari decreuerunt v3.

Omnes dies Dominici per totum annum.

Omnes dies festorum [illegible] apostolorum & euangelistarum.

Omnes dies Pasc[illegible].

Item dies Natiuitatis Domini nostri cum duobus precedentibus & tribus subsequentibus.

Item diem Epiph[illegible].

Item septem dies ante & post pascha resurrectionis.

Item Trinitatis. Item corporis Christi.

Item propter nundinas per octo dies ante & octo post pascha pentecostes.

Diem annunciationis beatae Mariae Virginis Natiuitatis eiusdem assumptionis.

Diem ascensionis domini. Diem paschatis pentecostis cum duobus sequentibus.

Diem natiuitatis sancti Ioannis baptistae. Diem sancti Fortunati.

Diem sancti Francisci. Diem omnium sanctorum cum die sequenti. Diem sancti Nicolai.

Diem in quo consilium [illegible] celebratur. Item a Die Natiuitatis beati Iohannis baptistae usque ad festum assumptionis beatae Mariae Virginis de Mense Augusti pro messibus.

Item a die quo incep[illegible] uindemia & per uiginti dies postea pro uindemiis.

De immunitate concessa ciuibus & comitatiuis laboratoribus redeuntibus ad comitatum Tuderti & de modo probanda eorum absentiam. Rub. xv.

Item ad [illegible] tam ciues quam comitatiui Ciuitatis & comitatus tuderti coloni & laboratores [illegible] Ciuitate & comitatu tuderti hactenus cum eorum familiis recesserunt amplectantur & [illegible] redeundi pro bono & utili dicti communis & comitatus praedicti prouidere [illegible] decreuerunt & statuerunt domini Priores & sapientes praedicti quod [illegible] Ciuitatis & comitatus tuderti laborator & consuetus laborare & colere terras qui [illegible] & comitatu tuderti familiariter recessissent a sex annis proxime praeteritis [illegible] familiariter ad habitandum in Ciuitate tuderti ad laborandum terras libere redire possit & sibi liceat uidelicet ciuis in Ciuitate & massarius in comitatu ad laborandum & colendum terras ubi magis placuerit nec grauari inquietari uel molestari possit per aliquem officialem communis tuderti ad solutionem datiuae seu gabellae dicti [illegible] quomodocunque hactenus impositae per commune uel quae imponerentur hinc ad quatuor annos proxime futuros aliquo modo uia uel colore nisi solum unusquisque pro sua libra & suis propriis bonis tantum & non per uniuersitatem unde esset quicunque uero se absentauerit & familiariter recesserit a Ciuitate & comitatu tuderti a sex annis proxime praeteritis [illegible] in ciuitate ciuis in comitatu comitatiuus redire uolens familiariter ad habitandum grauari molestari uel inquietari non possit per aliquem officialem dicti communis pro aliquibus datiis gabellis seu factionibus dicti communis quomodocunque & qualitercunque impositis usque in praesentem diem nec etiam imponendis per commune tuderti per tempus decem annorum

tum

rum proxime futurorum a die qua quisq; redierit & se scribi fecerit per cancellarium dicti cõmunis computan. a quibus omnibus & singulis & ab omni grauamine imponẽdo per commune Tuderti per dictum tempus decem annorum liber sit & esse debeat exemptus etiam & immunis dummodo prefati redire uolentes & dicta immunitate & exceptione gaudere quę in presenti capitulo continentur eorum absentiam probare legitime & effectualiter debeant coram officiali per dominos priores populi ciuitatis Tuderti deputãdo per sindicum & duos massarios castri uel uillę unde esset, Et si sindicus ibi non esset per tres alios bonos & idoneos testes legitime deponentes & prædicta omnia & singula locum uendicent in illis dumtaxat comitatiuis uel laboratoribus qui redirent in comitatum prædictum familiatiter ad laborandum infra unum annũ proxime futurum uel ab inde ultra pro ut dominis prioribus populi Tuderti pro tempore residentibus uidebitur & placebit, Ita tamen quod in prædictis non ueniant nec possint uel intelligantur exbanditi rebelles & condemnati communis Tuderti quæ omnia in præsenti capitulo contenta quo ad eos uel aliquem eorum nullatenus uendicẽt sibi locum.

¶ Ordinamẽta super refectione & acconcimine Castrorũ & uillarum comitatus Tuderti.

Rub. xvi.

IN primis quod omnes & singula castra & uillæ cõmunis Tuderti muri quorum essent diruti uel deguastati seu indigerent reparamine aut acconcimine uel infuturum diruerentur seu deuastarent̃ debeãt remuniri & reaptari modo & ordine infrascriptis. Quod omnes & singuli homines & personæ tam de ciuitate quam de comitatu Tuderti & etiã forenses qui haberent aliquas domos integras uel habentes tres aut duas partes parietis supra murum alicuius castri comitatus Tuderti sir ipsi muro coniunctas muri quorum uel alicuius eorum essent diruti seu deguastati uel quod in futurum diruerentur uel deguastarentur teneantur & debeant eorum expensis dictum murum seu muros castri destructi seu destruendi remurari facere & reaptari usq; ad altitudinem in qua consuetus erat esse murus dicte ipsius domus antequã caderet seu nunc esset murus qui indigeret reparatione & in ea grossitudine ꝓut est alius murus talis castri coniunctus ipsi muro ad calcinam cũ bonis lapidibus in illis partibus in quibus dictus murus qui fieri & reparari debet coniunctus & ligatus esset cum aliis muris dicti castri infra terminum seu terminos per dominos priores populi Tuderti faciendum ad penam. xxv. librarum pro quolibet contrafaciente & qualibet uice dum tamen nullus possit cogi ipsum murum altiare siue ad altiandum suis propriis expensis ultra quam sint alii muri dicti castri coniuncti muris quibus sunt coniunctæ domus ipsius uerumtamen si murus domus seu domorum alicuius præfatorum qui fieri aut reparari deberent non essent tantæ altitudinis quantum alius murus talis castri fiat ab inde supra & muretur expensis omniũ contribuere debentium refectioni & reparationi muri talis castri usq; ad altitudinem aliorũ murorum dicti castri coniunctorum ipsis muris reficiendis ita tamen quod pro declaratione contentorum in præsenti capitulo & ad tollendũ & decidendũ cõtentionis materiã qđ eo casu quo origerit murũ cõmunis in quo uel ad quẽ aliqua domus esset appodiata seu cõtigua muro refici & altiari supra uel ultra altitudinem dicte domus & ultra qđ fuerit altitudo dicte domꝰ dñs dicte domus seu possessor nõ possit nec debeat ex altitudine facta i dicto muro seu ex ipso muro taliter altiato cõmodũ ꝑcipere uel emolumẽtũ seu ipsi muro ualeat aliqđ appo

diare seu in ipso aliquid reedificare uel immittere nisi commodum appodiationis uel hedificationis uel aliud commodum quocunq; modo percipiẽdũ de dicto muro iusto precio emerit ab universitate uel a sindico ad hoc specialiter deputato per massarios ciues nobiles & sergentes castri predicti in qua uniuersitate duarum partium predictorum massariorum ciuium nobilium & sergentium consensus debeat interuenire ad penam. xxv. librarum den. minutorum & in diruptione eius quod fecerit in dicto muro & quod Capitaneus & potestas & quilibet alius officialis ciuitatis Tuderti q inde fuerit requisitus teneatur & debeat predicta omnia facere obseruari uinculo sacramenti.

Item cum in dictis castris & uillis multi existant habentes caselena ortum uel claustrum iuxta seu contiguum muris dicti castri seu uillæ & murus prædictus iuxta dictum ortum casalenum seu claustrum existens sit deguastatus seu dirutus seu in posterum deguastaretur & indiget ipse murus refectione seu reparatione prouiderunt & ordinauerunt quod ipse murus reficiatur aptetur & reparetur in ea altitudine & grossitudine in qua primitus consistebat per uniuersitatem talis castri uel uillæ & quod ad ipsam refectionem & reactationem teneantur & debeant soluere & contribuere omnes habentes casalenum seu claustrum ac ẽt ortũ pro existimatione & ualore talis casaleni orti seu claustri uidelicet pro duplo dictæ extimatiõis per libram quæ extimatio fieri debeat per duos massarios eligẽdos per uniuersitatem prædictã.

Item quod si aliquis ex prædictis habentibus casalenum ortum seu claustrum prope & cõtiguum seu contigua muro alicuius castrorũ & uillarum prædictorũ esset adeo pauper quod suis expensis non possit murum reficere aut reparare quod in eo casu dictus murus reparatione indigẽs debeat refici & reparari per homines dicti talis castri ciues nobiles & sergentes, & forenses habitatores ibidem uel intenuta dicti castri aut habentes domos possessiones in dicto Castro uel eius tenuta si uero aliquis esset non in totum pauper qui reficere seu reparare deberet in aliqua parte murum aliquorum castrorum seu uillarum occasione suæ domus casaleni orti seu claustri quas haberet ibidem contiguas muro castri uel uillæ ille talis non in totũ pauper debeat pro refectione seu reparatione talis muri conferre atq; soluere illam pecuniæ quantitatem quæ declarabitur per dominos priores populi Tuderti.

Item quod si aliqua Ecclesia diocesis Tuderti coniuncta esset muris alicuius castrorũ seu uillarum prædictorum uel haberet aliquam domum casalenum ortum seu claustrum qui uel quæ reparatione uel refectione indigeret iuxta & contiguum seu contigue alicuius castrorum prædictorum & uillarum rogetur dominus Episcopus Tudertinus quatenus sibi placeat precipere rectori dictæ talis Ecclesiæ & ipsum cogere quod dictum murum destructum seu reparatione indigentẽ refici faciat expensis dictæ Ecclesiæ in totum uel in partem pro ut ipsi domino Episcopo uidebitur conuenire gratia & amore communis Tuderti quod si faciat bene quidẽ alias remaneat in ꝓuisione prioꝝ populi Tuderti ita quod ipsi muri penitus reficiant̃.

Item quod cum in casibus pluribus comprehensis in dictis capitulis uel aliquo ipsorum onera expensarum & expensæ factæ & fiendæ circa refectionem murorum seu muri dictorũ castrorum & uillarũ uel alterius ipsorum seu circa aptationẽ & reparationem ipsorũ murorũ uel muri tangant & tangere possint uel debeant singulares homines tam massarios quam ẽt singulares homines & personas ciues nobiles & sergentes ac forẽses ꝓ toto & ꝑ parte tangant & tangere possint uniuersitates dictorum castrorum & uillarũ seu alterius ipsorũ, & cũ contingere possit quod per ipsas uniuersitates uel altera ipsarum in multis partibus murorũ seu muri dictorũ castrorũ & uillarũ seu alicuius ipsaꝝ uel ipsorũ fierent in futurũ aliquæ reparationes aptationes muritia seu altiamenta muroꝝ seu pectoralia torracchiones seu merla de nouo eoꝝ expensæ tangãt seu tangerent dictas uniuersitates uel alterã ipsaꝝ & nõ singulares personas ita quod uolentes in hiis salubriter prouidere prouiderunt & ordinauerunt quod in

casibus in quibus nouum opus aliādi dictos muros seu murū & dicta pectoralia torracchiones seu merla pro acconcimine & reparatione dictorum murorum prædictam uniuersitatem uel aliquam ipsarum fierent in futurum expensæ prædictæ fiendæ seu quæ fierent dicta occasione distribuant & soluantur hoc modo uidelicet quod tertiam partem ipsarum expensarū onerum in ipso tali Castro uel uilla dicti comitatus soluant & soluere teneantur fouentes lares in ipso tali Castro uel uilla dicti comitatus, Et intelligantur fouentes lares non solum qui in ipso Castro larem fouent & habitant sed etiam qui in dicto Castro domum haberent quāuis alibi habitarent, & reliquas duas partes ipsarum omnium expensarum teneantur & soluere debeant omnes habentes possessiones in tenuta dicti castri secundum libram dicti castri allibrati in catastro communis Tuderti positas uel adiacentes in dicto castro uel eius tenuta cum hac & sub hac conditione quod si habentes possessiones haberent domum in ipso tali castro uel uilla soluant & soluere teneantur duplum eius quod soluere tenerentur & deberent habentes possessiones & non habentes domos in ipso tali castro uel uilla.

¶ Item quod nulla persona possit habere aliquod ostium in aliquo muro alicuius castri comitatus Tuderti contra formam statuti dicti cōmunis Tuderti positi in distinctione eius capitulo sub Rub. de pena habentis ostium immunis alicuius castri.

¶ Item quod quilibet sindicus castrorum & uillarum comitatus Tuderti teneatur & debeat ad penam decem librarum den. corton. denunciare officio dominorum priorum populi tuderti infra quindecim dies proxime sequuturos oēs muros dicti castri qui caderent seu essent deguastati & in quibus partibus ipsorum murorum essent deguastati & nomina eorum qui haberent dictum casalenum ortum uel claustrum coniunctos uel coniunctas ipsis muris deguastatis qui domini priores populi tuderti postquam eis notificatum fuerit in unū mensem tunc proxime sequentem ipsos muros debeant facere remuniri & reaptari secundum formā præsentis ordinamenti.

¶ Item ordinauerunt & prouiderunt ad hoc ut omnis contentionis materia amputetur & cesset inter singulares homines & personas quos seu quas huiusmodi negotiū tangeret seu tangere posset quomodolibet in futurum quod ad cauationem fodiationem & acconcimina fossorum & carbonariarum quæ fierent in futurum & quæ factæ essent a klendis Mensis Decembris proxime præteriti & citra & per ipsum tempus usq; modo per aliquam uniuersitatem alicuius Castri uel uillæ dicti comitatus teneantur & obligati existant ad opus dictorū fossorum & carbonariorum singulares homines & personę ipsius castri uel uillæ & massarii & sergentes & forenses habitantes ibidem dumtaxat & etiam massarii & sergentes & forenses habitantes in tenuta dicti castri uel uillæ.

¶ Item prouiderunt & ordinauerunt quod omnes & singuli ciues & nobiles habentes domos in dicto Castro seu uilla seu habitantes in eis teneantur & debeant tantummodo contribuere cum massariis & sergentibus dicti castri uel uillæ pro rata de tabulis palis & lignamine opportunis pro steccato berteschis & ad nauem ipsius castri uel uillę. Et quod supradicti massarii sergentes & forenses ibidē habitantes teneantur & debeant prædicta stecchata berteschas & nauem facere & fieri facere eorum sumptibus & expensis inhibentes quod nulla singularis persona dicti castri uel uillę possit prędicta stecchata bertes. has palos seu lignamina ipsorum deguastare eleuare seu de ipsis aliquid accipere uel diminuere quoquomodo sine consensu dictę uniuersitatis nobilium Ciuium & sergentium ad penam decem librarū denariorum corton. pro qualibet contrafaciente & qualibet uice in qua contra factū fuerit.

¶ Itē prouiderunt & ordinauerūt quod prædicta ordinamenta & quęlibet eorū seu ipsorū locū habeant & se extendant ad pręsentia & futura & ēt ad presentia uidelicet a klendi Decembris pxime præteriti inclusiue anni dñi Millesimi. cclviii. pxime pręteriti & ipsa or

dinamenta & quodlibet ipsorum in qualibet parte sui executioni mandentur per dominos Capitaneos & potestates & quemlibet alium officialem communis Tuderti qui exinde fuerit requisitus sub uinculo iuramenti ad poená quinquaginta librarum dena.corton.summarie & de plano sine strepitu & figura iudicii omni & qualibet iuris & statutorũ solennitate omissa. Quæ quidem pœna tantum in Capitaneum locum habere nullatenus intelligatur & prædicta locum non habeát in aliquo Castro uel uilla dirutis uel diruendis per cõmune Tuderti

Quod nullus possit esse ad aliquod officium nisi distet a Ciuitate Tuderti per. xxx. miliaria. Rub. xvii.

ITem simili modo facto dato & misso partito ad bussulas & palluctas & obtẽto ut supra cum consensu uoluntate & deliberatione dicti Magnifici & excelsi Domini Ludouici statuerunt & ordinauerunt decreuerunt & reformauerunt quod nullus officiales forensis de cetero esse possit in aliquo officio in Ciuitate uel comitatu Tuderti nisi ciuitas uel terra unde esset aut habitaret distet a Ciuitate Tuderti ad minus per triginta miliaria. Et si eligeretur dicta electio sit nulla ipso iure & Talis officialis nullum salariũ habeat Et ad dictũ tale officium nullatenus admittatur & Domini priores Ciuitatis Tuderti dictum talem officialem nullatenus admittant uel recipiant ad pœnam quingentarum librarum den. corton.

Quod Rectores & officiales teneantur facere executiones de datiuis & gabellis absq; aliqua mercede. Rub. xviii.

ITem eodem modo facto & dato & misso partito ad bussulas & palluctas & obtento ut supra cum consensu auctoritate & deliberatione prædicti Magnifici & excelsi Domini Ludouici & statuerunt & ordinauerunt quod quilibet rector & officialis qui nunc sunt & pro tempore fuerint ad aliquod officium deputati in Ciuitate Tuderti teneantur effectualiter facere & fieri facere exequutionem realem & personalẽ de omnibus datiuis gabellis impositionibus prouentibus & obuentibus dicti communis Tuderti præsentibus & futuris cõtra quoscunq; debentes soluere seu qui debebunt seu contra quemlibet de eorum familia masculinum & maiorem quatuordecim annis seu familiares ipsorũ sine aliqua mercede nisi fuerit sibi concessa per dominos priores Ciuitatis Tuderti que exactio nõ possit excedere summam duodecim denariorum pro qualibet libra ad poenam & sub poena quinquaginta florenorum auri pro quolibet ipsorum rectorum & officialium & pro qualibet uice de eorum salario retinendorum per camerarium communis Tuderti uel alium ad quem ipsorum salarii solutio spectat uel spectabit aliquo alio decreto uel ordinamento dicti communis in aliquo nõ obstante.

Quod Rectores & officiales non possint sindicari nisi finito eorum officio. Rub. xix.

ITem eodem modo facto dato ac misso partito ad bussulas & palluctas & obtento ut supra cum consensu utsupra & similiter de nouo decreuerunt statuerunt & ordinauerũt quod nullus Rector uel officialis communis Tuderti possit seu ualeat sindicari nisi post finitum officium talis rectoris uel officialis Et si fieret nõ ualeat nec teneat ipso iure & quod sindici uel officiales qui pro tempore fuerint ad sindicandum dictos rectores uel officiales seu aliquem ipsorum nõ ualeant nec possint ipsos uel ipsum aliquo modo sindicare ante tempus

dicti finiti officii Et quod domini Priores dictæ Ciuitatis Tudertí qui sint & pro tempore fuerint non possint derogare præsenti ordinamento seu aliquam licentiam concedere sindicandi aliquem officialem seu Rectorem dicti communis nisi dicto finito officio sub pœna periurii & quingentorum florenorum auri aliquibus aliis in contrarium non obstantibus.

Declaratio & correctio statuti de successionibus ab intestato & quod intelligatur proprie & in proprie. Rub. xx.

ITem simili modo facto & misso partito ad dictas bussulas & palluctas & obtento ut supra cum consensu auctoritate & deliberatione præfati Magnifici domini Ludouici uolentes declarare capitulum statuti positum in secunda distinctione statutorum cõmunis Tuderti sub Rubrica de successionibus ab intestato Rub. 56. & obuiare dubiis quæ occurrerunt temporibus retroactis super statuto prædicto decreuerunt & ordinauerunt & declarando statuerunt quod dictum statutum & contenta in eo locum habeant tam in maioribus quam in pupillis decedẽtibus in pupillari ætate. Et uerba dicti statuti quoad pupillos & alios quoscunq; intelligantur proprie & in proprie. Et quod pupillus decedens in pupillari ætate intelligatur decedere ab intestato & sine liberis & in dicto statuto dicti pupilli comprehendantur. Et quod prædicta talis declaratio ordinamentum & decretum locum habeant in futuris tantum in præteritis uero dicta declaratio & decretum nullatenus se extendat, Et quod prædicta declaratio quoad præterita non prosit uel obsit alicui quo quomodo. Cetera uero alia in dicto capitulo contenta remaneant in sui Roboris firmitate.

Additio & declaratio statuti quod superstite masculo filiæ fæminæ non succedant. Rub. xxi.

ITem simili modo facto & misso partito ad bussulas & palluctas & obtẽto ut supra cũ consensu dicti domini Magnifici Ludouici & uolentes addere statuto posito in supradicta secunda distinctione sub Rubrica quod filiæ foeminæ superstite masculo nõ succedant ab intestato & qualiter tunc dotentur Rub. 55. & ipsum statutum declarare & modificare uoluerunt statuerunt & ordinauerũt. Quod si quæ mulier de ciuitate uel comitatu Tuderti seu quæ in ciuitate uel eius comitatu incolatum traheret seu habitaret decederet ab intestato cum filiis masculis uel feminis ex diuersis matrimoniis procreatis quod filii masculi unus uel plures in quocunq; numero in uno siue ex diuersis matrimoniis nati habeant & habere debeant iure successionis ante partem de hereditate dicte eorũ matris ab intestato decedentis tertiam partem hereditatis predictæ, Et reliquæ duę partes dictæ hereditatis diuidantur inter dictos filios masculos & filias foeminas quæ ex eadem muliere remanerent æqualiter & in capita dicto iure successionis. Et quæ supra dicta sunt locum habeant & habere intelligantur in nepotibus & neptibus talis mulieris decedentis natis ex filiis seu filiabus talis mulieris si dicti filii uel filiæ non uiuerent tempore mortis talis mulieris u3. Quod dicti nepotes seu neptes succedant in locum patris uel matris præmortui seu præmortuę, Et in dicta hereditate admittantur & succedant in eo loco & pro ea portione in quo & ad quam pater seu mater ipsorum seu ipsarum succederent si uiuerent uigore præsentis ordinamenti tali mulieri decedenti & quod presens additio declaratio & limitatio decretum & ordinamentũ locum habeant in futuris dumtaxat & non præteritis & dictum capitulum, statuti quoad cætera alia in ipso capitulo statuti contenta in sui roboris firmitate remaneat.

❡ Declaratio limitatio & Additio Capituli statuti loquentis qualiter mulieres contrahere possint. Rub. xxii.

ITem reformauerunt uolentes obuiare fraudibus quæ aliquando committuntur in testamentis codicillis & aliis ultimis uoluntatibus ac in contractibus & distractibus aut in donationibus causa mortis uel inter uiuos quæ fierent per mulieres de Ciuitate uel comitatu Tuderti; Et capitulum statuti communis Tuderti positum in secunda distinctione sub Rubrica qualiter mulieres contrahere possint Rub. 54. & declarare limitare & eidē addere & ipsum modificare decreuerunt statuerunt & ordinauerūt quod nulla mulier possit extra Ciuitatem uel comitatum Tuderti cōtrahere uel distrahere aut aliquā donationem causa mortis uel inter uiuos facere sine præsentia illorum siue illius quorum seu cuius præsentia requiratur ex forma dicti capituli dicti statuti mulieribus uolentibus prædicta facere in Ciuitate uel in comitatu Tuderti uel non seruata forma dicti statuti in citationibus & notificationibus pro ut in dicto capitulo disponitur sine præsentia illorum qui requiruntur forma capituli statuti prædicti & si aliter fieret dictus talis contractus distractus donatio causa mortis uel inter uiuos facti extra dictam ciuitatem & comitatum non obseruatis prædictis non ualeat ipso iure. Et similiter dictæ mulieres non possint facere uel condere testamentum codicillum uel aliam ultimam uoluntatem extra dictam ciuitatem uel comitatum Tuderti non seruata forma dicti statuti; Et si fierent dictum tale testamentum seu codicillum uel quælibet alia ultima uoluntas condita, non seruata forma prædicta non ualeant nec teneant ipso iure saluo tamen & excepto ꝙ si qua mulier infirmaretur extra Ciuitatem uel comitatū Tuderti & ipsa existente infirma conderet Testamentum aut codicillos extra dictam ciuitatem & comitatum & deinde decederet extra dictam Ciuitatem & comitatum antequam ad ipsam ciuitatem & comitatum rediret post dictum conditum testamentum & codicillos quod tale testamentum & codicilli ualeant non obstante quod in prædictis non fuerint seruatæ sollemnitates quæ requiruntur ex forma capituli dicti statuti; in casu uero quo dicta mulier rediret in dictam Ciuitatem uel comitatum Tuderti post dictum conditum testamentū seu codicillos conditum seu conditos extra dictā ciuitatem & comitatum Tuderti per dictam talem mulierem non obseruatis solennitatibus dicti capituli dicti statuti dictum tale testamentum seu codicilli non ualeant nec teneant ipso iure; Et præsens declaratio limitatio decretum & ordinamentum se extendat dumtaxat ad futura; Et etiam ad testamentum & codicillos quæ & qui hucusq; facti apparerent per mulieres extra dictam ciuitatem & comitatum quæ mulieres uiuerent tempore præsentis ordinamenti conditi: In aliis uero casibus dictum Capitulum dicti statuti remaneat in sui roboris firmitate.

❡ De pena impedientis officialem uel eius famulum aut baiulum dumsunt pro eorum officio exercendo. Rub. xxiii.

ITem simili modo statuerunt & decreuerunt quod nulla persona audeat uel præsumat impedire aliquem officialem seu familiarem alicuius officialis cōmunis Tuderti aut baiulum aliquem dicti communis Tuderti dum eorum officium exercerent seu exercere uellent in ciuitate uel in comitatu Tuderti contrafaciens uero impediendo aliquem officialē dicti communis puniatur ultra penas contentas in statutis communis Tuderti quæ sibi imponenda ueniret pro aliis maleficiis quæ cōmitterentur contra tales officiales secūdum formam statutorum communis Tuderti in uigintiquinq; libris den. corton. pro qualibet uice & si impedient aliquem familiarem officialiū in decem lib. den. corton. ultra alias penas quæ

sibi imponendæ uenirent pro aliis maleficiis quæ committerentur contra tales familiares secundum formam statutorum communis Tuderti pro quolibet & qualibet uice puniatur, Et si impedierit aliquem baiulũ dicti cõmunis dum iret pro eorũ officio exercendo in quinq; libr. den. cortonensium ultra alias penas cõtentas in statutis uice qualibet puniatur & quod de prædictis stetur & credatur dicte relationi talium officialium familiarium & baiulorũ cũ uno teste legitime deponente de uisu uel cum quatuor testibus deponentibus de publica uoce & fama.

¶ Quod debitor captus pro executione guarentigiæ & eius fideiussor si discesserit a districta possit iterum capi & nõ relaxetur nisi soluerit.
Rub. xxiiii.

ITem simili modo ordinauerunt & decreuerunt quod si aliquis debitor fuerit captus ad petitionem sui creditoris uel eius heredis de mandato alicuius officialis cõmunis Tuderti pro aliquo debito pecuniario uel pro alia re uigore instrumenti guarantigiati uel pro executione guarentigie secundum formam alicuius capituli statuti communis tuderti & dictus talis debitor dederit fideiussorem seu fideiussores de stando ad districtam palatii cõmunis tuderti secundum formam statutorum dicti communis & postea discesserit a dicta districta priusquam satisfaceret tali suo creditori seu sine licentia expressa iudicis cuius mandato captus esset & creditoris prædicti quod tunc eo causa dictus debitor & eius fideiussores capiantur ad petitionem talis creditoris & non possit amplius dare alium fideiussorem de stando ad districtam nisi si & quatenus dicto creditori placuerit sed potius detineatur in carceribus seu in palatio prout de ipsius creditoris processerit uoluntate donec fuerit ipsi creditori plenarie satisfactum de debito pro quo esset uel essent capti & pro salario & expensis legitimis absq; aliqua alia petitione & salarii solutione aliquo in contrarium non obstante.

¶ Quod unicuiq; licitum sit deferre super bestiis bladum & ligumen quolibet die de Mensibus Iulii & Augusti. Rub. xxv.

ITem simili modo statuerunt decreuerunt & ordinauerunt quod unicuiq; licitũ sit & existat deferre & deferri facere ad dictam ciuitatem tuderti & per eius comitatũ quolibet die de Mensibus Iulii & Augusti cuiuslibet anni super quibuscunq; bestiis omne genus bladi & leguminis absq; aliqua pena Capitulo statuti posito in quarta distinctione sub rubrica quod nullus deferri faciat aliquas res super aliquibus bestiis certis diebus ~~solemnibus~~ rubrica. cxxv. in aliquo non obstante alia uero in dicto capitulo statuti contenta in sui roboris firmitate perdurent. ¶ Item statuerunt ordinauerunt & deliberauerũt quod cuilibet liceat immittere & immitti facere ac retinere intus ciuitatem Tuderti eiusq; burghos & suburghos Tuderti linum uel canapem non inciglíatum sine aliqua pena non obstante capitulo statuti communis Tuderti posito in quarta distinctione sub Rub. de pena retinentis linum uel canepum non inciglíatum in ciuitate Rub. 101. Hoc addito & declarato quod nulla persona audeat uel præsumat incigliare dictum linum uel canapem intus dictam ciuitatem uel burghos in aliquo loco qui sit prope aliquam domum in qua aliqua persona habitet per quinq; perticas ad perticam & mensuram cõmunis Tuderti ad penam quatraginta solidorum pro quolibet cõtrafaciente & qualibet uice & prædicta dominus capitaneus ciuitatis Tuderti teneatur exequi facere.

De pœna euntis ad Monasteria & hiis qui excipiuntur ab hiis. Rub. xxvi.

Item simili modo statuerunt ordinauerunt & decreuerunt quod nullus de ciuitate uel comitatu Tuderti uel etiam forensis cuiuscunq; status & conditionis existat maior quatuordecim annis & minor septuaginta aliquo quesito colore audeat uel præsumat accedere ire uel stare ad aliquod monasterium seu locum monialium aut sororum situm in ciuitate Tuderti uel prope ipsam ciuitatem & in quo moniales seu sorores dictorum monasteriorum habitarent sine licentia domini Capitanei Tudertini sub pena & ad penam decem librarū den. corton. pro quolibet & qualibet uice a tali contrafaciente de facto penitus auferendorū per dominum Capitaneum Tudertinum prædictum & possit teneatur & debeat idem Capitaneus per se & eius officiales contra delinquentes in prædictis inquirere cognoscere punire condennare & procedere summarie & de facto nulla iuris & statutorum Tuderti solennitate seruata & sine aliqua scriptura uel processu & dictam pęnam solui facere cū effectu totiens quotiens in prædictis uel aliquo prædictorum fuerit contrafactum pro ut & sicut eidem domino Capitaneo uidebitur & placebit statim postquam sibi notum fuerit de tali accessu cōtra formam præsentis ordinamenti habita tamen consideratione ad ætates prædictas & ad parentelas infrascriptas & alias inferius exceptuatas super quibus omnibus & singulis in pręsenti ordinamento contentis stetur & credatur relationi officialis domini Capitanei ad prædicta deputati cū duobus famulis uel saltim cum uno ex familiaribus dicti domini Capitanei. Que relatio pro uera & plena probatione habeatur ac si plene cōfessus & contentus fuisset talis accedens, Et quia posset dubium exoriri de accessu prædicto ad aliquod dictorū monasteriorum uel locorum prædictorum primi claustri uel secundi ubi cōuersationem seu colloquia cum prædictis monialibus uel sororibus haberet uel habere posset talis accedēs de pręedictis & omnibus aliis dependentibus & coherentibus ab eisdem stetur declarationi & relationi dicti officialis cum dictis famulis seu famulo ut supra dicitur & deliberationi & determinationi dicti domini Capitanei Tudertini ꝑ ut sibi uidebitur & placebit & quilibet possit accusare uel denunciare contrafacientes & stetur dicto denūciantis uel accusantis cū uno teste de uisu cuius nomen denunciantis teneatur secretum & sufficiat tantum in scripturis & actis curiæ domini Capitanei reperiri dictum ipsius testis prædicti suo mediante iuramento probantis quæ omnia locum non habeant ullo modo ~~in suis patribus filiis fratribus carnalibus nepotibus carnalibus patruis & auunculis carnalibus patruis & auunculis consobrinis fratribus ac nepotibus consobrinis dictarum monialium uel sororum uel alicuius earū in~~habentibus licentiā ut prædicitur quibus licitum sit ad dicta monasteria & loca ire stare & loqui cum dictis monialibus uel sororibus sine aliqua pæna & etiam non habeat locum in accedentibus ad monasteria & loca prædicta in die ueneris sancti & etiam in diebus festiuitatum dictorum monasteriorum & locorum in quibus festiuitatibus liceat unicuiq; libere & impune accedere ad ipsa monasteria & loca & cum ipsis monialibus & sororibus loqui horis congruis ēt modis debitis & honestis Et etiam locum non habeant in laboratoribus terrarū & possessionum ipsorum monasteriorum aut locorum uidelicet tempore recollectionis bladi & Musti uidelicet de mēse Iunii Iulii & Augusti & septembris & toto tempore quo uindemiæ perdurarent. Et etiam prædicta locum non habeant in oblatis famulis dictorum monasteriorum & locorum & prædicta omnia uoluerūt & mandauerunt inuiolabiliter obseruari cassantes irritantes & adnullantes omne decretum factum in suspēsionem alicuius statuti in contrarium prædictorum loquentis ac omnia alia decreta & ordinamenta quæ loquerentur seu disponerent in cōtrarium quoquo modo aliquibus statutis decretis seu ordinamentis

in con-

in contrarium disponentibus non obstantibus quibus quo ad hec uoluerunt esse specialiter derogatum.

De pena ementis uel uendentis rem litigiosam.
Rub. XXVII.

ITem statuerunt reformauerunt quod cum iuri communi conueniat ne res litigiosa alienari possit uel debeat postquam in litem deducta est durante tempore & per ipsum tempus dictæ litis ex eo quod si alienari posset lite pendẽte fierent exinde lites pene immortales quod resultaret in dannum & præiudicium reipublicæ & singulorum hominum & personarum Ciuitatis & comitatus Tuderti. Iccirco ad decidendum omnem materiam litium cõtrahentium occasione prædicta proponitur quod uidetur, & placet dicto consilio prouidere deliberare & reformare quod quotiescunq; in aliqua curia Tudertina ciuili uel criminali, Ecclesiastica uel seculari inter aliquos seu aliquas personas aliqua causa lis cõtrouersia uel questio mota foret uel moueretur per solam libelli oblationem seu agitaret de aliquibus bonis rebus seu possessionibus immobilibus seu aliqua uel aliqua & lite ipsa questione controuersia uel causa in iudicium deducta per dictam libelli oblationem & ea pendente de quibuscunq; bonis rebus uel possessionibus immobilibus terris uineis seu domibus uel aliis qbuscunq; immobilibus nondum per sententiam diffinitiuam sopita seu decisa sed ea lite causa cõtrouersia uel questione pendẽte bona ipsa immobilia seu res immobiles terras uineas domos possessiones quascunq; seu aliquod uel aliquam ex eis aliquo titulo iure uel causa alienauerit uel commutauerit aliqua partium litigantium prædictarum uidelicet actor reus uel alia tertia quæcumq; persona siue in aliam quemcumq; personam transtulerit quo uis modo puniatur talis alienator uel commutator in prædictis uel aliquo prædictorum delinquens nomine pene communi Tuderti applicandæ in duplo uere extimationis seu ualoris rei seu rerum bonorum uel possessionum taliter alienatorum quæ res possessiones bona taliter alienata fictione præsentis prouisionis seu deliberationis alteri parti in iudicio litiganti de rebus possessionibus uel bonis eisdem penitus applicentur & applicata intelligantur censeãtur & sint & effecta totaliter alterius partis prædictæ ac si foret ipsa alteri parti per iudicialem sententiam applicata seu concessa & nihilominus recipiens huiusmodi alienationem uel titulum rerum huiusmodi uel bonorũ ipso iure priuatus existat & censeatur priuatus ab omni iure & actione dictarum rerum & bonorum taliter alienatorum & instrumentũ rogitus uel titulus qd uel qui exinde confectum uel confectus appareret ipso facto nullius existat ualoris efficaciæ uel momenti & ex eo nulla detur uel resultet actio uel exceptio uel ius agendi immo omnis actio & ius agendi uel excipiendi ex tali instrumento rogitu uel titulo censeãtur & sint ex toto extincta & sublata uigore præsentis prouisionis seu deliberationis, Et quicunq; ipso instrumento rogitu uel contractu usus fuerit in aliqua curia ciuili uel criminali [redacted]ca uel seculari Ciuitatis Tuderti pena simili puniatur qua supra dictum est, Et prædicta omnia & singula pro ut supra scripta sunt debeant ab omnibus & singulis attendi & obseruari deinceps sub penis superius declaratis aliqua lege ciuili uel municipali nõ obstante nec obstante aliquo statuto ordinamento prouisione reformatione uel decreto dicti cõmunis.

Pro retenta Sancti Fortunati.
Rub. XXVIII.

ITem decreuerunt Reformauerunt statuerunt & ordinauerunt & sanxerunt quod camerarius camere Tudertinæ qui nunc est & pro tempore fuerit & omnes alii camerarii siue cultores ad quos huiusmodi negocium spectat seu in futurũ spectare noscatur teneatur & debeat sub pena prestiti iuraméti & decem librarum pro qualibet uice qua per eos uel aliquem ipsorum contra presens decretum fuerit cõtrafactum quam penam infrascriptę Ecclesiæ sancti fortunati ipso facto uoluerunt applicari retinere penes se sex den. corton. p qualibet libra totius quantitatis denariorum seu florenorum quos prefati camerarii seu cultores soluerent quibuscunq; officialibus stipendiariis ambassiatoribus & aliis pro eorum salariis seu stipendiis a camera Tudertina quibuscunq; de causis extrahendis siue recipiendis & ipsas quantitates sic retentas causis & occasionibus supradictis soluere teneantur & debeant pro constructione & fabrica murorum & parietum nouiter fiendorum & cõstruendorum in dicta Ecclesia Sancti Fortunati illius camerario seu cultori per dictos dominos priores deputando & eligendo quam gabellam sex denariorum pro qualibet libra ut supra dictum est prefati domini Priores pro constructione & fabrica dictorum murorum ordinauerunt & deputauerunt ita quod ad alios usus conuerti uel deputari non possit nec ualeat quoquo modo. Et prædicta locum nõ habeant nec habere intelligantur debere retinere de salariis presentiũ priorum nunc in officio residentium nec præsentis domini Capitanei defensoris & aliorum officialium iam electorum & deputatorum pro semestri tempore nec etiam in stipendiariis iam conductis & firmatis pro duobus mensibus. Et si in prædicta Ecclesia in dictis parietibus nouiter fiendis ex parte interiori dictæ Ecclesiæ non fabricaretur & dictum murum nouum non fieret dicta gabella sex denariorum pro qualibet libra pro reactatione palatiorum communis Tuderti uel in alios usus prout dictis dominis prioribus uidebitur & placebit distribuatur & soluatur & deputetur faciendo prædicta dicti domini priores omni modo uia & iure quibus melius potuerunt actum in dicto secretario dicti palatii habitationis & residentiæ dominorum priorum posito Tuderti in regione sancti Siluestri & parrochia sancti Ioannis de platea uia ab uno latere & platea magna communis Tuderti ab alio platea sancti Ioannis & ab aliis sunt uiæ publicæ & aliis situs.

Rub. XXIX.

ITem quod nullus officialis qui est præsens aut futurus iret per comitatũ Tuderti occasione officii exercendi aut executionis faciendæ possit aut debeat cõstringere aliquem sindicum massarium aut sergentem de castris locis aut uillis comitatus prædicti ad faciendam fieri expensas sibi equis famulis aut baiulo sed talis officialis ire debeat sumptibus suis ad penam decem solidorum pro qualibet re quã dare sibi faceret que esset ualoris quinq; solidorum aut minus & ad restitutionem ualoris earum rerum quas acceperit tempore sindicatus sui illis a quibus accepit similiter autem nullus Sindicus aut massarius aut sergens comitatus prædicti debeat dare aut facere expensas alicui officiali aut familiæ seu baiulis sicut supra dictum est nec dari facere ad eandem & tantundem penam nisi forte pro suis denariis emere uellit.

Rub. XXX.

ITem quod nullus baiulus eundo per comitatū pro aliqua executione datarū aut damnorū datorum seu occasione alia possit & debeat ire & accipere pro suo salario ultra infrascriptum modum uidelicet primo a sindico quem grauauerit pro una andata de pluribus rebus usq ad quinq miliaria unum recipiat bononenum a massario unum solidū pro quolibet a quinq autem miliaribus supra si processerit accipiat a quolibet sindico solidos quinq a sergente uero aut massario unum solidum & similiter non possit nec debeat facere fieri sibi aut alteri persone quæ cum eo iret uel esset a dictis sindicis massariis siue sergentibus ullas expensas nisi cum sua pecunia & denariis ad penam decem librarum cortonensiū & quilibet possit contrafacientem accusare & denunciare qui denumptians debeat habere quartam partem penæ & nomen suum teneatur secretum.

¶ De electione facienda de Capitaneo Ciuitatis Tuderti. Cap. xxxi.

IN primis ad hoc ut ipsa ciuitas & eius comitatus & districtus sub equitates iustitiæ gubernet ordinauerūt statuerūt & reformauerūt quod p̄fati dñi & iustitia priores teneātur & debeant eligere & deputare ac nominare unum idoneum & fidedignū ciuem dictæ ciuitatis Tuderti qui debeat citius quam fieri poterit accedere ex parte dominorū priorū prædictorū uice & nomine cōmunis facere electionē noui capitanei futuri pro dicta ciuitate Tuderti eiusq comitatu fortię & districtus sub ipsa iustitia regenda & gubernanda ad aliquod cōmodum dictę Ciuitatis uel terrę uel aliquem hominem specialem pro ut & sicut per dictos Magnificos dominos priores & per pręfatos interpositos fuerit eidem ciui impositum ac iniunctum & idem ciuis tota diligentia eligat unum strenuum & ualentem uirum tali honore & pręheminentia suis uirtutibus precedentibus dignū in Capitaneū dictę ciuitatis & comitatus Tuderti & sollicite procuret quod Capitaneus pręfatus quanto citius poterit proficiscatur ad officium dicti Capitaneatus in dei nomine exercendi quodquidem officium duret semestri tempore & non ultra.

¶ Item quod quilibet Capitaneus dictę ciuitatis & comitatus qui pro tempore eligetur teneatur conducere & secum tenere toto tempore sui officii in suum collateralem unū ualentem egreggium uirum legum doctorem.

¶ Item unum iudicem uiris peritum practicum & expertum ad malleficia.

¶ Item duos praticos & expertos notarios. ¶ Item quinq notarios in arte notariorū expertos legaliter & fideliter duos ad ciuilia duos ad maleficia unū ad extraordinaria debeat deputare. ¶ Item sex domicellos iuuenes armigeros indutos de diuisa pannorum ipsius capitanei. ¶ Item uigintiquinq famulos aptos armatos. ¶ Item sex equos bonos & idoneos cū aliis cerimoniis quę pertinent ad consuetudinem & ad officium capitanei prędicti & quod pręfatus collateralis teneatur & debeat in principio sui officii uidelicet tempore sui iuramenti uel sacramenti pręstandi fidem facere de suo doctoratu aliter ad dictum officium admicti uel recipi non possit.

Rub. xxxii.

ITem quod officium cuiusq capitanei duret sex mensibus & nō ultra ut supra predictum est & habeat pro suo suorumq officialium domicillorum famulorum & ęquorum salario dicti semestris tempore a camerario camere cōmunis Tuderti florenos auri octingentos quinquaginta cū honoribus & oneribus emolumētis debitis & cōsuetis soluendos eidē de terzaria in terzariam secundum formam statutorum Tuderti & ordinem consuetum.

304

306

Rub. xxxiii.

ITem quod nullus rector uel officialis forensis dicti cõmunis possit aliquo modo seu que sito colore refirmari in suo officio neq; ipsum suum funtum officium exercere ultra tempus sex mensium absq; deliberatione cõsilii generalis ciuitatis prædictæ & si aliter fieret talis refirmatio non ualeat neq; teneat quoquo modo. Et similiter non possit neq; debeat sindicari infra tempus & terminum sui officii sed tantum finito suo officio sindicetur secundum formam statutorũ communis Tuderti, Et quod huic ordinamento non possit ulterius derogari & si aliter fieret non ualeat nec teneat ipso iure & quod domini priores dictæ ciuitatis qui pro tempore fuerint non possint neq; debeant occasione prædicta coaddunare aliquod consilium seu cernam hominum dictæ ciuitatis uel aliquam propositam facere de prædictis in aliquo consilio seu cerna ad penam centum florenorum auri pro quolibet contrafaciente & in eandem penam incurrat quilibet ciuis qui contra prædicta consuleret uel arrengaret aliquo colore quesito. Et etiam in similem penam incurrat cancellarius dicti cõmunis uel alius notarius qui contra prædicta faceret aliquem rogitum seu scripturam, Et hoc intelligatur solum de capitaneo defensore & gabellario & eorum iudicibus notariis & officialibus, & quod omni tempore possit procedi & cognosci cõtra delinquentem in prædictis uel aliquem prædictorum aliquo statuto ordinamento uel reformatione dicti communis disponente in cõtrarium non obstante.

Rub. xxxiiii.

ITem quod dominus defensor qui pro tempore fuerit teneatur & debeat sollemniter sindicare Dños priores cõmunis & populi dictæ ciuitatis & quemlibet rectorem & officialẽ dicti communis ciuem uel forensem finito eorum officio & non ante, Et ad hoc ut quilibet possit & ualeat secure absq; formidine uel timore notificare dicto dño defẽsori defectus culpas errores negligentias dictorum dominorũ priorum rectorum uel officialium uel alicuius eorum quæ & in quem committerentur per eos uel aliquem ipsorum tempore eorum officii præfatus dominus defensor teneatur & debeat fieri facere unã capsam expensis dicti cõmunis quæ sit clausa cum duabus clauibus unam quarũ habeant & teneant ipsi domini priores & alteram ipse defensor & ipsa capsa poni debeat in aliquo loco publico prout eidem domino defensori uidebitur & placebit ipsa quoq; capsa sit ferrata desuper uno foramine ĩquo seu per quod possint immitti informationes contra dictos dominos priores rectores & officiales ciues uel forenses prædictos temporibus cõgruis uel aliquem ipsorum & quod cuilibet liceat immittere in dictã capsam publice uel secrete omnem informationẽ quam habebit cõtra prædictos dominos priores rectores uel officiales prædictos uel aliquem ipsorum cum appositione testium & clarificatione ipsorum & locorum necessariorum in prædictis ad hoc ut uerius absq; fictione aliqua possit reperiri. Quæ capsa debeat aperiri finito officio dictorum dominorum priorum rectorum & cuiuslibet alterius officialis prædicti & tempore eorũ & cuiuslibet ipsorum sindicatuum. Et quod præfatus dominus defensor teneatur & debeat supradictis informationibus quæ in dicta capsa reperientur temporibus supradictis inquirere & inuestigare & testes examinare in secreto & super his super quibus repererit ueritatem delinquentes primum condemnare & exequi secũdum formam iuris statutorũ & ordinamentorum communis Tuderti alias uero calumniose repertas dilacerare & reicere iuxta suam discretionem & prouidum arbitrium eius.

307 1454

¶ Modus & forma in ciuilibus causis. Rub. xxxv.

ITem statuimus ordinamus & reformamus quod quilibet qui agere seu protestari uolet contra aliquem teneatur suam causam prosequi & continuare secundum formam traditam a statuto cōmunis Tuderti & eo deficiente secundum formam iuris cōmunis, Et quod tempora causarum ciuilium & mistarum quarumcunq; quas in futurum moueri contingerit sint & esse intelligantur quinquaginta dierum utilium incipiendorum a die primæ citationis si pars conuenta foret absens tempore productionis petitionis uel alicuius protestationis uel a die quo produceretur petitio uel aliqua protestatio que produceretur parte præsente quæ tempora sint & esse intelligantur præfixa non solum iudici & officiali coram quo causæ uentilantur seu proponerentur sed etiam instantie talium causarum quæ ad eas expediendas uidendas & terminandas coram quibuscunq; iudicibus & officialibus forensibus ciuitatis Tuderti proponerentur & uentilarentur quo termino quinquaginta dierum elapso instantiæ dictarum causarum non terminatarum dicto durante termino sint & intelligantur esse perempte & actor ulterius non audiatur in ipso iuditio sed reo conuento in expensis legitimis iudicis cognoscentis interlocutoria condemnetur cum reseruatione iuris iterum agendi per actorem si agere uoluerit contra reum qui quidem de dictis causis cogniturí & coram quibus cause huiusmodi proponerentur & uentilarentur facta litis cōtestatione in his in quibus litis contestatio requiritur secundum formam statutorum Tuderti uel peruento ad actū qui loco litis contestatōis habeatur ubi uero lis contestanda non est actori & reo ad probandum per testes in causis prædictis de eorum iuribus terminum quindecim dierum utiliū peremptorie statuere teneantur & ad producendum & exhibendum omnia capitula & intentiones quas quelibet partium in causa uoluerit exhibere & post dictos quindecim dies habeat & habere intelligatur utraq; q̄ pars tres dies utiles ad faciēdum interrogatoria si facere uoluerit & post dictos tres dies utiles habeat & habere intelligatur utraq; pars octo dies utiles ad faciendum testes deponere & ad probatum habendum quidquid uoluerit & potuerit per testes iuratos in causa. Quibus terminis elapsis testes habeantur ipso iure pro legitime publicatis nec alia publicatio requiratur uerum si quis partium uellet producere testes existētes seu quos diceret se habere in aliquo territorio uel loco seu ciuitate alia quā in Ciuitate Tuderti & eius territorio iudex causæ si ei uidebitur possit & debeat statuere ad hoc terminum cōpetentem suo arbitrio moderandum secundum loci distantiam Qui terminus cōputentur instantie dictorum quinquaginta dierum dummodo illa talis pars quæ diceret se habere testes in alieno territorio infra quintam diem proxime uenturam a die litis contestatæ uere uel ficte in causa comparuerit & asseruerit suo iuramento præsente uel legitime citata aduersa parte se prædicta non dicere seu proponere in fraudem uel pro dilatanda causa, & si huiusmodi petitio dilationis calumniose inuenta fuerit puniatur petens cuius causa agitaretur in libris centū denariorū cortonensium camerario cameræ Tudertinæ soluendorum & dicte camere applicādorum etiam si per generalem procuratorem uel alium legitimum administratorem seu mandatarum petitum fuisset quæ pena possit & debeat per quemcunq; rectorem & officialem exigi absq; aliqua causæ cognitione uel processu, Et intelligatur dicta petitio fuisse calumniosa si infra dictum terminum per iudicem statuendum & moderandū parte nō ostenderit se aliquos ex prædictis testibus ad quos producendos de alieno territorio dilationem habuerit coram iudice ꝑduxisse & in tali causa examinari fecisse testes quorū dicta & attestationes facerent ad causam & quod supradictū est de testibus de alieno territorio producendis & examinandis intelligatur quod eorum examinatio possit fieri & fieri debeat per iudicē cognoscentem de causa secundum formam statutorum Tuderti uel per iudicē loci unde essent

dicti testes ex cõmissionē dicti iudicis de dicta causa cognoscentis & similiter si qua partium
diceret se habere aliquod ius seu aliquod instrumentum seu scripturam publicam ad causam
facientem extra territorium tudertinum prædicta producere teneatur infra terminum iudi-
cis arbitrio statuendum secundum loci distãtiam pro ut supra dictũ est de testibus & in ean-
dem penam centum librarum cortonensium incurrat si huiusmodi iura scripturam & instru-
mentum infra dictum terminum non produxerit coram iudice dictæ cause uel si produxerit
& ad dictam causam non faceret quæ dilatio non computetur in termino instantiæ supra-
dictæ alios uero terminos & dilationes quæ de iure secundum formam statutorum Tuderti
tam ante quam post litis contestationem uere uel ficte requiruntur iudex prædictus suo arbi
trio statuere & moderare possit ipsosq; inculcare & cumulare pro ut sibi uidebitur & quilibet
dictorum terminorum peremptorius censeatur saluo quod de terminis dandis post petitionē
consilii sapientis qui dentur & assignentur prout continetur infra uerũ si quis ab aliqua in-
terlocutoria uel grauamine illato ante ultimam sententiam appellaret per seipsum uel etiã per
generalem procuratorem uel aliquem alium legitimum administratorem uel mendatariũ se-
cundũ formam statutorum Tuderti tempora in quibus dictæ appellationes prosequerẽtur
minime instantie causæ computentur sed causa remaneat in eo casu in quo erat tempore ex-
posite appellationis & intelligatur appellare ab interlocutoria uel grauamine quando appel-
latur ante ultimam sententiam in causa prædicta ferendam sed si aliquis ut supra dictum est
causa litis differende ab interlocutoria uel grauamine appellaret puniatur qualibet uice in
libris quinq; dena. cor. camere cõmunis Tuderti applicandorum & nihilominus parti lesæ
in expensis condemnetur, Et intelligatur causa differende litis appellatio interposita quotiẽs
appellans in causa succubuerit aut quod dicta appellatio fuerit deserta secundum formã sta-
tutorum prædicti uerumtamen quia tempore diffinitiuæ sententiæ uel quæ uim diffinitiuæ
haberet secundum formam statutorum prædicti positi in secunda distinctione sub rubrica de
cõsiliis committendis Rub. xxxii. quælibet partium suis expensis potest sapientis consilium
postulare ad hoc ut lites abreuientur uoluerunt reformantes & statuentes prædicti ultra ea
quæ in dicto statuto continentur quod iudex præfatus causæ cognitor facta electione cõsul-
toris & deposito salario tam pro dicto consultore quam pro nuncio statuat utriq; parti termi
num duorum dierum utilium ad producendum & insacculandum omnia iura & acta & alle-
gationes ipsarum partium si producere & insacculare uoluerit quæ si producentur per dictas
partes in dicto termino uel per aliquam earum quæ producta seu productæ sunt insacchulen
tur. Et dicto elapso termino aliqua alia iura allegationes uel acta produci & insacchulari non
possint & si aliqua dictarum partium iura & allegationes & acta prædicta in dicto termino
non produceret tunc ipsius consilii petitio pro non facta habeatur facta uero insacculatione
prædicta sacculum in quo iura reclusa sunt per iudicem sigilletur. Et demum dictum sacculũ
cum iuribus prædictis infra alios duos dies utiles & iuridicos ad cõsultorem transmittat ele-
ctum & nuntium in dicto termino eligat cum dicto sacchulo & iuribus accessurum. Qui cõ-
sultor electus si fuerit forensis & extra territorium Tudertinum habita ueritate dictus iudex
terminum statuat illi qui dictum consilium postulauit suo arbitrio secundum loci distantiam
ubi consultor moraretur ad præsentandum coram ipso iudice consilium supradictũ quod cõ-
silium redditum per dictum consultorem si infra dictum terminum cõsignatum coram ipso
iudice fuerit præsentatum per eundem qui petiit dictum cõsilium prædictus iudex teneatur
infra alios duos dies iuridicos post præsentationem dicti consilii dictum consiliũ aperire &
sententiam ferre in causa iuxta continentiam & tenorem cõsilii supradicti sed si in dicto ter-
mino dictum consilium non fuerit præsentatũ dictus iudex elapso dicto termino infra duos
dies utiles post lapsum dicti termini dati ad præsentandum dictum consilium teneatur & dee

beat non obstante petitione dicti consilii causam ipsam sua sententia terminare & sententiã ferre moribus & legibus consonanda decernentes q̃ quæ supra dicta sunt de terminis & dilationibus datis post postulationem dicti consilii intelligantur & sint dicti consilii & dilatiões peremptorie & in tempore instantię prędictæ non computentur usq; quo dictum consilium fuerit presentatum uel usq; quo termini dati ad pręsentandum dictum consiliũ fuerint elapsi sed causa remaneat in eo statu quo erat tempore postulationis dicti cõsilii uolentes etiã quod tempus dictæ instantie aliquo modo iure uel causa etiam de partium consensu prolongari seu prorogari non possit etiam si partes litem & causam in arbitros seu arbitratores cõmiserint declarantes quod si instantia causæ propter compromissum expirauerit aut quia de expressa uoluntate utriusq; partis instantia quinquaginta dierum preterierit neutra partium dicto casu in expensis condemnetur ad quæ omnia facienda & expedienda referẽdo singula singulis dicti iudices teneantur & debeant in quibus uel aliquo prædictorum procedere possint breuiter summarie de plano sine strepitu & figura iudicii sola facti ueritate inspecta seruatis tamen terminis supradictis. Et si in prædictis uel aliquo prædictorũ negligentes fuerint in penam ducentorum libra. cortonensium incurrat de eorũ salario uel salario rectoris sub quo essent retinendorum camere Tudertine applicandorum dẽ quibus ne remaneant impuniti uoluerunt quod sindici & sindicatores qui dictos iudices sindicabunt teneantur de predictis specialiter inquirere contra eos & repertos culpabiles condemnare in dicta pena quod si non facerent incidant in penam uigintiquinq; librarum den. corton. pro quolibet sindico seu sindicatore & nihilominus teneatur parti lese ꝑ expensis & interesse ipsius partis reficere libras decem den. co. to. que omnia prædicta reformauerunt decreuerunt & ordinauerũt nõ obstantibus quibuscunq; statutis communis Tuderti & maxime statuto posito in secũda distinctione sub Rub. 7. quod ciuiles causæ infra triginta dies utiles terminentur & alio statuto posito in dicta distinctione sub Rub. 10. qualiter & quando teste instrumenta & articuli producãtur. Et alio statuto posito in dicta distinctione sub Rub. 8. de terminis dandis in causis quę statuta uoluerunt quantum ad prædicta non obstare sed in aliis eorũ continentiis & tenoribus firmitatem habere iniungentes quod prędicta non uendicẽt sibi locũ in causis guarentigiatis & quę executionem guarantigie mererentur secundum formam statutorũ Tuderti de guarantigia loquentis cui noluerunt per prædicta in aliquo derogari. Et etiam non uendicent sibi locum in causa alicuius de numero dominorũ priorum sed statute posite in tertia distinctione sub Rub. quarta quod non possit iniquiri per aliquem rectorem & in sua roboris firmitate permaneat declarantes q͛d si actor uel reus fuisset legitime impeditus quod causam prosequi non posset quod isto casu instantia non currat quousq; dictum legitimum cessauerit impedimentum opponens probare legitime debeat aduersa parte citata infra terminum arbitrio iudicis peremptorie statuendum. Et quod tempus dicti impedimenti & tempus causæ huiusmodi impedimenti non computetur in tempore instantiæ supradictæ addicientes quod salaria soluantur in causis prout soluebantur ante præsentem legem nõ obstante quod supra dicitur quod summarie procedatur.

ℂ De excussione bonorum. Rub. XXXVI.

ITem uolentes hominum fraudibus obuiare & excussioni bonorum de qua mentio nõ reperitur in uolumine statutorum cõmunis Tuderti laudabilem formam dare ordinauerunt & statuerũt quod excussio bonorum fiat modo & forma infrascripta uidelicet Quicunq; habuerit bona alicuius per instrumentum purum continens guarentigiam uel alio legitimo modo quo secundum formam statutorum guarentigiæ executionem mereatur

generalem uel specialem hipotecam tacitam uel expressam obligatam quacunque de causa ue
re in dicto instrumento uel per aliam publicam scripturam dictam executionem merenti ut
prefertur de scripta antequam ueniat ad tertium possessorem primo agat contra debitorem
prędictum uel eius heredes & petitionem suam porrigat in scriptis coram iudice maioris cu
rie & extraordinariorum communis Tuderti uel coram domino Capitaneo uel aliquo alio
qui uacante officio capitaneatus iurisdictionem & officium in dicta ciuitate exerceret. Qui
iudex seu cause cognitor ad petitionem ipsius creditoris agentis uel ius cessum habentis secū
dum formā statutorum Tuderti soluto salario cammerario cōmunis Tuderti in hiis in qui
bus requiritur secundum formam statutorum Tuderti dicti salarii solutio citari faciat debi
torem uel eius heredem ut ueniat ad standum & morandum ad districtam secundum formam
dicti statuti de guarantigia. Qui si uenerit cogatur & contra eum procedatur iuxta formam
statuti predicti si uero contumax fuerit iudex de causa cognoscens pronumptiet tenutā dan
dam esse de bonis dicti debitoris uel eius heredis predicti & ad predicta exequenda baiulum
cōmunis Tuderti executorem constituat atque faciat qui baiulus executor creditorem agen
tem uel eius heredem uel eius cessum habentem in tenutā & corporalē possessionem mittat
& de bonis & in bonis debitoris uel eius heredis predicti que per alium non possideantur si
bona predicta inueniūtur si uero dictus executor baiulus retulit nihil inuenisse de bonis prę
dictis ipsius debitoris uel eius heredis uel quod bona in quibus dictus creditor uel eius heres
uel ius cessum habens in possessionem missus est ad quantitatem non sufficerent tunc dictus
iudex facta relatione predicta infra secundam diem utilem post dictam relationem cōmittat
alteri baiulo communis Tuderti quatenus uadat ad conuicinia dicti debitoris uel heredis &
a proximioribus conuicinis ipsius inquirat & perquirat si dictus debitor uel eius heres habet
aliquas facultates & secundū quod inuenerit a dictis conuicinis ipsum habere referat iudici
supradicto post cuius relationem infra alios duos dies iuridicos & utiles dictus iudex com
mittat uni ex preconibus dicti communis quatenus ad pectorale palatiorū dominorū prio
rum & Capitanei se conferat & ibidem publice palam & alta uoce sono tube premisso citet
omnes illos quorum interesset uel interesse posset excussionem de bonis dicti debitoris fieri
quod compareant coram iudice supradicto infra terminum trium dierum per ipsum iudicē
statuendum ad indicādum de bonis dicti debitoris uel eius heredis & si in dicto termino ne
mo comparuerit & dicti baiuli retulerint nihil inuenisse de bonis predictis tunc iudex causæ
pronumptiet excussionem legitime factam & talis excussio quo ad omnes ualeat & teneat si
uero in dicto termino aliquis comparuerit & aliquid de bonis dicti debitoris indicauerit tūc
tali comparenti terminus peremptorius arbitrio iudicis statuatur ad probandum & proba
tum habendum quod bona per eum indicata sint in bonis debitoris & si in dicto termino ali
quid legitime probauerit de predictis uel quod dicti baiuli uel alter eorū retulerit aliquid in
uenisse tunc iudex dicta bona probata uel relata prædicta extimari faciat per duos exti
matores & ad indicationem ipsorū procedat prout placuerit creditori uel eius heredi uel ius
cessum habenti, Et si ad quantitatem petitam non ascendūt pro residuo talis creditor absque
aliqua alia excussione cōtra tertium possessorem agere possit uerum insuper uoluerūt quod
licitum sit dicto iudici si sibi uidebitur pro excussione fienda per se ipsum tres ex conuicinis
dicti debitoris uel eius heredis examinare si debitor uel eius heres habeat aliquas facultates
summarie examinandos per dictum iudicem facta prius citatione de his omnibus quorū in
teresset, Et quibus fuisset bona dicti debitoris uel eius heredis alienata per proclama gene
rale per unum ex dictis preconibus ad pectorale prędictum quod infra certum terminum ar
bitrio iudicis statuendū ueniat ad uidendum dictorum cōuicinorum depositionē & habeat legi
tima depositio dictorum conuicinorum si ipsi dicent & asseruerint quod ipsi nesciunt quod

dictus

313 311 156

dictus debitor uel eius heredes habeant aliqua bona uel facultates quibus uicinis examinatis & deponentibus modo prædicto uel alio simili modo non facta aliter excussione bonorum iudex etiam pronuntiet excussionem fore legitime factam & dicta pronuntiatio quo ad oēs se extendat & ueniri possit ad tertium possessorem declarantes prædicta omnia fieri posse si debitor etiam uiueret & præsens uel absens fuisset, Et si dicti uicini de aliqua parte deponerent ad ea quæ deponerentur procedatur ut supra dictum est facta extimatione ut prafertur Et pro residuo ueniri possit contra tertium possessorem uolentes q hii quibus bona fuerint alienata regressum habeant contra dictum debitorem uel eius heredem secundum quod iure permittitur declarantes quod omnes dicti termini peremptorii censeātur & ipsis elapsis alie dilationes dari non possint, Et prædicta solum in futuris causis locum habeant & nō in præteritis & pendentibus causis.

De bestiis campanario assignandis. Rub. XXXVII.

ITem ne de bestiis quæ per quoscunq officiales ciuitatis Tuderti occasione cuiuscunq executionis comitatiuis dictæ ciuitatis auferantur & campanario dictæ ciuitatis more solito consignentur queat scandalum aliquod exoriri statuerunt & ordinauerunt quod omnes illi comitatiui habitatores & incolæ comitatus dictæ ciuitatis Tuderti qbus ablatæ erunt aliquæ bestiæ occasione cuiuscunq executionis per quem uis officialem dictæ ciuitatis tam ad petitionem cōmunis quam ciuis uel cuiuscunq alterius personæ teneantur & debeāt dictas bestias & bestias sic ablatas recolligere infra terminum unius mensis computandi a die facte executionis & quod si infra dictum terminum illas uel illam nō recolligerint quod tunc sit licitum & impune cāpanario dicti cōmunis illam & illas uendere & de pretio fiendo de dictis bestiis sic satisfacere illi uel illis ad cuius uel quorum instantiam dictę bestiæ ablatæ fuerint, Et dictus Campanarius habeat debitum suum modo consueto si autem pretium huiusmodi non esset sufficiens sorciatur unicuiq pro rata, Et nihilominus iterum fiat executio contra dominum dictarum bestiarum donec erit satisfactum cōmuni ac illi uel illis ad quorū uel cuius petitionem executio facta esset & quod præsens statutum uoce preconia bāniatur.

De nundinis fiendis in festo Sanctę Mariæ de mense Augusti. Rub. XXXVIII.

ITem ordinauerunt decreuerunt & instantiauerūt ex omni auctoritate arbitrio & bailia ipsis dñis Prioribus ɔcessa & attributa pro melius & solennius celebrando & honorādo gloriosum festum sanctæ Mariæ de mense Augusti & ad laudē & reuerētiā omnipotentis Dei suæq gloriosę uirginis Mariæ sanctorū Johannis Baptistę & euangelistę & gloriosorū apostolorū suorū Petri & Pauli & beatissimorū Martirū & cōfessorū sanctorū Fortunati & Calisti & cassiani ɔtectorū patronū & defensorū Ciuitatis Tuderti eiusq comitatus fortię & districtus totiusq celestis curiæ triumphātis & ad statū Magnificū & tranqllū sacrosanctę Ro. Ecc. Quod in ꝓximo futuro festo dictæ benedictę adsumptionis Mariæ q̄ celebraē die quinta decima mēsis Aug. ꝓxime futuri sint & esse debeāt in dicta Ciuitate & dicto loco sanctæ Mariæ de plano portus libere gñales & uniuersales nū dinæ ad quas nundinas liceat omnibus & singulis hominibus & personis de dicta ciuitate districtu seu eius comitatu & forensibus & aliunde cuiuscunq generis & undecū q sint cū eorū animalibus salmis mercātiis denariis seu bonis & rebus quibuscūq uenire stare cōmorari & hospitari in dicta ciuitate & extra dictā ciuitatem pro suo libito uoluntatis & cū dictis rebus abeundi discedendi sine solutione alicuius pedagii oneris uel gabellæ libere & secure omni reali & personali impedimento cessante ualiture & durature per septem continuos dies uidelicet per diem festi per tres dies immediate ante festum & tres dies post festum saluo semper & reseruato

quod rebelles & condemnati dicti cōmunis & præsentis status uenire non possint, & excepto sale quod soluere debeat pedagium & gabellam solitam & hoc fecerunt ordinauerunt & decreuerunt omni modo uia iure causa uel forma quibus melius potuerūt non obstantibus represaliis debitis cōmunis uel specialiū personarū & aliis quibuscūq; in cōtrariū facietibus.

De relictis Ecclesiæ sancti Fortunati. Rub. XXXIX

ITem decreuerunt ordinauerūt & reformauerūt quod Capitaneus & alii officiales forenses præsentes & futuri qui de hoc fuerit uel fuerint requisiti teneātur & debeant sine aliquo premio siue solutione facere & fieri facere de relictis & aliis denariis & rebus debitis Ecclesiæ Sancti Fortunati realem & personalem executionem ad petitionem rectorū dictæ Ecclesiæ uel alicuius eorū totiens quotiens de præd ctis fuerint requisiti aliquo in contrarium faciente non obstante, Et si dicti Capitaneus & officialis contrafecerint uel retardauerint prædicta exequi siue exequi facere per camera communis de eorum salario retineatur tota illa quantitas quæ eis fuerit assignata & quæ deberetur dicte Ecclesiæ & loco sui salarii retenti & dicta assignatio & debita quātitas dicto salario deputetur & assignetur & loco sui salarii fictione & uigore pręsentis decreti subrogata existat.

Decretum pro consiliariis & ipsorum pena. Rub. XXXX.

MAgnifici & potentes domini priores populi & communis Tuderti ad collegium residentes in secretario Palatii eiusdem una cum laudabili eorum cōsilio oportuno & uenerabili officio cōseruatorum dictæ Ciuitatis Tuderti in numero sufficienti collegialiter adunati ut moris est pro negotiis reipublicæ Tudertinæ utiliter peragendis aduertentes quod propter quorundam officialium consiliariorum inobedientiā plerūq; cōtingit quod [illegible]ibus factis cōmunis Tuderti in quibus eorum officii auctoritas necessario requirebat[illegible] debito tempore secundum quod oportunum prouideri non potuit non sine magno communis incōmodo & iactura quod etiam in uilipendium & contemtum officii dominorū priorum processit uolentes ut de cetero hoc euenire non possit dato primo misso & celebrato partito in secreto scrutinio inter eos ad bussulas & palluctas & obtento per pallutias triginta datas immissas & repertas in bussula alba pro sic nulla in bussula rubea del non reperta in contrarium predictorum ex omnis eorum auctoritate bailia eis concessis & attributis per statuta prouisiones & ordinamenta Ciuitatis Tuderti & omni meliori modo & prouiderunt ordinauerunt statuerunt & decreuerunt quod quotiescunq; præfati domini Priores uoluerint congregare eorum consilium uel etiam octo ciues conseruatores prædictos electos per Magnificos Dominos Priores & eorum consilium debeant per aliquem ex familiaribus die precedenti requiri facere dictos consiliarios & præfatos octo personaliter uel ad domum eorum solite habitationis & de predicta requisitione stetur & credatur relationi alicuius ex familiaribus dictorum dominorum priorum & eadem die qua uoluerint celebrare consilium uel prædictos octo conseruatores congregare faciant pulsare campanam consuetam pro dicto consilio congregando qua pulsata quilibet de dictis consiliariis & octo prædicti teneantur & debeant personaliter coram dominis prioribus præsentare se sub pena solidorū decem pro quolibet contrafaciente & qualibet uice quæ pena solui debeat illi qui per dños priores fuerit deputatus quę ēt a ꝯtrafaciētibus & nō ueniētibus ad dictū ꝯsiliū & ꝯgregatione ut supra [illegible] de facto absq; aliq̄ iuris solēnitate exigi debeat si ꝗs uero ex dictis supradictis

sic requisitus absens fuerit a Ciuitate Tuderti uel eius iu[illegible] impedimento fuerit impeditus teneatur & debeat antequam requisitio dictorum consili[illegible]orum & octo conseruatorũ debeat per quemcunq; notum facere de tali absentia uel impedimento dominis prioribus, Et possint domini priores præfati quandocunq; ante dictam requisitionem dictam absentationem uel impedimentum declarare & illi qui declarati fuerint absentes uel esse iuste impediti ad penam aliquam non teneantur sed postquam supradictorum fuerit facta requisitio in prędictis supradicti qui non uenerint & quorum impedimentum non fuerit excusatum prædicti effectualiter soluant nec possint domini priores dicto casu aduento alicui aliquam remissionem de dictis penis facere aut excusationem admittere & ut prædicta facilius sortiantur effectum quod dominus Capitaneus Ciuitatis Tuderti teneantur & debeant quotiens a dominis prioribus fuerit requisitus mittere notarium extraordinariorum uel alterum ex suis officialibus quandocunq; pro dicto consilio congregando fuerit pulsata campana coram dominis prioribus pena dño Capitaneo libr. uigintiquinq; cõtrafacienti qui notarius debeat interesse dum dictum consilium congregatur, Et domini priores antequam in dicto consilio proponatur teneantur & debeant requiri facere omnes consiliarios & dictos octo & qui ad dictum consilium non uenissent uel se non excusassent coram eis & quorum excusatio per dictos dominos priores non foret admissa illos puntari & describi facere per supradictum officialem quo facto præfatus officialis teneatur & debeat de facto sine ipsius intermissiõe exigere penam effectualiter ab omnibus & singulis qui dictum consilium non uenissent sub pena librarum quinq; dicto officiali pro quolibet dictorum consiliariorum & octo a quo dictam penam non exigeretur que pena eidem officiali per sindicos cõmunis Tuderti qui eum sindicabunt auferatur & teneantur & debeant domini priores cõmunis Tuderti pro tempore in officio presidentes in suis memorialibus relinquere quos dictus officialis in exigendo dictam penam non cogerent uel negligens fuerit in prędictis sub pena librarum uigintiquinq; pro quolibet dictorũ dominorum priorum & etiam sindicatores tempore sindicatus cuiusq; officialis teneantur penam a dictis dominis prioribus eo memoriale quod memoriale prefati domini priores dictis sindicatoribus tradere teneantur sub pena librarũ uigintiquinq; pro quolibet de dictis sindicis & dominis prioribus si contrafecerint & adhibeatur plena fides dictis scripturis memorialis per dominos priores dominis sindicatoribus ante dictis.

¶ De pena Capientium columbos domesticos uel turricianeos.
Rub. XLI.

ITem decreuerunt ordinauerunt & reformauerunt quod nulla persona cuiuscunq; conditionis & status existat audeat uel presumat facere aliquam excaturam uel fieri facere in Ciuitate uel comitatu Tuderti aptam ad capiendum columbos domesticos uel turrisanos uel uinatio uel aliquo frumento ad penam uigintiquinq; librarum cortonensium pro quolibet, Et insuper pro quolibet columbo quem aliquis caperet uel occideret seu dicto seu aliquo quocunq; modo seu ingenio puniatur talis capiens seu occidens pena librarũ decem cortonensium ultra dictam penã & de predictis usq; ad duos columbos credatur iuramento domini & abinde supra usq; ad decem columbos credatur iuramento domini cum uno teste idoneo & in pdictis & ab inde supra suffciãt quatuor testes deponẽtes solũ qd' ita publice dr̃ & reputat' seu de eo[illegible] credulitate & habeat' p plena pbatione, Et qlibet possit cõtrafaciẽtẽ denũciare & accusare & habeat quartã partẽ dictæ penæ & nomen eius teneat' secretũ & officialis q inuenerit dictã creaturã possit & debeat ↄtrafaciẽtẽ punire & ↄdẽnare de facto sine

aliquo processu uel sententia in dicta pena & habeat medietatem dicte penæ de qua inuen tione credatur relationi dicti offi & illis cum officiali seu familiari uel cum uno alio teste, Et si dicta escatura fuerit reperta in possessione alicuius etiam facta per alium dñs possessionis te neatur & debeat pandere & manifestare dicto officiali & nomen illius qui talem escaturá fe cerit ad penam prędictam & etiã si dicta escatura fuerit reperta uel uenatio habeatur & cen seatur escatura pro capiendis columbis & sine aliqua exceptione & hoc fecerunt omni melio ri modo.

¶ Rub. XXXXII.

ITem uolumus quod in quacunq; causa etiam inter extraneos uertente ubi non essent instrumenta liquida ad instantiam dumtaxat rei cogi possit actor ad compromissum fa ciendum de iure & de facto in cognoscendo & de iure tantum in sententiãdo dummo do compromissum petat infra uiginti dies a die datę uel oblatæ copiæ libelli & hęc sine de rogatione aliorum statutorum de materia loquentium.

¶ Rub. XXXXIII.

ITem prouiderunt ordinauerunt decreuerunt statuerunt & reformauerũt quod licet in reformatione posita in uolumine statutorum dentur uigintiquinq; dies utiles ad produ cendum testes intentiones & capitula & postea tres dies ad faciendum interrogatoriũ & deinde octo dies utiles ad faciendum testes deponere pro ut in ipsa reformatione contine tur per quos terminos multũ tempus dictæ instantiæ inane dilabitur cum plerumq; testes fa ciliter possint haberi preterea uoluerunt quod licitũ sit utriq; parti si uoluerint infra quinde cim dies utiles facere deponere & examinare testes & ad petitionem partis petentis notarios eligi neutri parti suspectos ad examinandum testes prædictos & interrogatoriũ produci in fra terminum per iudicem statuendum qui terminus non excedat numerum trium dierum ue rum etiam quia ultimis quindecim diebus regiminis & sequestris unius cuiusq; rectoris Tu derti sententia ferri non potest, Præterea uoluerunt quod dicti quindecim dies quibus senten tia non fertur in tempore dictæ instantiæ minime computetur, Et quia cõtra heredes inno minatos plerumq; intentatur iudicium, Et postea comparet a liquis qui se asserat proximiorẽ defuncti contra cuius heredes iudicium inchoatur dicens hereditatem dicti defuncti ad eum esse deuolutam & ex hoc petit terminum ad deliberandum utrum uelit dicti defuncti heres fieri in totũ uel pro aliqua parte & tali petenti terminus assignetur secundum formam iuris Et uoluerunt & mandauerunt quod dies dicti termini dati ad deliberandum nõ cõputetur in tempore dictæ instantiæ insuper autem quia plerumq; in iudicio concertationes fiunt & du bia oriuntur que de facili scrutari non possint uoluerunt & reformauerunt quod si in aduen tu noui iudicis essent tot dies utiles de dicta instantia decursi de qua non super essent dies decẽ utiles quod nouus iudex habeat & habere possit pro expeditione causæ decem dies utiles in istis decem diebus computatis illis diebus quæ superessent tempore sui præcessoris a die ad uentus dicti iudicis & non rectoris sub cuius potestate esset computandis & dicti decem dies uideantur & sint additi instantie supradicte & quia non uidetur æquum partium consensum tollere præterea uoluerunt quod si partes de eorum cõmuni cõcordia & uoluntate uellent tẽ pus dictæ instantię prorogari quod dicta prorogatio fiat pro ut de dictarũ partium uolunta te processerit ita tamen quod dicta instantia semel & non ultra prorogari possit insuper quia in dicta reformatione fit mentio de impedimento partis uoluerunt quod propter paucũ nu merum procuratorum exercentium quod si procurator legitimatus in causa esset impeditus

legitime & de eius impedimento constaret per partis assertionem uel testium recept. uel per instrumentum uel per alium legitimum modum quod tempus dictæ instantiæ non currat do nec dictum impedimentum cessauerit quæ omnia nõ solum ad futura sed etiam ad presentia nondum sopita uendicent sibi locum & præsens decretum uoluerunt apponi & publicari applicatum in uolumine statutorum Tuderti ne quis iudex impremissis ualeat ignorantiã allegare, Et prædicta fecerunt nõ obstantibus dicta reformatione de qua supra fit mentio quibuscunq; aliis statutis obstaculis & repugnantiis quibus & cuilibet eorum derogauerũt & derogatum esse uoluerunt ac si de eis hic expressa mentio facta foret.

¶ Quod condemnati communi Tuderti in aliqua pena non audiantur. Rub. XXXXIIII.

ITem uolentes prouidere quod condemnati cõmuni Tuderti in aliqua pena ciuiliter uel criminaliter quandocunq; & qualitercunq; descripti reperirentur in libris condemnationũ camere appostolice Tudertinæ uel in archiuio dicti cõmunis ultra dictas penas in quibus condemnati sunt patiantur aliquid grauamen & incommodum occasione penæ non solutæ statuerunt ordinauerunt & reformauerunt ac decreuerunt quod omnes & singuli condemnati in aliqua pena seu parte penę cõmuni Tuderti applicatæ tam ciuiliter quã criminaliter quandocunq; & qualitercunq; apparerent descripti & condemnati dicto cõmuni quod non audiantur in criminali uel ciuili actione exceptione seu defensione donec & quousq; dicta pena & pars pene fuerit dicto cõmuni soluta & dicta condemnatio cassa & fide per notarium cameræ Magnificis dominis prioribus facta fuerit per cedulam in scriptis, Et quod capitaneus & eius iudex & officialis prædicta obseruent obseruariq; faciant inuiolabiliter sub pena centum libra. corto. pro quolibet in preiudicium dicti cõmunis contrafaciente omnĩ meliori modo.

¶ Quomodo dotes exigi debeant. Rub. XXXXV.

ITem statuerunt deliberauerunt & declarauerunt ac lege perpetua reformauerũt quod de cetero nulla persona Ciuitatis uel comitatus Tuderti quæ quomodolibet esset pro dote danda obligata possit uel debeat conueniri uel cogi ad solutionem prædictam nisi pro uiginti florenis pro quolibet centinario dotium promissarum tempore contracti matrimonii & traductionis ad domum uiri & deinde pro residuo solummodo ad decẽ florenos p centinario quolibet anno & non ultra siue appareat instrumentum siue non cum iuramento uel sine cũ renũciatione præsentis statuti uel sine ita & taliter quod nullus iudex seu officialis ultra prædicta possit procedere uel cognoscere sub pena quinquaginta florenorũ auri retinendorum in fine sui officii per sindicatores dictorum officialium & quod nulla fraus uel dolus possit cõmitti in prędictis sub spe imaginaria mutui uel depositi uel alterius cuiuscunq; contractus facti maritis siue soceris uel aliis personis addentes quod si aliquomodo de fraude huiusmodi decreti appareret quod tunc & eo casu cõmittentes talem fraudem puniantur in florenis quinquaginta & quilibet possit accusare uel denunciare & habeat quartam partem de eo quod uenerit in camerã cõmunis & eodem modo statuerunt & reformauerunt quod nullus de cetero de dotibus dandis & concedendis in futurũ in casu restitutionis possit cogi & conueniri nisi ad decem florenos pro centinario quolibet anno, Ita quod omnia dicta statuta superius in dotibus dandis locum habeant & statuta intelligantur & sint in dotibus repetendis excepto quod non possint conueniri nisi ad decem pro centinario, Et prædicta locum habeant quando solutio dociũ huiusmodi fuisset facta modo & forma supra expressa

adi[illegible]one forenorum decem quolibet anno alias fiat restitutio dotium infra tempus & eo modo & forma pro ut fuit facta solutio dummodo restitutio integra decennium non excedat etiam quod solutio ultra decennium fuisset protracta & dilata & hoc fecerint omni meliori modo & forma.

ℭ Soccite & pascua per forenses non teneantur. Rub. XLVI.

ITem simili modo & forma dato misso & celebrato partito ad lupinos albos & nigros & uicto per omnes numero nouem dantes lupinos uel sic uolentes cōsulere utilitati ciuium qui in pecoribus se exercent prouidere prouiderunt ordinauerunt & reformauerunt ac decreuerūt quod nullus forensis de cetero possit nec debeat in comitatu Tuderti habere nec tenere aliquas soccitas aliquorum animalium nec aliquod genus animalium in ipso comitatu ad pascua tenere ultra tres dies sine licentia dominorum priorum dictæ Ciuitatis pro tempore existentium pena amissionis animalium applicandorum pro dimidia fabricæ Ecclesie sancti Fortunati de Tuderto pro quarta accusatori & pro alia quarta parte cōmuni Tuderti & si cum dicta licentia tenuerit soluat & soluere teneatur cōmuni predicto mensuatim sub dicta pena pro qualibet bestia cauallina uel bouina solidos decē den. & pro quolibet centinario bestiarum minutarum quatuor libras & quinq; den. super quibus quidem omnibus D. Defensor Ciuitatis Tuderti cognoscere teneatur & possit placæ sed pena nō cōmittatur nisi post tres dies a notificatione præsentis fienda quotiens uenerit in comitatu causa pasculandi uel nisi aliter sibi de præsenti statuto constaret.

ℭ Forenses non possint emere immobilia nec uendere. Rub. XLVII.

ITem simili modo & forma dato & misso partito ad lupinos albos & nigros & uincto ut supra. Obuiare uolentes ne forenses ditescere cupientes in cōmitatu Tuderti ciues Tudertinos ac etiam cōmitatiuos excludant prouiderūt decreuerunt & reformauerūt quod de cetero nullus forensis debeat nec possit in comitatu Tuderti emere uel uendere aliqua immobilia bona nec quouis alio iure titulo uel quesito colore alienare uel sibi acquirere palam uel occulte pena amissionis ipsorum bonorum ipso facto tam ementi quam uendenti incurrenda & hoc sine licentia dominorum priorum dictæ Ciuitatis pro tempore existentiū & consilii generalis dicti cōmunis cū quorum tamen priorum & consilii licentia possint placet sed pena non cōmittatur ab ignorante hoc statutum cuius iuramento stetur si deerunt aliç legitimæ probationes.

ℭ Laboratores bonorū forensiū soluant onera pro eis. Rub. XLVIII.

ITem simili modo & forma dato misso & celebrato partito ad lupinos albos & nigros & uincto ut supra intenti si fieri potest obuiare fraudi & pertinacie forēsium possessiones in comitatu Tuderti habentium prouiderunt decreuerunt ordinauerunt & reformauerunt quod de cetero nullus de Ciuitate uel comitatu Tuderti debeat nec possit laborare aut cultiuare bona aliquorum forensium nisi prius laboratores ipsi fideiusserint & efficaciter impleuerint de datiuis & grauaminibus cōmuni Tuderti per dictos forenses patronos ipsorum bonorum cōductorum ipsi cōmuni integraliter satisfacere pena ipsi laboratori quinq; librarū den. pro quolibet quartingeo terrarū quem cōtra præsentis ordinamenti formam cultiuauerint aut laborarēt, Et teneatur ac debeat occasione prædicta soluere dicto cōmuni pro qualibet quartingata dictorum forensium ordinarie solidos uiginti den. & prædicta omnia & sin

gula fecerunt supradicti decem nō obstantibus aliquibus legibus statutis decretis ordinamētis & reformationibus in dicto cōmuni editis in contrarium quibus omnibus derogauerūt derogatumq; esse uoluerunt ac si de ipsis ac eorum quolibet specialis & expressa mentio facta foret.

Immunitas laborantium de bonis hospitalis caritatis Rub. XLIX.

ITem prouiderunt ordinauerunt & reformauerunt quod si quis & quæcunq; persona comitatiuus uel forensis habitaret aut uellet habitare in aliquo loco uel mēbro hospitali caritatis dictæ ciuitatis & laborare uel cultiuare de bonis ipsius hospitalis præsentis legis auctoritate gaudeat gauderéq; possit & debeat priuilegio exemptionis & immunitatis perpetuo uidelicet tam diu quam diu bona prædicta laborauerit uel cultiuauerit ab omnibus & singulis factionibus grauaminibus ordinariis extraordinariis siue mistis realibus & personalibus datiuis terciariis subsidiis g. bellis macenatus & eius defectus musti & quibuscunq; aliis oneribus in cōmuni Ciuitatis Tudertinæ imponendis dum tamen ipsi tales non laborent nec cultiuent laborareq; & cultiuare non possint alia bona nisi dicti hospitalis neq; sua neq; alterius alioquin præsens exemptio & immunitas eisdem nullo modo suffragari possit, statutis ordinamentis reformationibus & decretis dicti cōmunis in cōtrariū fortasse disponentibus non obstantibus quoquo modo placet sed tertiarias & subsidiū cameræ appostolice debitum soluant.

Contra comitatiuis ciuibus sanguinem extrahentes. Rub. L.

ITem prouiderunt decreuerunt ordinauerunt & reformauerunt quod de cętero nullus comitatiuus cuiuscunq; cōditionis in dicto comitatu existat audeat nec pręsumat quocunq; euentu aut quocunq; casu offendere aut uerberare aliquem ciuem Tudertinū ita ut ipsi ciui extrahat sanguinē uel ex huiusmodi offensione uel uerbere sanguis ipsius ciuis effundatur aut quomodolibet extrahatur pena erit & personæ ipsi comitatiuo offendēti aut uerberanti uel uulneranti sanguinéq; ut præmittitur effundenti uel extrahenti & confiscatione omnium bonorum suorum mobilium & inmobiliū & se mouentium quam ipso facto incurrisse comitatiuus intelligatur cū primū contrafecerit, Et etiam ipse in prędictis cōtrafaciēs puniatur & condemnetur puniriq; & condemnari debeat & possit uigore præsentis ordinamenti per dominum Capitaneum Ciuitatis Tuderti & eius curiam pro tempore existentem ac si talis delinquens comitatiuus homicidiū perpetrasset statutis ordinamentis & decretis dicti cōmunis incontrariū fortasse disponentibus non obstantibus quibus omnibus derogauerūt derogatumq; esse uoluerūt & mandauerūt ac si de ipsis & quolibet ipsorum expressa mentio facta foret.

Decretū p artificibus forensibus uenire uolentibus. Rub. LI.

ITem statuerunt ordinauerunt & reformauerunt quod quicunq; forensis artifex uel laborator qui nunquam hactenus in Ciuitate Tuderti & comitatu familiariter morā traxisset diceretur & uenire uelit ad habitandum ac terras colendū uel alia magisteria sua in comitatu faciendū habeat & habere debeat sibiq; concedatur pro annis uigintiquinque a die cōcessionis deputandis immunitas & exemptio qua eximatur & immunis sit ac exēptus esse intelligatur ab omnibus subsidiis datiuis terciariis aliisque omnibus & singulis grauaminibus cō

munis & comitatus Tuderti qualitercũq; imponendis realibus & personalibus ordinariis & extraordinariis seu mictis exceptis pōribus stratis fontibus in quolibet casu omnibus cōtrũnia sint solũ teneantur soluere datiua & onera ꝑ bonis & possessionibus si quas emerent uel aliquo alio titulo quesiuerint infra dictum tempus & a dicto tempore citra.

Additio statuti de sodomitis. Rub. LII.

ITem statuerunt & reformauerunt quod oēs & singuli cōmittentes nefandam libidinē cũ masculis tam agendo quam patiendo uel aliter contra ueram nefandam libidinem committeret si fuerit etatis uigintiquinq; annoꝝ uel ab inde infra puniatur ꝑ qualibet uice & quolibet cōtrafaciente in centum libris den. cortonen. quã penã si nō soluerit infra decem dies a die cōdēnationis de eo facte ligatis mēbris genitalibus fustigetur ꝑ ciuitatem Tuderti si uero fuerit uigintiquinq; annoꝝ uel ab inde supra usq; in triginta tres annos tam agens quam patiens qui dictæ etatis fuerit puniat᷑ in pena ducentoꝝ libraꝝ ꝑ qualibet uice quam penã si infra decem dies a die cōdemnationis de eo facte non soluerit ligatis membris genitalibus fustigetur ēt ꝑ Ciuitatē Tuderti & deinde de dicta ciuitate & eius comitatu eiciatur adeo quod ad dictã ciuitatem & eius districtũ in perpetuũ redire non possit sub pena capitis si uero cōmittens prefatũ scelus fuerit etatis ultra triginta tres annos igne ꝯburatur & omnia bona eius publicentur cōmuni Tuderti & simili pena puniantur lenones supradicti sceleris uel etiã scienter cōmodantes domũ ad dictũ scelus cōmittendum seu ad aliũ locũ uel in domo & in dictis locis cōmittentes dictũ scelus receptātes & in pdictis penis nulla fiat remissio propter cōfessionē uel pacem sed sine diminutione soluantur, Et teneatur Capitaneus Ciuitatis Tuderti qui nunc est & ꝑ tempore erit & alii officiales cōmunis Tuderti qui de predictis cognitionē haberent saltim in secundo mense sui regiminis facere inquisitionē solennē & generalē cōtra oēs & singulos præfatũ scelus cōmittentes & exercentes & eoꝝ lenones & receptantes in qua debeant examinari ad minus octo testes pro qualibet regione & repertos culpabiles propalare in publica cōcione & insuper dictis penis condemnare, Et contra tales malefactores & delinquentes procedi possit & debeat ad torturam si cōtra eos extāt indicia de iure sufficientia & in prædicto crimine quelibet legitima ꝓbatio admittatur, Et si dictus Capitaneus & alii officiales dictã inquisitionē prædicto modo non fecerit de qua teneantur fidem facere per publica acta tempore eorũ sindicatus corã sindicis & sindicatoribus ipsorũ uel in predictis fuerint aliquantũ negligentes pena ducentaꝝ libraꝝ ꝑ qualibet uice puniant᷑.

Quod quilibet extractus ad officiũ dominorũ Priorũ teneantur prima die mensis intrare cũ aliis & de pena cōtrafaciētiũ. Rub. LIII.

ITem decreuerunt ordinauerunt & reformauerunt quod quilibet qui esset extractus ad officiũ dñorũ priorũ cōmunis & populi ciuitatis Tuderti & moraretur in ciuitate uel comitatu Tuderti in prima die mensis in qua priores noui intrant palatium solitę residentię dominorũ priorũ publice dictus talis electus ad dictum officiũ debeat una cum aliis prioribus intrare dictum palatiũ & qui una cũ aliis prioribus in dicto palatio nō intrauerit & moram traxerit in ciuitate uel comitatu Tuderti in primo die mensis in quo uel in qua dictũ officiũ intrauerit pena quinquaginta lib. den. puniatur quã penã camerarius cōmunis Tuderti retinere debeat de salario dicti talis prioris in dicto palatio in dicto termino nō intrantis, Et si dictus camerarius dictam penã nō retineret ipse camerarius teneatur dictam penã de suo soluere nec possit aliquid de suo salario petere donec dictam penam non soluerit, Et

prædicta

predicta locum non habeant in illis qui dicto tempore graui infirmitate tenerētur uel essent in aliquibus carcetibus uel propter guerrā sine magno discrimine uenire non possent. ne locum habeant quando per mēsem ante dictam extractionem esset mortuus pater vxor uel alius cōsanguineus, qui attineret dicto priori usque in secundum gradum consanguinitatis inclusiuē si quis vero esset extractus ad officium dictorum Dominorū priorum & aliquid teneatur soluere in communi nihil habere posit de suo salario nisi ante omnia dicta debita & onera soluerit cū effectu & teneatur cāmerarius cōmunis Tuderti retinerē salarium illius qui soluere deberet quousq; cōmuni satisfecerit. quod si non fecerit dictus cāmerarius de suo proprio soluere teneatur & de eius salario retineatur. & predicta non vendicent sibi locum in his qui tenerentur soluere in communi ratione alicuius prestantiæ inpositæ vel inponendæ & pro supradictis in dicto capitulo cōtentis filius teneatur pro debito patris & pater pro debitis filii & frater pro fratre ad inuicem in cōmunione manentes.

Decretū contra veneficos & de pæna venenantis Rubrica L IIII.

ITem statuerunt & decreuerūt qđ quicunq; præparauerit aut pestiferum uenenum dederit sciēter dolose & appensate animo interficiendi uenenauerit & uenenare presūpserit aliquid alicui consanguineo uel affini proximo uel extraneo capitali supplitio puniatur siue talis uenenatus, a, morte tempestiuo remedio euaserit siue inde mortuus fuerit. statuto posito sub Rubrica de his qui excipiuntur, a, pænis sub distinctione tercia & quocunque alio statuto in contrarium non obstante. quin imo liceat Capitaneo Tudertino & eius Iudicibus aut vices gerenti reos huiusmodi sceleris cōuictos ꝑ facti atrocitate. etiā atrocius punire eos per publica ciuitatis loca trahi faciendo & si uisum fuerit demūm distrahendo seu dilacerādo aut quouis alio supplitio grauiore afficiendo. si uero non fuerit dolus nec venenum mortiferū dederit tunc sit in arbitrio Capitanei aut eius iudicis ad quē spectare continget tales delinquētes in pecunia punire pro ut eis videbitur fore iustum facti & persone qualitate pensata ut supra in contrarium non obstantibus quibuscunq;.

De modo distribuendi onera in comitatu, Rubrica L V.

ITē statuerūt ordinauerūt & decreuerūt q; cōitatiui ciuitatis Tuderti teneātur & debeāt ōnia & singula onera ordinaria & extraordinaria seu mista queeunq; inposita & nō dū exacta & etiam imponenda ad inuicem inter se diuidere partiri & affectare prout & sicut per formam statutorum & ordinamentorum dicti communis fortiri & affectari & distribui debet tertiaria videlicet pro quarta parte inter lares & capita ęqualiter ad plus idest pro medietate dictę quartæ partis capitibus & pro medietate dictæ quartæ laribus pro reliquis tribus partibus pro gre & bonis ad minus & qui contra fecerit in prædictis, in florenis viginti quinq; distribuēdis & conuertendis iu modo predicto uice qualibet cōdenetur comuni Tuderti & cuilibet liceat contrafacientes denūtiare & accusare & habeat quartam partem penę quæ ex denūtiatione vel accusatione in dictū cōmune peruenerit & nomē eius teneatur secretū & Capitaneus ciuitatis Tuderti teneatur & debeat in prędictis inquirere & contra facientes in pænis prædictis punire.

Contra laboratores terrarū forēsium Rubrica. L VI

ITē statuerūt ordinauerūt decreuerūt & prouiderūt quod qlibet d ciuitate & comitatu Tuderti & qui uis alius in dictis ciuitate & comitatu Tuderti habitans qui laboraret aliquas terras & possesiones sitas in dicto comitatu & extra pertinentias quocunque

modo iure vel causa ad aliquem seu aliquos forenses non habitantes in dictis comitatu & ciuitate cuiusucuq; conditionis & præheminentiæ existant teneantur & debeant infra octo dies, a, die conductionis talis laborerii computandos se coram dñis prioribus qui pro tempore erunt presentare & nomē ipsius laboratoris & quantitatē terrarum prædictarū & cuius sunt terrē quas laborant specifice scribi facere per cancellariū cōmunis Tuderti per dictos dños priores deputandum in libro nouiter fiendo & soluere camerario p dictos dominos priores eligēdo quolibet anno de mense augusti uiginti solidos p quolibet quartingho terrarum prædictaꝶ positarum in dicto comitatu Tuderti & quatrag inta solidos pro qualibet quartinghata terraꝶ sitaꝶ: extra comitatum Tuderti quas laborarēt ut dictū est contrafacientes uero in prædictis & quolibet prædictorū pœna uigintiquinq; florenorū auri uice qualibet puniātur & sindici castrorum & uillarum & aliorum locorum comitatus Tuderti ubi dicti laboratores laborarent seu in quorum tenutis terrę sitæ essent teneantur & debeant elapso dicto termino sub dicta pęna referre & denūptiare Capitaneo ciuitatis Tuderti dictos laboratores & cuilibet liceat contrafacientem in prædictis uel aliquo prædictorum denūptiare & accusare & habeat quartā partem pęne quæ ex eius denuntiatione uel accusatione in cammera peruenerit, & nomen ipsius teneatur secretum, & quod pecuniæ colligēdæ, a, dictis laboratoribus & penæ prædictæ distribuantur & conuertantur in muritio & fortificatione muroꝶ: ciuitatis Tuderti.

De modo seruando per notarios in Rogitibus & aliis ad hāc materiā pertinentibus. Rubrica L V II.

ITem ordinauerunt & prouiderūt ad hoc ut notarii Tudertini debito honore perseuerent quod quilibet notarius de ciuitate & comitatu Tuderti de cætero quotienscūq; fuerit ad se rogandum de aliquo contractu seu rogitu requisitus priusquā ipsū rogitum stipulet debeat ipsum rogitum scribere substantialiter in bastardello liberculo siue matrice intitulato pro ut requiritur secundum formam iuris & statutorum Tuderti & ordinamentorum artis prędictę vel in folio suo vel alterius manu substantialiter scribere vel scriptū habere & deinde parti aut partibus & corā testibus legere ipsum rogitum & ōnia substantialiter verbotenus enarrare & stipulari pro ut ipsi notarii in dicta ciuitate fuerūt hactenus consueti. contrafacientes autem prædictis in solidis viginti vice qualibet puniatur de facto per consules artis prædictæ auferendis & camerario dictæ artis pro dicta arte recipienti persoluendis & applicandis teneantur etiam dicti notarii dictos rogitus in bastardello seu matrice vel folio ut dictum est scriptos in libro eorum autentico scribere extendere & annotare substantialiter secū dum consuetudinem in preteritum iam inductam & obseruatam Insuper teneantur dicti notarii & quilibet eorum dictos libros autenticos & matrices consulibus dictæ artis qui sunt & pro tempore erunt ad ipsorum consulum requisitionem & mandatum presentare singulis quatuor mensibus sub pena quinque librarum denarioꝶ pro quolibet & qualibet uice qua contrafecerint de facto auferendorum & applicandoꝶ: ut supra, Ita tamen quod ipsi notarii non teneantur exprimere vel legere dictis consulibus tenorē ipsorum cōtractuū siue rogituū sed solum & dūtaxat numerum, nec teneātur vlterius prēsentare rogitus siue contractus quos alias presentassent vel ostendissent consulibus dictę artis nisi in quantū consulibus predictis videbitur & placebit & de dicta ostēsione seu pręsentatione rogari d̄beat notarius cōsulū artis prædictæ, quam scribere debeat in quodā libro sūtibus dictæ artis de nouo cōficiendo & p ipsū notariū artis tenēdo in loco in quo dictis cōsulibus melius videbitur cōuenire d̄ qua quidē presentatione fiat mētio & scriptura in dicto libro sub hac forma videlicet millesimo &

die talis notarius presentauit talibus consulibus tot rogitus siue contractus, a tali die usq; in talem rogatos missos & scriptos ad librum suum auteticum secundum numerum rogituum suorum numeratorum in matrice si sic in numero concordauerit liber autenticus cum matrice. de presentatione autem fienda per notarium dictę artis de suis rogitibus fiat mentio in dicto libro manu alterius notarii ad mandatum dictorum cōsulum, & consules dicte artis teneantur dictam requisitionem & mandatum dictis temporibus facer̄ & ipsam presentationē diligenter recipere sub pena prędicta, & repertos non misisse rogitus ad librum auteticun ut dictum est punire in solidos uiginti pro quolibet rogitu sic ut pręmittit̄ non misso. & eisdem consulibus liceat ac possint prędictis notariis ut supra non misisse dictos rogitus repertis officium & artem tabellionatus interdicere quoad dictos rogitus siue contractus ad librum autenticum miserint & scripserint modo & forma superius adnotatis.

De modo seruando per consules de cōtractibus factis per notarios uiuentes. Rubrica. LVIII.

ITem ordinauerunt quod consules dicte artis qui ad presens sunt & pro tempore erunt teneantur inquirere modo & ordine, & quotiens eis uidebit an rogitus facti hactenus uel rogati per notarios dictę ciuitatis & comitatus ad huc uiuentes sint inmissi ad librū autenticum secundum quod in dicta ciuitate existit in preteritum consuetum & ōnes & singulos rogitus siue contractus quos reperierint non fore missos modo & forma prædictis mitti & scribi facere infra ter minum condecentem per ipsos cōsules statuendum & nihilominus possint & debeant repertos culpabiles & negligentes in prædictis, punire & mulctare eorū arbitrio ac offiicium tabellionatus ualeant interdicere tali ut supra culpabili ac negligenti donec dictos rogitus siue cōtractus ad suū librum autenticum miserit modo & forma superius adnotatis.

De modo & ordine registrādi contractus siue rogitus & de aliis ad dictam materiam pertinentibus. Rubrica. LIX.

ITem ordinauerunt ad hoc ut notariorū prædictorū ꝑ ut iura uolunt, gesta utiliter cōprobentur, quod omnes & singuli rogitus instrumēta siue contractus qui per dictos notarios fierent in ciuitate & comitatu Tuderti registrētur modo & forma inferius designatis videlicet quod duo notarii de dicta ciuitate eligendi per consul es dicte artis semꝑ presint dicto registro pro tempore per dictos consules deputando & declarādo quorum uterq; habeat suū librum bene ligatum eorum sumptibus faciendum in quo quidem libro substantialiter & si extensius darētur scribantur infra quimdecim dies tunc proxime subsequentes, a, die traditionis numerādos ōnes & singuli rogitus scripti qui per eos vel alium nomine eiusdem tamen notarii de ipso rogati manu scripti sint, & quilibet notarius đ ciuitate & comitatu Tuderti teneatur & debeat infra qndecim dies, a, die rogationis cōputādos omnes infrascrptos rogitus assignare & substantialiter in scriptis sua propria manu per se uel aliū suo nomine copiā dare alteri ex dictis notariis registri & tunc temporis soluere notario cui asignauerit pro eius labore unum solidum pro quolibet rogitu ut supra in scriptis dando, contra faciētes uero in prædictis uel aliquo prædictorum in solidis centum pro qualibet uice puniātur de facto per consules supradictos, qui quidē libri registri reponāt & esse debeāt durāte officio singulorꝫ notariorꝫ dicti registri in palatio dōminorꝫ priorꝫ prædictorꝫ in loco sic ut predictū est per ipsos đputato & sub munimine, & custodia dictorū notariorū registri & finito dicto offitio poni debeant in sacristia ecclesię Sancti Fortunati de Tuderto & loco deputato de qua sacristia nullo unquam tempore extrahi possint uel debeant aliqua causa uel quesito

colore nisi in casibus infrascriptis, Et notarii dicti registri teneant̃ & debeant secretos tenere rogitus & scripturas in dictis libris & quolibet ipsorũ scriptos & annotatos & copiã rogituũ in scriptis datorum, Et nemini legere ostẽdere aut modo aliquo ꝑpalare siue dicere nisi in his casibus uidelicet si cõtractus uel rogitus notarii esset deperditus uel redargueretur de facto in quibus casibus requiratur expressa licentia & mãdatũ iudicis maioris curię ciuitatis Tuderti & cõsulũ artis prædictæ qua licentia obtenta & habita liceat ipsis notariis tantũ copiã infrascriptis facere sua manu & si secus fecerit in libris quinquaginta den. uice qualibet puniatur cuius penę medietas sit cõmunis Tuderti reliqua medietas sit dictæ artis, & nihilominus ad interesse partis læsæ ꝓpterea teneantur ꝑ quibus quidẽ omnibus & singulis firmiter obseruãdis ordinauerũt quod in prædictis casibus & eorũ quolibet Capitaneus ciuitatis Tuderti qui ẽ & ꝑ tempore fuerit teneat̃ & debeat ad oẽm dictorũ cõsulũ requisitionem cũ effectu executioni mandare quicquid ꝑ dictos consules fuerit postulatũ in prædictis uel aliquo prædictorũ, Et contrafacientes in prędictis uel aliquo prædictorũ cogere realiter & personaliter quotiens ipsis cõsulibus placebit & non relaxare absq; aliquo ꝓcessu & scriptura uel sententia sub pena uigintiquinq; librarũ denariorũ de eius salario tempore sindicatus retinenda ꝑ camerariũ cameræ Tudertinę teneãtur insuper cõsules dictæ artis oẽs & singulas penas in quibus dicti notarii uel ipsorũ aliquis incurrissent durante tempore ipsorũ officii exigere & exigi facere cũ effectu sub pena decem librarũ denariorũ pro quolibet dictorũ cõsulũ contrafacientiũ cuius pœnæ medietas sit cõmunis Tuderti & reliqua dictæ artis & quilibet officialis cõmunis Tuderti de prædictis notitiam habens teneatur & debeat summarie & de facto sine aliqua scriptura dictas penas a dictis cõsulibus exigere cũ effectu sub pena prædicta quibuscunq; loquentibus in contrariũ non obstantibus declarantes insuper quod ea quæ in dicto ordinamento dicta sunt de copia in scriptis substantialiter danda de rogitibus registrandis & intelligantur dare copiæ si exprimit̃ annus dies & mensis ac testes rogatus & genus aut species dicti rogitus & nomina uel nomen cõtrahentis aut cõtrahentium & cõditiones si quæ in rogitu factæ essent absq; aliis clausulis usitatis quæ subintelligant̃ ꝑ ut in libro notariorũ extenduntur seu breuiantur, Et si quod circha hoc oriretur dubium stetur decisioni consulũ artis prædictæ sicut eis melius uidebitur conuenire.

¶ De mercede solutio ꝯtractuũ & scripturarũ.

¶ Item ordinauerunt quod ad hoc ut omnis dissentio quę oriri posset occasione solutionis & pretii scripturarũ amputetur quod deinceps nullus notarius de ciuitate uel comitatu Tuderti possit uel debeat accipere uel habere pro scripturis infrascriptis uel rogitibus in publicã formam redactis nisi solum & dumtaxat quantitates infrascriptas uidelicet pro quolibet instrumento uenditionis & emptionis permutationis & cambii ac etiam quietationis & diuisionis & laudorum inuentariorũ pactorum transactionum a uiginti florenis infra bolonenos duodecim & abinde supra dena. xii ꝑ quolibet floreno ultra dictos duodecim bolonenos.

¶ Item pro quolibet rogitu mutui a decem florenis infra solidos uiginti a dictis uero uiginti florenis supra xii denarios pro quolibet floreno ultra dictos uiginti solidos.

¶ Item pro quolibet cõpromisso & instrumento tutelæ non possit accipi ultra uiginti bolonenos inspecta quantitate & qualitate compromissi & tutelæ.

¶ Item pro quolibet testamento in quo fuerint instituti sui heredes nõ possit accipi ultra sex denarios pro quolibet floreno extimationis talis hereditatis ubi uero fuerint instituti extranei non possint accipi ultra duodecim denarios pro quolibet in aliis autem contractibus & instrumentis de quibus non est superius facta mentio seruetur & seruari debeat per dictos notarios in solutionibus modus & ordo consuetus & casu quo in prædictis uel aliquo prædictorum questio oriretur stetur & stari debeat decisioni consulũ dictæ artis.

Item q̃a singulis annis inter artifices dictæ artis diuersæ contumeliæ dissensiones & ira-

cundiæ & lites obueniunt propter imposita seu onera quæ imponuntur & imponi debent pro cereo sancti Fortunati cum nullus certus ordo nec determinatio fuerit hactenus in dicta arte sed quodammodo grosso & incongruo processum sit ad impositionem dicti oneris non inspecta ut decet qualitate personæ & lucri quantitatis artificis uolentes ad hoc prouidere ordinauerunt quod de cetero imposita dicti cerei & aliarũ expensarum occurrentium in dicta arte imponantur & imponi debeat hoc modo uidelicet quod consules dictæ artis habito numero contractuum cuiuslibet notarii assignandorum pro ut supra in aliis ordinamentis fit mentio debeant distribuere & imponere & deinde exigi facere ad rationem trium denariorum pro quolibet contractu seu rogitu de quo rogatus esset.

¶ Itẽ ꝑ qualibet petitione q̃ porrigeret in aliqua curia Tudertina in ciuilibus causis solui debeat ꝓ ꝓcuratore bolonen9 un9 & ubi nõ interueniret ꝓcurator teneat scriptor ipsius petitionis. ¶ Item uoluerunt quod quilibet aduocatus teneatur & debeat soluere ꝓ dicta impositione quolibet anno ad plus uiginti bolonenos & ad minus duodecim bolonenos cõsiderato exercitio aduocationis talis aduocati. ¶ Ceteri uero notarii qui nec contractus rogauit neq; in procuratione se exercent soluant prout hactenus cõsueuerunt. Et teneantur consules dicte artis qui pro tempore erunt dictam impositam cũ omni debita diligentia exigere & exigi facere infra annum eorum officii quod si non fecerint debeat eis imputari & ad complementum eius imponi ac si dictam impositam exigi esset.

¶ Item ordinauerunt quod nullus notarius de ciuitate uel comitatu Tuderti debeat rogare aliquem contractum seu aliquos contractus uel aliquam scripturam publicam uel priuatam facere aliquibus diebus festiuitatum quas Ecclesia precipit obseruari contrafaciens uero puniatur pro quolibet contractu seu rogitu in soldos uiginti exceptis testamentis & [illegible] tis pacis & quilibet possit quemlibet notarium contrafacientem denuntiare [illegible] consulibus dicte artis & lucretur medietatem dictæ penæ & nomen eius teneatur [illegible] ab his uero excipiatur quilibet notarius qui aliquo officio in commune fungeretur.

¶ Item ordinauerunt quod extractio nouorũ cõsulũ de bursia facta [illegible] in futurum fiat & fieri debeat quolibet anno de mense Februarii & tunc temporis [illegible] iurisdictio & officium ita tamen quod præsens ordinamentum non [illegible] officium præsentium consulum quoad extractionem [illegible] officii. ¶ Item ordinauerunt quod omnes & singuli libri contractuum notariorum defunctorum statim defuncto notario & requisito herede talis notarii per consules [illegible] assignentur dictis consulibus qui quidem consules debeant de uoluntate heredis ꝑdicti ipsos contractus dari assignari & committi facere uni ex notariis de ciuitate Tuderti. Et quod supra dicitur de libris contractuum notariorum defunctorum intelligatur non solum rogatis per dictum notarium sed etiam de aliis omnibus penes eum existentibus.

¶ Qualiter ciues teneantur contribuere pro muritiis fiendis in Castris comitatus Tuderti. Rub. LX.

ITẽ ꝓuiderũt reformauerunt & decreuerũt quod oẽs & singuli homines & ꝑsonæ ciuitatis Tuderti in muritiis reparationibus accõcimine q̃ in futurũ fierent & fieri debent in castris locis & uillis dicti comitatus Tuderti teneant & debeãt cõtribuere una cũ masariis hominibus & personis dictoꝝ locoꝝ castroꝝ & uillaꝝ solũ ad salaria & merced[illegible] magistrorum muratorũ pro rata eis & cuilibet ipsoꝝ ciuiũ cõtingente secundũ impositionem fiendã dictis ciuibus & cuilibet ipsorum secundum formam statutorum & ordinamentorum dictæ ciuitatis loquentium de affectatione & impositione fienda super muritiis acconcimine & reparatione dictoꝝ castroꝝ locorũ & uillarũ & nõ aliter uel alio modo dicta impositio fieri

possit, & ad hoc intelligatur debere contribuere dictis muritiis acconcimine & reparationibus fiendis omnes ciues qui habent possessiones in aliquibus tenutis dictorũ castrorum locorum & uillarum & etiã domos in eisdem, Ad alias uero expensas onera & grauamina occurrentes opportunas & necessarias & occurrẽtia necessaria & opportuna in dictis muritiis acconciminibus & reparationibus in futurum fiendis dicti ciues minime cõtribuere teneantur nec debeant.

Quod compromissa infra duos menses terminentur. Rub. LXI.

Item statuerunt prouiderunt & ordinauerunt quod postquam cõpromissum acceptatũ fuisset arbitri & arbitratores teneantur & debeant cõpromissa in eis infra duos menses a die eorum acceptationis terminasse agendo & procedendo secundũ quod per formam statutorum Tuderti prouisum sit quod si non fecerint non intelligatur propterea cõpromissum expiratum esse sed per dominum Capitaneum Tudertinum eiusq; iudices & curiam & per eum uel eos qui loco eorum in officio residerẽt dicti arbitri & arbitratores in palatio uel alio loco congruo constringantur & detineantur nulla oppositione obstante nec de prædicto palatio uel loco recedere possint aliquo tẽpore nec de die nec de nocte donec lites & questiones prædictæ fuerint per eos decisæ & terminatę cum effectu pena si in prædictis contrafecerint dictis arbitris & arbitratoribus & cuilibet eorum libra. centum den. pro quolibet ipsorum, Et in eadem pena incurrat & incurrisse intelligatur Capitaneus uel eius officialis qui eis uel alicui eorum de recedendo licentiam cõcederet quæ penæ sine aliqua declaratione uel sententia pro edificiis & acconcimine ciuitatis pro duabus partibus cõuertantur, Et si facta per aliquam partem compromittentium discussio foret de dictis detentis ipsi detenti in palatio uel alio loco prædicto non inuenirentur in pena prædicta ut supra persoluenda in libro speciali describantur & describi faciat dominus Capitaneus & officialis prædictus ad requisitionem cuiuslibet postulantis de dictis compromittentibus quod si dictus Capitaneus uel eius officialis non fecerit in eadem pena centum librarũ ipso facto & ipso iure sine alia declaratione incidisse intelligatur per camerarium uel erarium Tudertinum de suo salario retinẽda quarum penarum prędictarum tertia pars sit camere Tudertinæ & aliæ uero duæ partes in dictis reparationibus conuertantur quæ omnia etiam uendicent sibi locum in tertio arbitro & arbitratore quando acceptaretur siue eligeretur a die acceptatiõis dicti tertii & in pendentibus & futuris.

Quod statuta cõmunis Tuderti contra ciues & comitatiuos non prosint forensibus. Rub. LXII.

Item prouiderunt & ordinauerunt utsupra ad hoc ut statuta cõmunis Tuderti in cõmoditatem ciuium redundent & forensium conditio potior non sit quam conditio ciuium quod statuta cõmunis Tuderti tam facta quam facienda in damnum & præiudicium ciuium & comitatiuorum Ciuitatis Tuderti forensibus non prosint nisi catenus quatenus in terra seu ciuitate uel loco de quo forenses essent & prouisum sit in fauorẽ forensium, Et quod quilibet forensis qui esset debitor alicuius ciuis uel comitatiui qui suspectus haberetur & diceretur ad solum iuramẽtum ciuis uel comitatiui & ad eius assertionem pro debito ad quod ipse forẽsis ipsis teneri asseratur de suspecto iurari possit & capi possit personaliter nullo obstaculo uel exceptione obstantibus ad petitionem petentis & iurantis ac asserentis se creditorem esse ipsius forensis in certa quãtitate cum causa debiti eo uero forense capto statim ipse creditor probare debeat debitum supradictum ad quod soluendum ipse forensis teneatur legiptime infra terminum per iudicem coram quo lis uel questio foret assignandum & declarandum

dum, Ita quod ipsa questio spatio dierum quindecim terminetur si probationes in ciuitate & comitatu essent si uero extra dictam ciuitatem & comitatum probationes existerent in terminum unius mensis terminari debeant & finiri & si dictus captus legitime fideiuberet de iudicio sisti & iudicatum soluendo sub tali fideiussione relaxetur non obstante aliquo statuto in contrarium disponente & eo forense in solutione iudicati cessante fideiussores unus uel plures ad soluendum iudicati in solidum teneantur & pro expensis statuto posito in quarta distinctione statuto dictae ciuitatis sub Rub. quod nullus ciuis uel comitatensis & in aliis casibus semper saluo.

¶ De cereis portandis per dominos priores. Rub. LXIII.

ITem deliberauerunt & decreuerūt ut imposterum ad morē splendidum & magnificentiam officii prioratus dominorum priorū dictę ciuitatis priores teneantur & debeant omni hora qua ipsi aut ipsorum quilibet discederet de eorum palatio noctis tempore ferri facere ante quemlibet eorum per ciuitatem unum cereum accensum ponderis trium librarum cere tum in se conferendo ad dictum palatium tum etiam in recedendo domum sub pena decem librarum denariorum pro qualibet uice & quolibet eorum qui sic non egerit de suo salario retinenda per camerarium dicti cōmunis quas dictus camerarius retinere debeat in fine eorum dominorum officii sub dicta pena & easdem decem libras soluere debeat pro euidenti opportunaque reparatione aut actatione dicti eorum palatii non autem per aliam uiam sub dicta pena.

¶ Quantum soluere teneatur unusquisque nouus prior. Rub. LXIIII.

ITem ordinauerunt & decreuerunt quod quisque nouus dominus prior in quolibet prioratu teneatur & debeat unum florenū deponere aut soluere depositario dicti cōmunis ordinato aut ordinando de suo salario prioratus primi mēsis quem florenum dictus depositarius ad requisitionem omnium dominorum priorum per sollemnem bullectam debeat expendere euidenter pro cratentibus uasibus siue uasculis & peluibus uel pro omnibus suppellectilibus oportunis & necessariis mensae dictorum Magnificorū dominorū priorū ex argento conficiendis & non pro alia re sub pena dupli eius quod aliter soluerit si autem dicti Magnifici domini priores id recusauerint aut quouis modo non fecerint camerarius dicti cōmunis aut is qui eorum salariū solueret teneatur de eodem salario retinere dictū florenum & dicto depositario soluere sub pena uigintiquinque librarum pro eisdem rebus conuertenda & similis pena intelligatur de dicto depositario ut uetusta consuetudo restringendarū epularum ad splendorem ciuitatis proueniat de quibus omnibus dominus Capitaneus dicti cōmunis executionem faciat & facere debeat contra dictum camerarium & depositarium sub dicta pena uigintiquinque librarum.

¶ Quod extranei tabelliones non rogent se de scripturis & de modo sportularum in causis commissariis. Rub. LXV.

ITem statuerunt & decreuerunt quod deinceps Capitaneus defensor iudex collateralis uel alius quiuis de eorum familia uel cōmunis Tudertini cui uel quibus aliqua cā cōmissa fuerit & committetur a quocunque legato gubernatore & locumtenente aut quocunque alio auctoritatem huiusmodi habentem non possint seu possit accipere uel recipere pro dictis causis commissariis & eius sportulis nisi solidum unum pro quolibet floreno extimae

tionis rei dicte cause, Et similiter nullus notarius possit de actibus ipsius cause uel causarum aliquo modo uel causa rogare nisi sit ciuis Tudertinus & incola in matricula artis notariorũ dictæ ciuitatis descriptus ad penam pro quolibet Capitaneo iudice defensore officiali notario contrafaciente in præmissis uel aliquo præmissorum & uice qualibet florenorum uiginti quatuor auri applicandorũ pro duabus partibus cõmuni Tuderti & pro tertia parte camere Tudertine inquam penam de facto incurrat & incurrisse intelligatur quam primum quispiã contrafecerit ut præmissum est ff. iur. ciuili canonico consuetudinibus & aliis in contrariũ facientibus quibuscumque non obstantibus.

¶ Modus capiendi assignandi & uendendi pignora. Rub. LXVI

ITem statuerunt ordinauerũt & decreuerunt quod de cetero nullus officialis aut baiulus uel executor cõmunis Tuderti possit penes se retinere ... pro executione siue pro se obpignorare cuipiam uel consignare aliquod pignus quod acceperit aut tolli fecisset quacumque de causa ab aliquo de ciuitate uel comitatu Tuderti uel habitatore in eis sed ipsum pignus si fuerit in ciuitate acceptum eodem die aut sequenti si uero in comitatu infra secundam diem ... primum ad ciuitatem redierit assignare debeat collectori datiuarum cõmunis Tuderti officiali camere appostolice exactori subsiddiorum tertiariarũ & gabellarũ uel pensionũ pro quibus pignora essent accepta aut alteri deputando per illum ad cuius instãtiã executio facta esset de consensu & uoluntate dominorum priorũ pro tempore residentium, Et quod nullus baiulus possit pignus accipere sine officiali nec officialis sine baiulo cõmunis Tuderti & quod idem officialis tempore acceptionis pignoris antequam pignus auferatur a domo eius a quo esset acceptum debeat scripturã facere sua manu subscriptã in forma quam relaxet ... pignoratũ uel alterum grauatum uel aliquem de sua familia & domo quæ contineat quod pignus est ablatum & qua causa cum millesimo & die & per quem baiulũ, Et semper quando ... pignora alicui per officialem fieri debeat scriptura manu officialis assignantis & manu recipientis mutua inter se, Et aliam copiam faciant quam trasmittant ad cancellarium cõmunis Tuderti qui de ipsis facere teneatur infilsam de per se nec propter hoc possit mercedem exigere nec accipere & quilibet collector receptor uel depositarius taliũ pignorum de ipsis pignoribus omnibus & singulis teneatur reddere rationem quemadmodũ de pecuniis si eas colligeret & soluere debeat executioné debitam si pignora sint sufficientiã ad principalem sortem & expensas & si executio fuerit concessa secundum formam statutorũ cõmunis Tuderti & aliter non dicta autem pignora non aliter uendi possint nisi per subastationem & seruata forma dictorum statutorum, Et collector uel alius ad quem spectare contingeret debeat scribere pretium pignoris uenditi & quibus & cui cum modo & die, & de dicto pretio primo retrahere dictam executionem deinde supplere debito principali, & si quid super fuerit reddere teneatur illi a quo tale pignus fuit acceptum & si non sufficeret aptet pro parte secundum pecuniæ quantitatem & ad reliquum talis debitor teneatur officialis uero executor uel baiulus uel alius contrafaciens in prædictis uel aliquo predictorum penam librarum decem denariorum pro quolibet & uice qualibet ipso facto incurrat & possit officialis & executor durante eius officio & in sindicatu etiam ordinario etiam post lapsum terminum petitionum sindicati etiam puniri, & etiam post sententiam absolutiuam dummodo infra sex dies tãtum si delictum sit manifestum & ad integram satisfactionem possit cogi quibuscumque statutis & decretis in contrarium non obstantibus, & quilibet dictos officiales executores & baiulos delinquentes & eorum quemlibet contrafacientem in prædictis uel aliquo predictorum denuntiare & accusare possit & lucretur quartam partem penæ prædictæ

quæ ex eius accusatione uel denuntiatione in cammera cõmunis peruenerit.

ℭ Ad quem appelletur in defectum defensoris & de modo procedendi in causis apellationum. LXVII

ITem statuerunt & reformauerunt quod casu quo defensor dictæ ciuitatis non esset iuris doctor & legũ forensis tunc debeat appellari ad dominũ Gubernatorem seu locumtenentem Ciuitatis Tuderti & quod quilibet appellãs ab aliquo grauamine eu interloquutoria aut pręcepto ante diffinitiuam sententiam seu post in iuditio uel extra in causa ciuili aut criminali a quibusuis iudicibus ordinariis seu delegatis arbitriis seu arbitratoribus uel de nullitate dicens aut reductionem petens ad arbitrium boni uiri uel restitutionum in integrum coram iudice ad quem infra octo dies a die interpositę appellationis uel petitę reductionis uel restitutionis in integrum computandos appellationem & causam ipsam prosequi teneatur faciendo partem citari quod infra certum terminum debeat cõparere & in dicto termino & infra dictum terminum ipse appellans seu de nullitate dicens debeat se presentare. In causis uero appellationum seu nullitatum aut reductionum ad arbitrium boni uiri uel restitutionum in integrum a diffinitiua sententia appellans & causam agens infra uiginti dies continuos ex die interpositæ appellationis causam appellationis & nullitatis prosequi teneatur faciendo citari aduersarium & se infra dictum terminum uel in ipso termino se presentando. In omnibus autem causis & appellationibus supradictis procedi possit sine libello et litis contestatione & iuramento calumnie & aliis solemnitatibus substantialibus iuditiorũ ac solum facta pręsentatione legitimentur personæ e deinde detur terminus decem dierum uel maior siue minor arbitrio iudicantis utriq; parti ad iustificãdũ & impugnãdũ & probandũ et probatum habendum per omne genus probationis. Quo termino elapso detur terminus ad accipiendum copiam de productis et probatis utriq; parti ad probandum & probatum habentur contra producta & probata. Quo termino elapso detur terminus utriq; parti ad allegandum, & illo elapso iudex quanto citius causam per sententiam terminet & decidat ita tamen quod siue pars citata uenerit siue non actor causam ipsam infra tẽpora fatalia inferius exprimenda per sententiam terminari faciat uidelicet si causa ciuilis sit a grauamine siue ab interloquutoria infra duos menses si uero a diffinitiua infra tres menses si uero criminalis ab interlocutoria siue grauamine infra mensem si uero a diffinitiua infra duos menses ex die interpositæ appellationis debeat expediri detractis feriis mensium & uindemiarum si in dictis temporibus inciderint & aliarũ nundinarũ dictæ ciuitatis Tuderti quibus elapsis causa intelligatur omnino esse deserta etiam sine alia pronuntia iudicis & possit nihilominus iudex ab inde in posterum pronuntiare & declarare desertam & deserentem in expensis condennare. Hoc addito quod possit quilibet appellans causam nullitatis simul & semel cum appellatione deducere prosequi & terminari facere debeat & etiam simul cum appellatione & nullitate possit intentari causa restitutionis in integrum & reductio ad arbitrium boni uiri quibus temporibus utsupra elapsis agendi de nullitate omnis reclamationis restitutionis reductionis ad arbitrium boni uiri & appellationis aditus sit & esse debeat præsentis decreti reformationis auctoritate preclusus, ita tamen quod quoad principiũ dicendi de nullitate uel restitutionis uel reductionis ad arbitrium boni uiri per presens statutum nullum preiudiciũ degeneretur nec aliquid innouatum censeatur.

ℭ De prescriptionibus.

Quoniam cōsueuerūt coloni partiarii & coptimarii tēpore bonorum in ciuitate & comitatu Tuderti, ac etiam retinentes animalia in soccitā & ad collaticum nec non debitores mercatorꝝ aromatariorꝝ ceterorꝝq; artificum & debitores subsidiorum & collectarum & aliarum publicarꝝ quarumcūq; fūctionum ut plurimū satisfacientes exactoribus subsidiorum & collectarꝝ & aliarum publicarum functionum & de parte frugum & coptimi veris dominis & etiam collaticum animalium ipsaq; animalia restituētes & de soccitis ratione reddētes & satisfaciētes exactoribus & mercatoribus aromatariis & artificibus nec nō & ceteri ex aliis qbus uis causis cōstituti debitores soluētes suis creditoribus tempore solutionis & satisfactionis testes minime ad hibere nec instrumenta nec librorꝝ postas cassari facere uel instrumēta quietationis soluto debito habere curare. sed in his esse negligētes, & ppterea lapsu tēporis dū cācellationē & satisfctionē probare nō possūt debitū iā solutū & satisfactū. iterū cōtra bonā fidē & iustitiā dnuo suis creditoribus et exactoribus satisfacerē cōpellūtur quod quidē sepisime nostris tēporibus factū fuisse cōperimus volētes itaq; huic morbo cōpetens adhibere remediū. statuimus & reformamus, ut de inceps debitores subsidiorꝝ datiarꝝ & aliorꝝ quorꝝcūq; onerum huiusmodi & coloni partiarii post triennium ex die indicti muneris vel postquam deseruere culturam respectiue & coptimum uero et animalia & collaticum vel ad soccitā retinentes nec non mercator aromatariorū ceterorumq; artificū debitores ex eorꝝ precipue libris apparētes post decēnium ex tempore contracti debiti seu debitę solutionis numerādū vlterius ad aliquā solutionē nec satisfationē quomodolibet teneri nec ad id cogi posse nec debere ceteri uero ex quacūque alia causa debitores constituti etiam cū instrumento publico, iurato & guarantigiato post uigeximum quintum āni ut supra numeran. preterquā in casibus in quibus aliquod statutū minus tempus determinatū reperiretur vlterius ad soluendum cōpelli non posse nec debere, sed post tempus & tempora supra expssa solutum & satisfactum omnino exactoribus & rerꝝ dominis & creditoribus ipsis ac plene satisfactum esse censeri non obstamtibus iuramento guarātigie & aliis in contrarium quibuscūq; iure canonico vel ciuili nisi infra tempus & tempora ut supra expressa pars debiti soluta esse legitime probarē vel aliter in parte satisfactum vel lis de super mota iam fuisset excipiētes a, predictis debita dotalia & ex causa dotis in quibus idem in ōnibus & per ōnia censeri & obseruari debere. decernimus & declaramus demum post lapsum ānorꝝ quinquaginta & predicta omni meliori modo.

Quod fructus vltimi anni cōductionis sint dñi & nō coloni Rubrca LIIII

Item aduertentes quod laboratores terrarꝝ alienarꝝ vltimo anno sui laboritii solēt male colerē potare & tractare arbores & vites in dictis terris existentes & quod ex hoc maximū detrimētū & deterioratio arborū & maxime pergularꝝ causatur, put experientia docuit ex hiis & aliis iustis causis reformauerūt quod nullus colonus ciuis cōmitatiuus seu forēsis in teritorio predicto morā trahens & alienas terras laborans vltimo āno sui laboritii & de terris quas ulterius laborare non habēt aliqd, habere seu percipere possint de fructibus arborꝝ natis dicto vltimo āno siue industriales siue naturales existant, sed illi sint dñorꝝ terrarꝝ quas laborāt, nisi de expresso cōsensu dñi arbores ipsas potauerint, occauerit vel coluerit, si autē sine expresso cōsensu predicta fecerint uel coluerint, vel predictā fecerint, tunc dño uoleti dictos fructus percipere & habere liceat refectis expēsis & operibus, fructus predictos habere & percipere & ipsi coloni secata segete, & remotis & collectis aliis fructibus per eos sēminatis in dicto domino in terris predictis vlterius ingredi & fructus arborꝝ predictorꝝ pcipere seu colligere nō audeāt, sub penis in aliis statutis cōptehēsis.

De precio & mensura calcis arenę & laterum.

Item uolentes prouidere, circa uendentes calcem & arenam. statuerũt, & reformauerunt &
decreuerũt ꝙ uendentes calcẽ, teneantur illã mensurare in loco ad quem portat ipsam calcẽ
teneãtur illam mẽsurare in quartingo iusto & facto secundũ forma statuti Ciuit. Tuder. de
materia loquentis pro precio ad summum, quatuor decim bononeno. pro qualibet corb. in pe
tra continenti duos quartingos, & solata seu in puluere quatuor quartingos predict. mensurę.

Item ꝙ uendentes arenam debeãt, ipsam arenam portare cum saccehettis, & ꝙ qualibet sac
chetta, contineat in se tertium quartengum arene ad mensuram quartinghi, quo mensuratur
frumentum, & ꝙ non valeant nec possint, ipsi arenarii, uendere nec vendant centinarium
dictarũ saccheltarum arene, maiori precio quinque carlenorum ad plus, contrafaciens autem
in predictis & quolibet predictorum siue circa calcem siue circa arenam, puniatur pro qualibet
vice in duobus scutis applicãdis pro quarto Camere Apost. pro quarta parte executori pro alia
quarta fabrice palatii dñi Cap. & pro alia quarta parte accusatori seu denunciatori. Et insuper
teneatur dictus contrafaciẽs ad interesse partis seu emptoris. Et quilibet possit & valeat eūdẽ
seu eundem accusare & denunciare etiam si esset ipse emptor iuramento tamen prestito & in pre
dictis & circa predicta & quolibet predictorum prestetur ipsi plena fides & habeatur pro plena
probatione.

Item volentes obuiare ne fornachiarii seu matronarii plus iusto & equo preciorum vendant
mattones tegulas quatruccios mezanellas planellas & alia huiusmodi lateritia. Statuerunt
reformauerunt & hac lege perpetuo sanciuerunt ꝙ fornachiarii huiusmodi non possint nec
valeant uendere nec uendant Centinarium laterum seu mattonorum & quatrucciorũ existent.
in fornacibus seu iuxta fornaces positas intra senatas Ciuit. Tuder. ultra quatuordecim bono.
ad plus pro quolibet centinario & centinario mezanellarum & planellarum ultra tredecim bo
nonenos pro quolibet centinario. Et centinarium tegularum ultra uiginti sex bononenos pro
quolibet centinario bene coctarum & iuste mensure.

Et in fornacibus positis extra senatas Ciuit. predicte centinarium mattonorũ & quatrucciorũ
ultra duodecim bononenos pro quolibet centinario, & cẽtinarium planellarum & mezanellarũ
ultra summam undecim bononenorũ pro quolibet centinario, & cent. tegularum ultra uiginti
quatuor bononenos pro quolibet cẽtinario iuste mensure, & coctorũ seu coctarum existentiũ
in dictis fornacibus seu iuxta dictas fornaces.

Et vendentes contra predictam formam, & maiori precio seu pluris quam fuit supra expressum
& declaratum puniãtur, uice qualibet & pro quolibet centinario, in uno floreno, applicando
pro quarta parte Cam. Apost. pro alia quarta exequutori, qui inde executionẽ fecerit, pro alia
quarta parte fabrice palatii M. Dñi Cap. Tud. & pro alia quarta parte accusatori, seu denun
ciatori, & ultra teneatur ad interesse partis, ad restitutionem precii, quod contra predicta for
mam receperit, & extorserit ab ea, & quilibet in predictis & circa predicta, possit accusare seu
denunciare, etiam si esset ipse emptor, & habeatur pro plena probatione accedente tamen iu
ramento eiusdem. vt sup.

Item ꝙ fornachiarii & matonarii huiusmodi lateritii, qui tegulas, lateres, seu mattones, tegu
las quadruccios, & mezanellas confecerint, & coxerint ac plasmauerint, non correspondentes
iuxta mensure Ciuit. Tuder. & forme sculpte, in pariete palatii Dñorum Prior. dicte Ciuitatis,
& iuxta portam dicti palatii, in longitudine latitudine, & grossitudine, postquã, cocti seu cocte
fuerint, puniantur uice qualibet, & pro quolibet centinario, in pena medii floreni applicandi vt su
pra pro quarta parte Camere Apost. pro alia quarta fabrice palatii Dñi Cap. pro alia quarta
parte executori, & pro alia accusatori seu denunciatori, & insuper ipsi mattonarii, seu forna

chiari non possit quoquomodo, vendere nec vendant centinarium predictorum mattonorum tegularũ planellarum quatrucciorum, & mezanellarũ non iustorũ seu iustarum ad rationẽ precii vt supra declarati, seu pro precio vt supra declarato, limitato & expresso sed minus quarta parte ipsius precii vt supra respectiue impositi, & ordinati. Et qui contra fecerit in dicta pena vnius floreni, pro qualibet vice, & pro quolibet centinario, puniatur applicanda vt supra. Et insuper teneatur ad interesse partis & ad restitut. precii seu illius pluris, quod ab eadem contra dictam formã receperit seu extorserit, & quilibet vt supra possit ipsum fornachiariũ & mattonarium accusare vt supra etiam si esset ipse emptor, & habeatur pro plena probatione, Et predicta locum habere uoluerunt, solum in futuris, & non in preteritis.

ITem minus dicti fornacchiarii & mattonarii possint uendere centinarium mattonorum tegularum, quatrucciorum, mezanellarum, & planellarum ad rationem supra dictam, & secũdum formam & precium vt supra limitatum, ordinatum, & declaratum, quando cõtigerit illis esse male coctos, seu coctas, sed possint, & valeant vendere, & vendant, centinarium ipsorum mattonorum, tegularum, quatrucciorum, planellarũ, & mezanellarum male coctorũ, & cottarum minus quarta parte ipsius precii, vt supra declarati, & limitati, & non pluris seu maioris precii, singula singulis congrue referendo. Et qui contra fecerit, pro qualibet vice, & pro quolibet cẽtinario, puniatur in pena vnius floreni applicãdi prout supra expressum fuit, Et insuper teneatur ad restitutionem illius pluris seu maioris quod inde ab emptore percepit, seu extorserit, ex causa predicta, & quilibet admittatur ad denunciandum seu accusandum, & quod preditta habeant locum in lateritiis futurum fiendis & in lateritis iam factis.

Reformationes.

De Compromissis & forma in eisdem seruanda.

ITem statuerunt reformauerunt ordinauerunt & decreuerunt quod omnia & singula compromissa voluntaria in quibus dies a compromittentibus non est appositus duret & durare intelligatur, per tẽpus quatuor mẽsium a die quo arbitri seu arbitratores dictum cõpromissũ acceptauerint quibus elapsis a die dicti cõpromissi acceptati ipso iure expiret & expirasse intelligat. Possint tñ dicti cõpromittẽtes in cõpromissis illud tẽpus apponere, ꝙ eis videbit & placebit, & ꝙ tẽpus a cõpmittẽtibus in cõpromisso appositũ cõpmissũ duret. Et possint cõpmitten. cõpromissa prorogare semel & pluries, & p illo tẽpore quo eis videbit, prout de ipsorũ voluntate processerit dummodo prorogatio que fieret sine tẽporis specificatione vltra tempus quatuor mensiũ non duret sed solũ pro quatuor mensibus facta intelligatur. Siquis autẽ in preteritũ aliquod voluntariũ fecerit cõpromissum in quo tẽpus appositum non sit. Ex dicto compromisso laudum non sit secutum duret per quatuor menses postquam dictum compromissum acceptauerint quibus elapsis si per arbitros seu arbitratores non fuerit laudatum ipso iure ipsũ cõpromissum expiret. Et quelibet partium possit sua iura exercere per inde ac si dictum compromissũ non foret. Et ad hoc vt in dictis cõpromissis minus possit esse dubietas, & cause celerius expediantur quilibet qui in preteritũ aliquid cõpromissum fecerit vel in futurum faciet teneatur & debeat infra quindecim dies a die facti compromissi facere acceptare suũ arbitrum vel arbitratorem de qua acceptatione ligitime apparere debeat ꝙ si nõ fecerit ipsum cõpromissũ sit ipso iure nullũ & ex eo nullũ ius seu obligatio oriatur. Et dicatur cõpromissũ uolũtarium illud ꝙ celebratum fuerit inter extraneos qui ad compromittendũ ex forma statutorũ non cogantur. In cõpromissis vero necessariis ad que facienda ex forma statutorum aliquis cõpellitur predicta locum habere nõ volumus, Aduertentes ꝙ si aliqui in preteritum fecerint vel in futurũ facient ꝙ non sit per laudũ finitũ aliquod compromissũ voluntariũ vel necessariũ in aliquẽ forensem vel officialẽ. Si quidem talis forensis morem trahit vel habitat in Ciuitate Tuderti. tale compromissũ valeat & duret quousq; dictus forensis vel officialis morã trahere vel habitat in dicta Ciuitate dũ modo cõpromissũ uolũtariũ factũ sine temporis expressione ultra tempus quattuor mensiũ nõ extendatur. Sed postq̃ dictus forẽsis vel officialis a dicta Ciuitate recessesit antequã laudatũ fuerit tale compromissũ ipso iure expiret. Si uero talis forensis non habitaret nec morã traheret in Ciuitate uel comitatu Tuderti ita ꝙ ad laudãdũ per officialis comunis Tuderti nõ possit cogi tale cõpromissũ ipso iure sit nullũ & ex eo nulla obligatio oriatur nõ obstãtibus quibuscũq; renũciationibus seu iuramento in dicto cõpromisso appositis, & predicta locũ habeant siue cõpromissũ sit factũ in solos forenses siue in Ciuẽ & forẽsem itaq; non ualeat cõpromissũ dicti forẽsis nõ habitãtis in Ciuitate uel comitatu Tuderti sin arbitrũ seu arbitratorem eligatur. Et teneatur dictus Capitaneus & eius collateralis cogere arbitros electos in compromissis uolũtariis ad petitionem cuiuslibet partis hoc petentis post acceptationẽ dictorũ arbitrorũ seu arbitratorum intra tempus in compromisso appositũ. Et dicto cõpromisso durante quandocunq; ab aliqua partiũ fuerit hoc petitũ sub pena lib. quinquaginta pro quolibet contrafaciente, Et si dicti arbitri seu arbitratores non essent in concordia in laudando eligatur tertius secundum formam statutorum comitatus Ciuitatis Tuderti.

332

Porte alle Mura Castellane Refor: Rub: 16

Molinari, e Coppebelli Dist: 4: Rub: 106: e 109

Dist: R: 110 — delle Chiaviche D: 4: R: 47 = R: 60

Fornari R: 112

Macellari R: 163

Forenses bona soventur soluant onera pro eis Refor: Rub: 48

Giurisdizione ... il Contado Dist: p.ma Rub: 39 = 56

De modo recipiendi forenses in Cives Dist: 4: Rub: 12

Priori obligati ad accettar l'off.o il p.mo gior. Dist: p.a R: 65

ARCHIVIO - BIBLIOTECA COMUNALE · TODI ·
Salatti Annotti
COMUNE DI TODI